BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
STATUTI
NAPOLI

IVRA MVNICIPALIA, SEV STATVTA ADMODVM ILL. CIVITATIS RECANETI.

QVATVOR LIBRIS DISTINCTA.

VNA CVM EORVNDEM REFORMATIONIBVS.

QVIBVS POSTREMO LOCO BVLLA CLEM. VIII. PONT. OPT. MAX. SVPER BONO REGIMINE CIVITATVM ACCESSIT.

684



RECANETI, M. DCVIII.

Ex Typographia Antonij Braidæ.

AMPLISSIMO MAGISTRATVI
SENATVIQVE RECANATENSI.

PRÆSTITIMVS, quoad eius fieri potuit, vt hæc ipſa STATVTA, quæ iam antea prę antiquitate litteris ipſis iam cadentibus, legi vix poterant, in lucem prodierint quàm emendatiſsima: non quod ab ijs detractum quicquam ſit, aut additum, contra quàm manu ſcriptum habet exemplar (nimis autem graue piaculum commiſſum videretur, ſi venerandam illam ſenectutem dolo malo interfeciſſemus) ſed quod omnem operam, ſtudium, atque diligéntiam contulimus, vt ad Archetypon quàm proximè accederent, ita vt nihil immutatum videri poſſet, præter ipſam caractherum faciem, quę grauitate, & dignitate priorem longè antecederet. Hunc igitur qualemcunque laborem bom conſulite: ita tamen vt cum etiam plus contenderimus, quàm poſſumus, minus tamen veſtra cauſa feciſſe videamur, quàm debemus. Valete Ex publicis Ædibus Nonis Maij M.DCVIII.

Marinus Lizzonettus *Antonius Columbella* *Io. Franciſcus Angelita*	*ex S. C. Deputati.*

STATVTA CORRECTA, AVCTA, REFORMATA.

IN PRIMO LIBRO.

STATVTVM ſub Rubrica viij. corrigitur per Reformat. fol. 209.

Statutum ſub Rubrica xiij. declaratur per Reformat. fol. 209. & per alias fol. 220. & fol. 233. & 237.

Statutum ſub Rubrica xv. corrigitur in Reformat. fol. 230.

Statutum ſub Rub. xx. corrigitur per Reformat. fol. 238.

Statutum ſub Rubr. xxij. corrigitur per Reformat. fol. 209. & per alias fol. 226. & 248.

Statutum ſub Rubr. xxiiij. mutatur per Reformat. fol. 210. eidem additur fol. 220.

Statuto ſub Rub. xxix. additur per Reformat. fol. 221.

Statutum ſub Rub. xxxij. corrigitur per Reformat. fol. 224.

Statutum ſub Rubr. xxxvj. Reformatur, vt in fol. 205. eidem additur per Reformat. fol. 210. & 239.

IN SECVNDO LIBRO.

STATVTO ſub Rub. vj. additur in Reformat. fol. 231.

Statuto ſub Rub. ix. additur in Reformat. fol. 240.

Statuto ſub Rubr. xij. additur in Reformat. fol. 250.

Statuto ſub Rubr. xx. additur in Reformat. fol. 240.

Statuto ſub Rubr. xxxiv. additur in Reformat. fol. 249.

Statutum ſub Rubr. lxj. declaratur per Reformat. fol. 212.

Statutum ſub Rubr. lxiij. deletur, & declaratur per Reformat. fol. 217.

IN TERTIO LIBRO.

STatuto ſub Rub. ij. additur in Reformat. fol. 241.

Statuto ſub Rubr. xl. additur in Reformat. fol. 241.

Statuto ſub Rubr. liij. additur in Reformat. fol. 210.
Statuto ſub Rubr. lxiv. additur in Reformat. fol. 242.
Statuto ſub Rubr. lxx. additur in Reformat. fol. 242.
Statuto ſub Rubr. lxxxvj. additur in Reformat. fol. 226.
Statutum ſub Rubr. xcv. corrigitur per Reformat. fol. 211.
Statuto ſub Rubr. cxiiij. additur in Reformat. fol. 242.
Statuto ſub Rubr. cxv. deletur finis per Reformat. fol. 206.
Statuto ſub Rubr. cxxiij. additur in Reformat. fol. 233.
Statutum ſub Rubr. cxxvj. deletur in totum per Reformat. fol. 206.
Statuto ſub Rubr. cliij. additur in Reformat. fol. 211.
Statuto ſub Rubr. clx. additur in Reformat. fol. 234.
Statutum ſub Rubr. clxvij. corrigitur, & eidem additur in Reformat. fol. 233.
Statuto ſub. Rubr. clxix. additur in Reformat. fol. 250.

IN QVARTO LIBRO.

STATVTO ſub Rubr. xix. additur in Reformat. fol. 251.
Statuto ſub Rubr. xxxij. additur in Reformat. fol. 206. & in altera fol. 219.
Statutum ſub Rubr. lxxxiij. corrigitur per Reformat. fol. 211.
Statuto ſub Rubr. lxxxix. additur in Reformat. fol. 212. & in altera fol. 245.
Statutum ſub Rubr. xcv. corrigitur per Reformat. fol. 206. & per alteram fol. 218.
Statutum ſub Rubr. xcviij. moderatur per Reformat. fol. 207.
Statuto ſub Rubr. ciij. additur in Reformat. fol. 207.
Statuto ſub Rubr. ciiij. additur in Reformat. fol. 212.

Statutis loquentibus de Appellationibus additur in Reformat. fol. 213.
Statutis loquentibus de Adulterijs additur in Reformat. fol. 221.
Statutum de Refirma Officialium corrigitur in Reformat. fol. 231.
Reformatio contra Procuratores fol. 232. tollitur per Reform. fol. 239.

IN NOMINE SALVATORIS
DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI, ET BEATÆ MARIÆ VIRGINIS SVÆ SANCTISSIMÆ MATRIS.

OMNES Communis, & Populi Ciuitatis noſtrę Racanati Conſtitutiones, Statuta, Ordinamenta, & prouiſiones; remotis ſimilibus, reiectis contrarijs, & verborum multitudine reſecata; exquo eorum intellectus omnib. clarus appareat: diuina inuocata clementia ad vnum præſens volumen feliciter reducentes ſub quatuor principalibus partibus, ſeu libris concluſimus diuidendo. Quarum prima pars, ſeu liber principalis tractat de honoribus Omnipotentis Dei, & Sanctorũ eius; Reuerentia Sanctæ Matris Eccleſiæ, & eius ſummi Pontificis; Confirmatione, Approbatione, Interpretatione, & Correctione Statutorum, & Conſtitutionum Communis, & Populi Ciuitatis prædictę. Ordinationes Conſiliorum, & electiones, ac officium Domini Poteſtatis, Iudicum, Notariorum, & Cęterorum officialium omnium, ad diuerſa officia per Commune prædictum, & Populum electorum.

SEcunda pars principalis, ſeu liber complectitur Iudicia ciuilia, Cõtractus, & Obligationes, Matrimonia, & dotiũ promiſſiones, Præſcriptiones, & vſucapiones.

IN tertia vero principali parte, ſeu libro traditur de Maleficijs, & ordo ponitur qualiter ſuper ipſis procedatur, & de ipſis cognoſcatur, & quę & qualiter probatio recipiatur. Qua, & quali pena delinquens puniatur, & quomodo condemnatio executioni mandetur. Quomodo condemnatio ratione beneficij minuatur, & ex contumacia, ſeu negligentia condemnati in eius odium augeatur, & quomodo damna dantes puniuntur.

SVB quarta vero, & vltima principali parte ſeu libro continetur

de Iuribus vniuerſitatis, & ſpecialiter ſpectantibus, ad vtilitatem Cõmunis. Videlicet de pecunia, & ęre ipſius Communis. Pratis. Siluis. Portu. Foro. Caſtris. Carbonarijs, & Baliſtis. Vijs. Pontib. Fontib. & Duanis, & alijs multiplicibus rebus diuerſis.

PRimus liber in ſe tres continet particulas. In quorum prima tractatur de Feſtis, & feſtiuitatibus Sanctorum cuſtodiendis, & venerandis. De honore, & reuerentia Sanctę matris Eccleſiæ. Beatiſſimi ſummi Pontificis. Rectoris Marchiæ, & aliorum officialium ipſius Sanctæ matris Eccleſiæ. In ſecunda particula traditur forma Renouationis, & Cõfirmationis, Correctionis, Interpretationis, & Suſpenſionis Statutorum, & Conſtitutionum Populi, & Communis. Ordinis Conſiliorum generalium. Fraternitatibus Populi, & ſpecialium. In tertia particula tractatur de Electione, & officio Poteſtatis. Iudicum. Notariorum. Priorum, & aliorum Officialium forẽſium, & Ciuium per ipſum Commune, & Populum, ad diuerſa officia deputatorum.

SEcundus vero liber particulas quatuor in ſe habet. Prima tractat de Iudicijs Ciuilibus maioris, & minoris ſummarum; de ordine procedendi in ipſis. De cõtumacijs, & Tenutis. De Sẽtentijs diffinitiuis, & Interlocutorijs, & ipſarum Executionibus. In ſecunda particula traditur, de contractibus, & obligationibus ſingularum perſonarum. Matrimonijs, & dotibus. Tertia particula declarat modum, & formam ſucceſſionum, & relictorum ex teſtamento, vel ab inteſtato, vel alia qualibet vltima voluntate. Sub quarta verò, & vltima particula continetur, de vſucapionibus, & præſcriptionibus, & tempore quo poſſeſſor quilibet tueri ſe poteſt.

TErtius autem liber ſubdiuiditur in quatuor particulis, ſeu membris. In prima ponitur forma procedendi, & cognoſcendi ſuper Maleſitijs, per modum Accuſationis, Inquiſitionis, ſeu denumptiationis, & delinquentium Requiſitionis. Secũda particula ponit modũ, & formã probationũ ipſorũ delictorũ, per tormẽta inquiſitorum, & teſtificatorum ſuper maleficijs reprobationis. In tertia verò declaratur forã pęnarũ impoſitatũ in ipſis maleficijs publicis, &

pri-

priuatis. Iniurijs dicto, & facto illatis. Sub quarta, & vltima particula ponitur modus, & forma exactionum, & executionum ipſarũ pęnarũ, ſententiarum, & condemnationum. Depopulationis bonorum, ratione delictorum. Diminutionis in fauorem obedientium, & paciſcentium. Ac augmentationis in odium contumacium, & ſolutionis condemnationum negligentium. Ac etiam modus, & forma ſuper cõdemnationibus, & executionibus damnorum datorum.

QVartus autem liber tres continet in ſe partes. Prima tractat de Iuribus. Priuilegijs. Inſtrumentis principaliter ad vtilitatem Communis pertinentibus. Collectis, & alijs Introitib. Siluis. Pratis, & Baliſtis. In ſecunda particula traditur de modo, & forma ordinandi forum, ſeu Mercatum Nundinarum. Reſtaurationis, & Reparationis Caſtrorum, & Negotiorum ad Caſtrum Portus, & noſtram riuam pertinentium. Omnium rerum, quę ad ipſam riuam deferuntur, diſcarcantur, & ex ipſa eleuantur, & exportantur. In tertia, & vltima particula libri ipſius continetur de pontibus, Fontibus, Vijs publicis, & priuatis, vicinalibus, vel inter certas perſonas communibus. Ac etiam de Duanis, & gabellis, & earum forma, & executione.

INDEX
RVBRICARVM
PRIMI LIBRI STATVTORVM CIVITATIS RACANETI.

DE Sacramento fidelitatis Sanctæ matri Eccleſiæ per mares pręſtando. Rubrica 1

Quod quilibet de Fraternitate Populi in ſua vltima volũtate teneatur pręcipere, ſub pena benedictionis, & maledictionis ſuis hæredibus, de ſeruando fidelitatem Sanctę Romanę Eccleſię. Rubr. 2

De feſtiuitatibus colendis. Rubr. 3

De certis feſtiuitatibus per Commune honorandis. Rubr. 4

De honorando, venerando, & colendo Corpus Chriſti. Rubr. 5

De elemoſina faciẽda, per dictum Commune fratribus infraſcriptorum Conuentuum. Rubr. 6

De confirmatione Statutorum, & pęna ipſa Statuta infringere præſumẽtium. Rubr. 7

De renouatione Statutorum. Rubr. 8

De ſuſpenſione Statutorum. Rubr. 9

De ordine Conſiliariorum generalium, & ſpecialium. Rubr. 10

De ordine electionis Conſilij, & Conſiliariorum Populi. Rubr. 11

De arbitrio, & baylia Conſilij ducentorum, & quod aliquis de Conſilio ducentorum habens cauſam cum Communi, vel præſtans patrocinium habenti cauſam cum Communi, non poſſit eſſe de numero Priorum, vel quatuor. Rubr. 12

De electione Priorum Populi, & eorum officio. Rubr. 13

De pęna non euntis, ad exercendum officium Prioratus poſtquam fuerit extractus de buſſolo, vel ſe abſentantis. Rubr. 14

De electione Antianorum, & eorum officio. Rubr. 15

De nominibus Priorum, & aliorum Officialium dicti Communis reducendis in vna caſſetta. Rubr. 16

De

De officio Priorum ſuper pecunia Communis expendenda, quō expenſę quę fiunt in Communi debeant approbari. Rubr. 17

Quod Poteſtas, & Priores Populi cū auctoritate, & deliberatione Conſilij Antianorum, & vigintiquatuor poſſint imponere quaſcunque gabellas, & collectas. Rubr. 18

De electione Conſilij vigintiquatuor. Rubr. 19

De buſſolis faciendis, cum quibus in Conſilijs partita mictantur. Rubr. 20

De modo, & forma tenenda ſuper negotijs in quibus Conſiliarij conſulere, vel arrengare ceſſarent. Rubr. 21

De electione Poteſtatis, & eius officio, & demōſtra Pōteſtati facienda. Rubr. 22

Quod nihil donetur Poteſtati, & de pęna proponentium, vel arrengantium de tali materia. Rubr. 23

Quod nullus rector posſit refirmari, niſi per modū infraſcriptum. Rubr. 24

De ſalario Offitiali non conſtituendo pro ambaſiata ſibi commiſſa. Rubr. 25

De pęna Poteſtati impoſita contra ius, vel formam Statuti cuilibet facienti. Rubr. 26

De forma Sacramenti Poteſtatis, ſeu Rectoris. Rubr. 27

Quod Poteſtas, vel aliquis Offitialis enſenium aliquod non recipiat nec aliquē ad ſibi præſtandum grauet. Rubr. 28

De Fraternitatibus, ſeu Collegijs approbatis. Rubr. 29

De electione Notarij reformationum, & eius officio. Rubr. 30

De electione, & officio Notarij cuſtodię. Rubr. 31

De electione, & officio Maſſarij, ſeu Camerarij Communis. Rubr. 32

De electione Cuſtodis, ſeu ſcrinearij priuilegiorum, & aliarum ſcripturarum Communis. Rubr. 33

De forma ſeruanda in refirmis Offitialium, & eorum deueto. Rubr. 34

De partitis perditis nomen remictendis. Rubr. 35

De electione Rationatorum, ſeu Sindicatorum Poteſtatis, & aliorum Officialium. Rubr. 36

Quod nullus Officialis habere debeat partem alicuius banni. Rubr. 37

De electione Bayulorum, & eorum officio. Rubr. 38

De Campanarijs per Priores Populi eligendis, & eorum officio. Rubr. 39

De officio Tubatorum, ſeu bannitorum Communis. Rubr. 40

De electione renouantium, & corrigentium cartutias, & eorum officio. Rubr. 41

Quod Offitiales ſinguli conſeruentur indemnes, ab omni damno, quod ratione officij ſubſtinerent. Rubr. 42
De officio peſatorum bladi. Rubr. 43
De electione Duaneriorum, & eorum officio, & electione Officiali mittendi quando ſcriberetur Communi. Rubr. 44
De vna caſſa habenda per Duanerios Communis. Rubr. 45
Quod Duanerij non debeant bullectam facere niſi primo, ſit ſoluta Duana. Rubr. 46
Quod Duanerij eligant cuſtodes pro Duana recuperanda. Rubr. 47
De electione, & officio Capitaneorum, & Notariorum Caſtri Portus. Rubr. 48
De electione Magiſtri grãmaticalis. Rubr. 49
De electione extimatorum Roncinorum, qui dantur ad vetturas. Rubr. 50
De electione Mareſchalchi. Rubr. 51
De electione Popularium ad ſendandum diſcordias. Rubr. 52
De ſalario Ambaxiatorum, & punctis ſibi dandis, & pęna renuentium ambaxiatam. Rubr. 53
De ſalario famulorum Priorum pro ambaxiata tranſmiſſorum. Rubr. 54
De modo tenendo, pro habendo Medicos Ciues, & forenſes, & prouiſione ipſorum. Rubr. 55
De electione, & officio Capitanei Caſtri Montisflorum. Rubr. 56
De electione Iudicis appellationum. Rubr. 57
In quibus caſibus non liceat appellare, & quod ſponte confeſſus non audiatur appellans. Rubr. 58
De pęna innouantis poſt appellationem. Rubr. 59

FINIS

IN Dei nomine Amen. Hæc ſunt Statuta, & ordinamenta Communis, & Populi Ciuitatis Racanati, condita, facta, & edita per infra ſcriptos homines, & officiales ad ipſum officium per ipſum Commune, & Populum deputatos, Tempore Sanctiſſimi Patris, & Domini Domini Innocentij diuina Clementia Papæ ſeptimi. Et tempore poteſtarie, Nobilis, & Egregij vtriuſq; Iuris Doctoris, Domini Ioannis Domini Iacobi de piendebenis de monte Politiano, honorabilis poteſtatis dicti Communis, & Populi.

SPiritus Sancti gratia deuotiſſimæ inuocata in laudem, & deuotionem Omnipotentis Dei. Sanctiſſimæ Mariæ Virginis, Mariç ſuç Matris, & Sanctorum omnium ſuffragia, & ſubſidium, ad reuerẽtiam, ſubiectionem, & obedientiam Sacro Sanctæ Romanæ Eccleſiç, & Sanctiſſimi Pontificis, ac per ipſam ſacram Romanam Eccleſiam Prouinciæ Marchiæ Rectoris. Ad tranquillum communem, & pacificum ſtatum Populi Communis, ſingularium, quoq; perſonarum noſtræ Racanatenſis Ciuitatis ipſius ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſemper fideles. Nos

Andreas Soperantij.
Floranus Mutij, &
Conſolus Petrutij.

De quarterio Sanctæ Mariæ, & de numero ducentorum Populi.

Ioannes Ciſci Butoli.
Ser Franciſcus Lemboli.
Vannes Ciſci Marini.

De quarterio Sancti Flauiani, & de dicto numero ducentorum Populi.

Petrutius Maſſutij.
Iacobus Putij, &
Dominicus Paulutij.

De quarterio Sancti Angeli, & de dicto numero ducentorum Populi.

Petrus Vannis Munaldutij.
Angelus Maſſutij Egidij, &
Carbonus Butoli Clodij.

De quarterio Sancti Viti, & de dicto numero ducentorum Populi.

Ser Andreas Matthçi.
Maſſius Theoli.
Marinus Michaeli.
Marinus Vannis Butoli.

Electi, poſiti, & deputati per ipſum Populum, & Commune, ad renouationem, ordinationem, correctionem, interpetrationem, & confirmationem Statutorum, & Conſtitutionum omnium ipſius Communis, & Populi vbique diſperſorum, & hinc retro Initorum. Officium prædictum nobis commiſſum omni fide qua poſſumus, ſecundum quod ex gratia diſcretionis nobis a Deo largita, & ipſum opus agreſſi proſequimur modo, & forma inferius declaratis, videlicet.

IN-

INCIPIT LIBER PRIMVS.

VT ipſius operis proſecutio diuinum habeat fundamentum. In primis prouida deliberatione decreuimus ordinãdum. Quod ſiquod Statutum præſenti volũmine inſertum, in toto, vel in parte eſſet contra libertatem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ipſius reuerẽtiam, & honorem, pro non inſerto haberi volumus. Et ex nunc ipſum caſſamus, & tollimus, & nullius volumus habere vigoris effectum.

De Sacramento fidelitatis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, per mares præſtando.
Rubrica I.

FIDELITATEM Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, tàm per Cõe, & Populũ, quàm per Singulares perſonas eiuſdem, perpetuò ſeruari volentes, præcipimus ſtatuendo, quod quilibet Poteſtas, ſeu Rector qui pro tempore fuerit, infra octo dies poſt inchoatum eius officium, & Priores Populi ipſius tẽporis, vinculo Sacramenti, & pęna ipſi Rectori, ſeu Poteſtati quinquaginta librarum ſtatuta, teneantur, & debeant congregare, & cõgregari facere generale Cõſiliũ fraternitatis Populi, & iuratorũ ad Populũ, & oĩum Fraternitatũ approbatarum, & in ipſo cõſilio primo, & principaliter iurari facere ſingulos in dicto Conſilio exiſtentes Fidelitatem, reuerentiã, & obedientiam, Sanctæ Romanę Eccleſiæ, Sacratiſſimi ſummi Pontificis. Et qui pro tẽpore fuerit per ipſam Sanctã Eccleſiã Anconitanæ Marchię Rectoris. Iuſſa, & præcepta D. Poteſtatis & Priorũ ſequi. Pacificũ, ac tranquillũ ſtatum Populi, & Communis, ac deſtructionem omnium, qui contra dictũ Cõe, & Populũ, ac ipſius Cõis, & Populi trãquillũ ſtatũ in aliquo attẽtarent, ſeu ſtatũ pacificũ ipſius Cõis, & Populi perturbarent. Et prędicta oĩa, & ſingula pacis oſculo interueniẽte, cũ bonorũ ſuorũ oĩum vnanimiter, cũ effectu ſingulariter obligatione cõfirmẽt. In cuius quidẽ Cõſilij vocatione, ſeu bandimẽto fiendo, teneãtur bãditores prædicere, quod ipſũ Cõſiliũ cõgregatur, ad fortificationẽ ſtatus pacifici vtilis, & tranquilli Populi, & Communis prędicti. Qui verò ex dictis Conſiliarijs in dicta congregatione, adeſſe deſtiterit, pęnam quinq; ſolidorum incurrat.

Quod

Quod quilibet de Fraternitate Populi in ſua vltima voluntate teneatur præcipere ſub pęna Benedictionis, & Maledictionis ſuis hęredibus deſeruando fidelitatem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. Rubr. I I.

SINGVLI de numero, ſeu Fraternitate Populi, teſtantes, ſeu modo aliquo in voluntate vltima diſponentes, teneantur in ſua diſpoſitione præcipuè ordinare, quod omnes ſui filij, & hæredes, ſub pęna benedictionis ſuæ priuati, & maledictionis grauati in vera perſiſtant ſemper obedientia, & fidelitate ipſius Sanctæ Romanæ Eccleſię, & Domini ſummi Pontificis, & non præſummerè publicè, vel occultè in aliquo loco adeſſe, quod ab eadem obedientia, & fidelitate per Commune, & homines, ac ſingulares perſonas in aliquo deuietur.

De Feſtiuitatibus colendis. Rubr. I I I.

DOminicis dieb. & ſingulis dieb. ſolẽnitatib. Dñi noſtri Ieſu Chriſti. Videlicet, Natiuitatis. Circũciſionis, Epiphanię, Paſſionis, Reſurrectionis, Aſcẽſionis, Pentecoſten. & die ſolẽnitatis corporis, & ſanguinis redẽptoris Domini noſtri Ieſu Chriſti. Feſtiuitatib. omnib. ſuæ Matris Mariæ Virginis. Apoſtolorum omnium, & Euangeliſtarũ Feſtiuitatibus, necnon Natiuitatis Beati Ioãnis Baptiſtæ. Sancti Stephani. S. Antonij Abbatis, Martini. Cõuerſionis Sãcti Pauli. Beati Blaxij martiris. Cathedræ S. Petri. Beati Petri martiris. Apparitionis, & Dedicationis S. Michaeli Arcangeli. S. Viti. Flauiani. S. Mariæ Magdalenæ. Laurentij. Beati Nicolę de Tolentino. Exaltationis, & Inuẽtionis S. Crucis. Beatorũ Confeſſorũ Dominici, & Franciſci. S. Claudij. S. Nicolai Cõfeſſoris. S. Catherinæ. S. Venantij, & Beatæ Luciæ Virginis. S. Thomaxij de Aquino. S. Agathæ. S. Claræ. coli, & venerari ſtatuimus, & ipſis feſtiuitatibus, ab oĩ opere, & artificio in Ciuitate, & Burghis oẽm artificẽ volumus abſtinere. His ẽt feſtiuitatibus, nullũ mercatorẽ, aut quencunq; alium ſtationariũ ſuas ſtactiones volumus tenere apertas, pęna quinq; ſolidorũ cõtrafacięnti cuilibet iniuncta. Quam rector de facto

exigat per vnum ex officialibus ſuis, quem mictere teneatur vinculo ſacramenti, & pęna vigintiquinque librarum de ſuo ſalario ſingulis prædictis diebus per Ciuitatem, & burghos adſeruandum prædicta. præmiſſo die præcedenti bandimento, quod quilibet debeat feſtum ſequens reuerenter colere, & venerari. Liceat tamen cuilibet tenere ſtationes apertas in die ſabbati in dictis Feſtiuitatibus, tàm pro emẽdo, quàm prouendendo impunè. In alijs vero diebus feſtiuis, liceat ferratoribus cauſa ferrandi tantum, Barberijs cauſa diminuendi ſanguinem tantum, tenere hoſtium, & luminaria ſtationis, ſeu ſtationum eorum aperta, impunè, liberè, & ſine pęna. Volumus tantum, quod habentes ſtationes, & banchas ſtationum, ſeu habitantes domos habentes dictas ſtationes, & banchas ſi non habuerint aliunde introitum, vel exitum ad eorum habitationes, quam per dictas ſtationes, poſſint, & valeant retinere hoſtia dictarum ſtationum aperta, pro eorum introitu, & exitu eorum habitationum: Dummodo banchas ipſarum ſtationum teneant clauſas ſecundum conſuetudinem Ciuitatis Racanati. Hoc etiam excepto, & declarato, quod ex nunc liceat, & licitum ſit diebus dominicalibus, & diebus alijs feſtiuis ſuperdictis, omnibus, & ſingulis ſpetiarijs dictæ Ciuitatis Racanati, abſque pęna, & banno hoſtium eorum apotecarum, & ſtationum apertum tenere, & de rebus, & mercimonijs ipſarum apotecarum, & ſtationum vendere, pro eorum arbitrio voluntatis. Et ſimiliter liceat præcicarolis eorum res tenere publicè in platea ad vẽdendum extra domum, & ſtationem ipſorum dictis diebus impunè. Nullus tamen Ciuis, vel habitator dictæ Ciuitatis Racanati, ſiue ſit ortodoxę fidei, & Chriſtianus, ſiue ſuperſtitioſę fidei perfidus Iudeus, audeat, vel præſumat in die ſancto dominico meritò venerando ſpandere funicellos, nec ſiricum, nec dictos funicellos aliunde conducere, ad dictam Ciuitatem dicta die, nec de dicta Ciuitate extrahere, & alibi dicto die portare, ad penam decem librarum. Ab opere vero ruſticario, & laboritijs ruſticis abſtinere volumus laboratores, tantum diebus dominicis, quibus nulli liceat baſtum, ſiue ſellam cauſa ſalmandi alicui beſtię imponere ſub infraſcripta pena, & dictis dominicis diebus, & ſolẽnitatib. ſupradictis Dñi noſtri Ieſu Chriſti, & die veneris ſancti paſ-
ſionis

ſioniseiuſdem. Et Beatiſſimę Virginis ſuę matris. Apoſtolorum, & Euangeliſtarum. Beatorum martirum Ioannis Baptiſtæ. Stephani. Sancti Flauiani,& Viti. Sancti Laurentij,& Beatę Luciæ. Sanctę Catherinæ. Sancti Antonij Abbatis de menſe Ianuarij,& Sanctę Crucis de menſe Maij, & S. Dominici, Franciſci, & Beati Auguſtini, in quibus contrafacientes operando, ſeu laborando in rurali opere, pęnam pro quolibet decem ſolidorum incurrant. Ad quod præmiſſo bandimento, vt dictum eſt teneatur Poteſtas vnũ ex Offitialibus ſuis micte re, ſub pena ſuperius declarata, ac etiam Notarius damnorum datorũ teneatur rimari propr ædictis, ſub pęna ſuperius declarata. Artifices verò omnes, & negotiatores ſingulis diebus ſabbati poſt veſperas in ipſa arte operari deſiſtant ſecundum formam ſtatuti poſiti in tertio libro, ſub rubrica de pena laborantium die ſabbati, poſt ſonum Campanę. Saluo quod in ipſis feſtiuitatibus poſſint impunè ligna pro edificio fiẽdo, vel reficiẽdo portari fenum, paleam, ſeu herbã, pro animalibus ea die nutriendis. Non tamẽ liceat diebus dominicis, Feſtiuitatibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & eius Matris ſacratiſſimæ lignũ aliquod ab edificio apportari. Super rebus verò mictendis, & reducendis a Portu, in prouidentia ſit Priorum Populi, an prohibeant, vel permictant. Liceat etiam hominibus facientibus nuptias in dicto die dominico apportare, & apportari facere, aquam, ligna, & ad libanum, & in alio loco carnes coquere, & coqui facere, & alias res facere, ad nuptias ſpectantes, & pertinentes ſine pena,& banno. Liceatq; mercatoribus pannorum, quandocũq; vendere pannum pro mortuis, & pro veſtibus, volentibus ſe induere pro mortuo impunè. Liceat etiam omnibus habentibus mercantias,& res venales eas in locis publicis tenere, ad vendendum,& eorum ſtationes tenere apertas diebus ſolemnitatis Beatæ Mariæ Virginis.

De

De certis Feſtiuitatibus per Commune honorandis. *Rubr.* *I I I I.*

AD infraſcriptorum ſanctorum ſuffragium conſequendum, vt eorum muniti præſidio valeamus ab omni periculo, & ruina defendi, & ſtatu lętari tranquillo, pręſente ordinamus ſtatuto, quod ſingulis annis in feſto Aſſumptionis Beatę Mariæ Virginis glorioſæ, Poteſtas cum Prioribus, accedere teneatur, & debeat cum vno palio offerendo Communis, ad Eccleſiam ſanctæ Marię de Caſtro nouo, quod palium, debeat redimi ab Iconomo, & ſindico ordinando, & cōſtituendo, ac deputando dictę Eccleſiæ, pro quantitate Centũ ſolidorũ. Et ipſe Sindicus conuertat, & conuertere debeat, & teneatur in vtilitatem, & beneficium euidentem Eccleſiæ ſanctę Mariæ, de Racanato, dictam quantitatem. In feſtiuitate verò Sancti Laurentij, & Sācti Benedicti, ad locũ ipſius vocabuli Monialiũ. Ad locũ fratrũ Prędicatorũ feſtiuitatis Sancti Dominici, & Beati Petri martiris, & Sācti Thomę de Aquino. Beati Franciſci, & Benuenuti, ad locũ Minorum. Sācti Auguſtini. Beati Hieronymi, & Beati Nicole de Tolētino, ad locũ Eremitarũ. Sācti Nicolai, ad locũ Dominarũ. Sācti Ioānis Euang. ad Eccleſiā Sācti Ioānis in burgho. Sanctæ Mariæ Magdalenę, ad locũ monialiũ Sanctæ Elię. Sancti Flauiani, & Sācti Viti, ad eorũ Eccleſias. Et quod quelibet dictarũ Eccleſiarũ. Sācti Flauiani, & S. Viti in die feſti, cuiuslibet dictorũ sāctorũ, hēat, & hēre debeat de pecunia, & ęre Cōis Racanati, quolibet anno Cētũ ſolidos denariorũ, qui denarij dētur, & deueniāt in manib. ſindicorũ dictarũ Eccleſiarũ, qui ſindici teneātur, & debeāt dictos Cētũ ſolidos, quolibet anno expēdere in vtilitatem dictarũ Eccleſiarũ, ī paramētis, vel palijs pro dictis Eccl. S. Lucię, ad eius Eccleſiā. S. Mathęi, ad locũ ſororũ ipſius vocabuli. S. Angeli de mēſe Maij, ad Eccl. S. Angeli de mercato. S. Iacobi Apoſt. in Kl. Maij, ad Eccl. S. Iacobi, de porta murata, & S. Lodouici, ad Eccl. S. Frāciſci, & S. Blaxij, ad Eccl. S. Flauiani, & S. Antonij, de Viēna, ad eius capellā ſitā in Eccl. S. Auguſtini, de Racanato, ad quālibet dictarũ Eccl. cũ vno cereo, ſiue facula valoris xx. ſolid. ad minus, Poteſtas, & Priores offerendo ipſis Eccl. in honorem, & reuerentiam prędictorum ſanctorum, cum deuotione perſonaliter accedere teneantur, vinculo ſacramenti, & pena quinquaginta librarum ipſi Poteſtati

teſtati in iuncta. In die feſtiuo Sanctæ, Agathę ad Eccleſiã Sancti Flauiani. Et die feſtiuo Sanctæ Claræ, ad Eccleſiam Sancti Nicolai prædicti Poteſtas,& Priores Populi, qui erũt in tempore accedant, ad honorandum Feſtiuitates prædictas, & ſingulis annis in dictis feſtiuis diebus offerant in prædictis Eccleſijs vnum cereum valoris viginti ſolidorum. Et quod omnib. Eccleſijs de Racanato in quibus continuè diuina officia celebrãtur,& per formã ſtatuti aliqua oblatio, ſeu Eleemoſyna in honorãdo dictum feſtum non contribuitur, detur, & habere debeat quolibet anno in uocabulis dictarum Eccleſiarum vnum cereum valoris viginti ſolidorum, conſumendum, & ardendum ad miſſam, quãdo celebratur corpus Chriſti in ipſis Eccleſijs pręter ipſas feſtiuitates de pecunia, & ę re dicti Communis nulli alteri Eccleſiæ,ſeu loco prætextu alicuius feſti ſolemnitatis aliquid volumus elargiri.

De honorando, venerando, & colendo corpus Chriſti.
Rubr. V.

AD venerandum, colendum, & honorandum Feſtum Corporis, & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti, quo cuncti Chriſtianę fidei ſperant, ad regna celeſtia remeare honorificè colere cupiẽtes præſente ſtatuto firmamus, quod quolibet anno quo diuina celebrantur officia dicti feſti, videlicet die, quo dictum feſtum celebratur bãniatur per totam Ciuitatem, quod omnes homines mares,& mulieres teneantur, & debeant prædicta die de mane ad Eccleſiam Sancti Viti de Racanato ire, & ſequi debeant deuotiſſimè Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti deferendum per Ciuitatem prędictam. Et redeuntibus reſidentiam faciant totus Clerus, & Populus ad Eccleſiam Sancti Flauiani, & ibi ad honorem, & reuerentiam tante ſolemnitatis miſſa ſolemniter celebretur. Et ad ipſum feſtum celebrandum Maſſarius, dicti Communis teneatur, & debeat expendere de pecunia dicti Communis in cera portanda accenſa cum ſequitur dictum Corpus, illam quantitatem pecuniæ, de qua videbitur Dominis Prioribus, & Conſilio vigintiquatuor Communis prędicti. Caueant autem omnes laboratores, quod dicta die ab omni opere ruſticorum, vel ruſticario

ſe

ſe abſtineant. Nullus autem artifex dicta die teneat ſtationem apertam pena pro quolibet decem ſolidorum. Omnes autem fraternitates ad ſequelam ipſius honorificè accedant. Verum tamen, vt dictum Sacratiſſimum Corpus uiſu corporeo, ab omnib. publicè videatur. Cũ autem dictum corpus conſecratum eleuari a dicta Eccleſia Sancti Viti de Racaneto tunc contigerit, portetur per manus cuiuſdam honeſti ſacerdotis ſenioris religioſi, vel ſecularis clerici, prout, & per clerum extiterit ordinatum.

De elemoſina facienda per dictum Commune Fratribus infraſcriptorum conuentuum. Rubr. VI.

RELIGIOSIS, & Fratribus Conuentuum Beatorum Dominici, Franciſci, & Auguſtini, & Sanctæ Mariæ de mercato Ciuitatis prædictę, in ſuis neceſſitatibus, & maximè indumentis, ſeu tonicis, vt pro defenſione, & gubernatione eiuſdem Communis, & Populi, & ſingularium perſonarum aſſiduè coram deo præcibus intercedant, & orare non ceſſent, ſubuenire volentes. Mandamus quod quolibet anno in feſto Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, per Priores, qui pro tempore fuerint quantitas decem librarum vſualis monete, pro quolibet ipſorum Conuentuum pro elemoſina de pecunia Cōis largiatur.

De confirmatione Statutorum, & pena ipſa Statuta infringere præſumentiũ. Rubr. VII.

STATVTA omnia, & conſtitutiones in hoc volumine inſerta, Populi, & Communis, in omnibus negotijs, non ſolum futuris ſed etiam præſentibus, & pendentibus a menſe Februarij proximè præteriti citra, & quæ pro tempore de nouo fieri, & ordinari contingerint, poſtquam approbata fuerint per ipſum Populum, & Commune, Sententias, etiã duodecim, & octo diſcretorum virorum in reintegratione ſpoliatorum, & ad poſſeſſionem bonorum reſtitutorum per Commune poſitorum, om

nis vigoris effectu, & firmitatis perſiſtant, ipſeque Poteſtas, & cuncti Officiales dictæ Ciuitatis ſimpliciter, prout litera iacet, & verba ipſorum declarant, omni interpretatione remota obſeruent, & obſeruari faciant cum effectu, pęna Centum librarum ipſi Poteſtati, & alijs Officialibus vigintiquinq; librarũ perſoluenda Communi. Nec aliquis auſus ſit vel præſumat allegare, dicere, ſeu proteſtari, quod ſtatutum, ſeu conſtitutio non valeat, nec teneat, vel iuris effectum non habeat. Contrafaciens autem pęnam vigintiquinq; librarum incurrat. Sanè vt euitetur periculum, & damnum quod aliquando ratione caſus fortuiti iam noſtrum Commune ſubſtinuit, & de perditione, & conbuſtione voluminis Statutorum prouidimus, Statutorum, & conſtitutionum in hoc libro ſcriptorũ duo debere fieri volumina, & in duobus libris diuerſis tranſcribi. Quorũ vnus ſit, & permaneat in uſu Poteſtatis, Officialium, & priuatarum perſonarũ. Alterũ vero in palatio Dominorũ Priorũ cõtinuè conſeruetur. Rector ẽt, vel alius Officialis quicunq; Terrigena, vel Forenſis, non audeat capitularijs, Notarijs, ſeu ſcriptoribus, ipſa Statuta auferre, vel ipſos ad reddendum cogere, niſi prius de ſalario integrè ſatisfacto pęna Poteſtati centũ librarũ. Alij cuicunq; Officiali Terrigenę, vel Forenſi xxv. librarum ſtatuta, & de ſuo proprio ipſis ſatisfacere teneantur.

De renouatione Statutorum. Rubr. VIII.

IN renouatione Statutorum, & electione Statutariorum. Talis modus ſeruetur, quod quolibet anno de menſe Auguſti infra quintam diem menſis prædicti, Priores Populi teneantur congregare Conſiliũ generale, & Conſilium Populi, & in ipſo proponant, deliberent, & reforment de modo, & forma tenenda in renouatione, & correctione, ſeu additione, & diminutione Statutorum Communis, & Populi Ciuitatis prædictæ, teneantur, & debeant pęna decem librarũ, ea die eligere, & nominare tres bonos, & legales viros, de quolibet quarterio, de numero ducentorum Populi, cum quibus eſſe debeat vnus bonus, & legalis homo de qualibet Fraternitate Ciuitatis prædictæ, videlicet Notariorum, Mercatorum, Calceolariorum, & Fraternitatis San

ctæ Luciæ, & die ſequenti in generali Conſilio, prædicti, ſic electi, & nominati per Priores Populi, & Fraternitatũ prædictarũ, vocentur in dicto Conſilio, & ſtatim mictantur, & recludantur, & recludi debeãt, apud locũ, & in loco per Dños Priores tũnc exiſtentes eligẽdo, qui Domini Priores qui erunt pro tẽpore quo ſtatuta renouari debẽt, Poteſtatẽ hẽant facultatẽ, & arbitriũ deputandi, & ordinandi ſtatutarijs, locũ vbi ſtare debeant, ad condẽda ſtatuta, prout dictis Prioribus videbitur habilius, & tutius permaneri, ad prædicta operanda, & cũ eis quando iuerint ad dictum locũ miles Poteſtatis, vna cum familia ipſius Poteſtatis, vſq; ad dictum locum recludẽdum ire, & aſſociare debeat prædictos electos, ad hoc vt aliqui cũ prędictis non poſſint loqui. Qui ſic electi habeãt poteſtatẽ, & bayliam, addendi, minuendi, caſſandi, corrigendi, & de nouo ſtatuta faciẽdi Cõis, & Populi ſupradicti, prout de eorũ proceſſerit volũtate, & ſuper qualibet petitione danda mictatur partitũ inter eos de caſſando, vel admictẽdo petitionẽ, & oẽ aliud partitũ fiendũ per eos ad buſſulas, & palluctas mittatur, ita quod duę partes ſint cõcordes de admictendo, vel caſſando, ſtatutũ, vel petitionẽ, & teneãtur eorũ officiũ, infra decẽ dierũ ſpatiũ expedire. Statuta vero de nouo correptiones, & additiones, & diminutiones per eos facta, legi debeãt, & publicè approbari, per Cõſiliũ gñale ducẽtorũ de Populos, pro maiori parte Cõſilij, faciẽdo ſemper partitũ pro ſtatuto ad ſedendũ. Vnus tñ conſultor ſit pro ſtatuto, & alius contra ſtatutum. Et quod non poſſit dici, vel arrengari, quod ſtatutũ in parte caſſetur, & in parte firmetur, niſi quod ſtatutũ ĩ totũ caſſetur, vel firmetur. Et ſtatuta ſic in dicto Cõſilio approbata, vel affirmata pro ſtatutis inuiolabiliter obſeruẽtur, & obſeruari dẽant ab oĩb. cũ effectu. Et quod dicti ſtatutarij hẽant bayliã, & poteſtatẽ eligẽdi, & nominãdi vnũ bonũ, & legalẽ Notariũ, qui cũ eis ſtare debeat ad ſtatuta ſcribenda. Et hẽre debeãt dicti ſtatutarij duos famulos ad ſeruendũ ipſis. Et dũ prędicti oẽs ſtabunt ad prædicta exercẽda, morentur expẽſis Coĩs. Videlicet quod quilibet pro die qualibet hẽre debeat a dicto coĩ xviij. den. vſualis parvę monete. Et quod Priores Populi dicti Coĩs nõ poſſint, nec debeãt proponere, vel proponi facere, in aliquo Cõſilio vſq; ad dictũ tẽpus, de aliqua renouatione ſtatutorũ fienda, & quod vſq; ad dictũ tẽpus aliqua ſtatuta, ſeu renouatio ſtatutorũ dicti Cõmunis fieri nõ poſſint vllo modo capitulo aliquo in contrarium loquente non obſtante.

De ſuſpenſione Statutorum. Rubr. VIIII.

CONSTITVTIONEM ſeu Statutum Populi, & Communis ſi quod ſuſpendi deberet, vel de ipſo ſuſpenſionem fieri contingerit, per modum infraſcriptum, & formã ſuſpendi firmamus. Videlicet, quod primò inter ipſos Priores precedente tractatu, & ad buſſolas inter eos firmato, quorum ſex ſimul concordent, ſacramento per eos de nouo præſtito, credere ipſam ſuſpenſionem ad vtilitatem Cõis, & Populi redundare; deinde inter Antianos ſacramento pręſtito, deliberato eodem modo ad buſſolas, & pallućtas in concordia trium ad minus, poſtea in Conſilio vigintiquatuor per duas partes ſcilicet ſexdecim ad minus, nemine alteri vocem ſuam cõmićtente, niſi vera cauſa infirmitatis venire eum excuſet. Eodem modo firmato, quod ſuſpenſio capituli, ſeu conſtitutionis, aut alicuius ſuſpenſione tractatur, ſit vtilis, & ad vtilitatem Cõis redundet, deducatur poſtremo ad Conſilium generale Populi dićti Communis. Et ſi per reformationé ipſius Conſilij cum buſſolis, & pallućtis, in qua due partes ad minus dićtorum Conſiliariorum ſint concordes. In quibus duabus partibus ad minus, ſint centum concordes Conſiliarij. Et quod deliberatum, & firmatum fuerit pro euidenti vtilitate Communis fieri debere ipſa ſuſpenſio plenum conſequatur vigorem. Si ãt aliter intimata, & obſeruata prædicta, in qualibet parte ſui de aliquo ſtatuto, ſeu cõſtitutione ſuſpenſione actentaretur, auctoritate pręſentis ſtatuti omni careat firmitate. Eandem etiam formam, & ſolemnitaté obſeruari pręcipimus quotiens tractaretur in aliquo Conſilio publico vel priuato, de aliquo datio fiendo de pecunia Communis cuicunque perſonę, prorogatione ſolutionis alicuius condemnationis, augmentatione ſalarij Rectoris, ſeu cuiuſcunq; Officialis, reconciliatione cuiuſuis exbanditi, ſeu condemnati Communis, quod ſi in ſingulis præmiſſorum forma tradita ſuperius abeſſe contingerit, quod fieret nullo iure ſubſiſtat.

De ordine Conſiliariorum generalium, & ſpecialium. Rubr. X.

ORDO in Conſiliarijs generalibus, & ſpecialib. eligendis, talis obſeruetur, quod in introytu officij cuiuslibet poteſtatis congregetur Conſilium generale omnium, & ſingulorum, qui ſunt in apprećtio quinquaginta librarum, & vltra, vel vellent ſe facere poni in apprećtio quantitatis prædictę. Et hoc bandiatur præcedenti die ſeſero, in quo Cōſilio per notarium reformationum ſex fiant ſcafine, ſeu breuia, pro quolibet quarterio, quæ mittantur in vnum galerum, ad quod galerum omnes de illo quarterio congregati accedant, & ſinguli ſuum breue extrahant de galero, cui verò venerit breue ſtatim in ipſo Conſilio teneatur eligere Conſiliarium ſpecialem bonum, & idoneum iuramento præmiſſo, qui ſpeciales Conſiliarij, ſic electi poteſtatem habeant eligendi, & renouandi conſilium generale, cuſtodes nocturnos, & bladorum, baiulos, & coneſtabiles, renouatores, & correctores cartutiarū notariorum eorum, cuſtodes ſiluarum, & alios officiales, qui conſueti ſunt eligi per eoſdem. Conſiliarij verò generales hoc modo eligantur per eos. Scilicet quod vigintiquinq; diſcreti, & idonei Viri, tàm de Nobilibus, quàm de Popularibus, ſeu plebeis, vel dum modo non ſint de numero Populi, pro quolibet quarterio eligantur per ipſos Conſiliarios ſpeciales, qui ſint, & appellentur Conſiliarij generales, in quorum Conſilio ſimul, cum Conſilio Populi proponi poſſint, & tractari, & etiam reformari omnia facta, & negocia ipſi Communi, & Populo occurrentia, ſecundum quod vtilius viſum fuerit Conſiliarijs ſupra dictis. Illud verò quod in ipſo Conſilio deliberatum fuerit, vel per maiorem partem ipſorum firmatum, executioni mādetur, & plenam habeat firmitatem, dummodo in ipſo Conſilio nihil proponatur, ſeu reformetur, quod ſtatuto ſeu conſtitutioni alicuius huiuſmodi voluminis, vel pro tempore faciendo obuiet, ſeu in aliquo cōtradicat, & propoſita, vel reformatio ex nunc ſit irrita ipſo facto. Conſilium vero credentię, ſeu ſpeciale ordinandi, & eligendi de Nobilib. & Popularibus, prout de eorum voluntate proceſſerit Priores Populi

tempore ſui officij, plenam habeant poteſtatem, in quo Conſilio poſſint, & valeãt reformare ſuper negocijs occurrentibus, quę ad vtilitatem redundent Communis. Nullus autem præſumat adeſſe alicui Cõſilio generali, ſpeciali, vel credentię niſi de numero Conſiliariorũ prędicti Conſilij fuerit electus, & tanquam Conſiliarius ſuum iuraſſet officium. Contrafaciens pęnam decem ſolidorum incurrat. Quam pęnã Poteſtas, vel Officialis, qui præerit Conſilio de facto accipiat. Exceptis Notarijs de terra, qui poſſint adeſſe in conſilio generali dummodo publicè artem ſuam exerceant, & de collegio fuerint.

De ordine electionis Conſilij, & Conſiliariorum Populi. Rubr. X I.

POPULI Conſilium pro gubernatione ſtatus pacifici, & vtilitate Communis totius, & ſingulariũ perſonarum ipſius Ciuitatis, ſub infraſcripto mõ duximus ordinandum, quod de tota Ciuitate ducenti homines diſcreti Communes, & legales ab omni partialitate remoti, & ſtatum Communem; plurimum diligentes, oriundi de ipſa Ciuitate legitimè nati, & appretiũ quinquaginta librarũ ad minus habẽtes, quinquaginta per quarterium, quorum nomina in hoc volumine ſcribi, ex nunc mandamus, & ſcripta reperiantur in quarterijs dicti Communis, & Populi. Quorum officium perpetuum ſit, & maneat ad vitam cuiuſq; in dicto numero ſcripti ſint, Conſiliarij Populi, & Conſilium Populi de inceps vocetur. Cuius Conſilij, & Conſiliariorum quilibet teneatur iurare, & iurando manutenere fidelitatẽ, obedientiã, & reuerentiam Sanctę matris Eccleſię, Domini noſtri ſummi Põtificis, & per ipſam Sanctam Eccleſiam Prouinciæ Marchiæ Rectoris, nec verbo, nec opere iuſta ſuum poſſe facere, tractare, ſeu operari, quod a mandatis fidelitate, & obedientia ipſius Sacroſanctæ Eccleſiæ, & ipſius paſtoris, & rectorum in aliquo deuietur. Nullus autem de Conſiliarijs ſupradictis aliquo modo pręſummat dicere, ordinare, ſeu tractare publicè, vel occulta ordinatione, aliquid quod cedere, ſeu redundare poſſet contra ſtatum, & honorem dicti Communis, & Cõſilij dicti Populi, quod ſi aliquid præſumeretur in dicto Conſilio attentari per Priores, & Ancianos Populi; de numero prædicto, perpetuo aboleatur, & ipſius nomen

men de libro ipſo Conſiliariorum radatur. Et nullo modo de cętero de dicto Cōſilio eſſe poſſit, puniatur etiã per poteſtatem in perſona, ſeu rebus proprio arbitrio qualitate delicti, & perſona inſpecta. Notarius verò reformationum bis in anno de menſibus Maij, & Nouembris, vinculo ſacramenti, & ad petitionem Priorum, & Antianorum requiſitus, de prædictis inquirat. Et per ipſum repertos culpabiles Priores, & Antiani puniant, & puniri faciãt modo prædicto. Et ſi in prædictis reperta fuerit negligentia Poteſtatis, ſeu Officialium prædictorum, pęna decem librarum negligens puniatur. Et ſi Prior, vel Antianus extiterit, nunquam in ipſo officio eſſe poſſit. Et volentes dictum numerum regentium ſalubriter conſeruare, præſenti ſtatuto firmamus, quod dicti Priores Populi præſidentes ſtatuto Ciuitatis Racaneti, eo tempore, quo refici debent, & reimbuſſulari cartutie Dominorũ Priorum Populi, declarato ſemper in vltima cartutia cum duobus bonis viris vocatis de numero Populi de quolibet quarterio dictæ Ciuitatis, vt hactenus vſitatum eſt renouationem dictarum cartutiarum, & earundem reimbuſſulationem faciant, & cartutias ipſas ordinent, prout de ipſorum proceſſerit voluntate: hoc quidem expreſſo, quod ſi contingat eo tempore renouationis, & ordinationis dictarum cartutiarum aliquem deficere de deſcriptis in numero Populi, ratione mortis, vel alterius humani caſus, vel diuini Iudicij; dicti Domini Priores vltimę cartutiæ cum duobus bonis Viris vocatis de numero Populi de quolibet quarterio eiuſdem Ciuitatis, adeò quod cartutie in quibus deſcribuntur nomina Dominorum Priorum ſint duodecim, numero adequatę de octo bonis Viris de numero Populi pro qualibet ipſarum cartutiarum, prius teneant ſcrutinium inter eos, & dictos vocatos; deponendis, & eligendis ad ſcrutinium in cōſilio ducẽtorum de Populo, & nominati, & ſic electi inter ipſos Dominos Priores, & vocatos, & declarato quod numerus ponendorum, & addendorum dicto numero ducẽtorum de Populo in quolibet quarterio loco deficientium ſcrutinentur in numero duplo, vel maiori prout uiſum fuerit, quouſq; ad numerum decem, & demum ſcrutinentur, & ad ſcrutinium ponantur omnes prædicti, in dicto conſilio ducentorum, & tunc de dictis ſcrutinatis habentes plures voces loco deficiẽtium in caſibus prædictis in quolibet quarterio, vt præmiſſum eſt iuxtà dictam adequationem, de octo bonis Viris pro qualibet cartutia ponãtur, addantur, & ſcribantur, &

De arbitrio, & baylia Conſilij ducentorum. Et quod aliquis de numero ducentorum habens cām cum Communi, vel præſtans patrocinium habenti cām cum Communi, non poſſit eſſe de numero Priorum, vel quatuor. Rubr. XII.

QVI maius officium conceditur minus videtur eſſe conceſſum. Scilicet quia plus operatur expreſſum quam tacitum, derogando ſtatuto de Conſilio credentię, præcipimus hoc edicto, quod conſilium ducentorum de Populo, de quibus eſt ſolitum partē aſſumi, & de ipſa parte conſilium credentię cōuocari, facultatē habeat, arbitrium, & bayliam, prouidendi, ordinandi, & diſponendi ſuper, & in negocijs quibuſcunq;, prout, & ſicut hēbat dictum Conſilium credentię, prout patet in ſtatuto ſupra poſito ſub rubrica de ordine Conſiliariorum generaliū, & ſpecialiū. Nec vlterius egeat dictum Conſilium credentię ordinari, ſed poteſtas facultas, & arbitrium dicto Conſilio credentię per ſtatuta conceſſa, & attributa, auctoritate præſentis ſtatuti, ſint, & intelligantur attributa, & conceſſa in omnibus, & per omnia prædicto Conſilio ducentorum. Statuētes inſuper quod quicunq; Ciuis Ciuitatis Racaneti de numero ducentorum Populi dictæ Ciuitatis, qui de præſenti habeat, vel habiturus ſit cauſam, vel quæſtionem cum Communi Ciuitatis Racaneti, in quacū que curia, & cui contingat extrahi de buſſulo ad officiū Prioratus, non poſſit nec debeat durante dicta cauſa, vel quæſtione, eſſe, & gaudere officio Prioratus Populi Ciuitatis prædictę, & durante tempore dicti Prioratus debeat ſuper ſederi in cauſa, non præiudicando alicui partium. Et ſi quoquo modo procederetur in dicta cauſa durante tempore dicti officij Prioratus, dictus Prior cauſam habens cum Commune de numero Populi radatur, & in dicto vllo tempore eſſe non poſſit, & nihilhominus per eius ſindicatores in librarum quinquaginta cōdemnetur Coī. Et ſi cōtingat aliquē ex quatuor ſuper cāis Cōmunis, eſſe in officio dictorū quatuor, & tunc contigat exoriri, vel habere cauſam, vel quęſtionem cum dicto Cōmuni, quod Priores Populi, qui pro tēpore fuerint, teneantur, & debeant, ſub dicta pęna loco ſui, aliū ad dictū officiū quatuor ponere durāte dicta cā, vel quęſtione.

Adij-

Adiſcientes, quod nullus Ciuis Ciuitatis Racanati de numero ducentorum Populi dictæ Ciuitatis, poſſit vel debeat patrocinium, ſeu procuratione præſtare palàm, vel occultè, alicui habenti cauſam, vel quęſtionem cum Commune Racaneti, in quacunq; curia dicta cauſa, vel quęſtio vẽtiletur, & ſi ſecus fecerit, ſtatuimus, quod durante dicta cauſa, vel quęſtione, non poſſit nec debeat eſſe, vel gaudere officio Prioratus Populi Ciuitatis Racaneti, & in officio quatuor defenſorum cauſarum Communis Racaneti, & quod Priores Populi Ciuitatis Racaneti, & dicti defenſores dictarum cauſarum, dictum talem ad exercitium dicti officij, vel officiorum nullatenus recipiant, pęna vigintiquinq; librarum den. pro quolibet ipſorum, & qualibet vice, & pęna viginti quinq; librarum dicto tali qui ad exercendum dictum officium, ſeu officia accederet, & pęna ipſa ſoluta, vel non; nihilominus ad dictum officium, vel officia exercendum nullatenus admictatur, ſemper ſub pęna prædicta. Et Poteſtas Ciuitatis Racaneti inquirere, & inueſtigare, & pęnas prędictas exigere, de facto, ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſub pęna quinquaginta librarum denariorum, de ſuo ſalario auferenda.

De electione Priorum Populi, & eorum officio. *Rubr.* XIII.

DE numero Conſiliarũ, & Conſilij Populi ſupra dicti præſente ſtatuto ordinamus Eligi Priores Populi ſcilicet duo per quarteriũ quodlibet, menſib. ſingulis, hoc modo; quod cõgregetur Conſiliũ Populi in palatio conſueto reſidentiæ Priorũ Populi Ciuitatis Racaneti, in quo nominentur oẽs de Populo, qui ad breue, ſeu ſcaffinã ire poſſunt poſt renouationẽ cartutiarũ præcedentiũ officij Prioratus, pęna quinq; ſolidorũ, pro quolibet. In quo quidem Conſilio fiant octo breuia, ſeu ſcaffinę duo ſcilicet per quarteriũ, & cui venerit ipsũ breue, ſeu ſcaffina ſit Prior. Quorũ officium duret per vnũ menſẽ, & finito eorũ officio; in dicto officio eſſe non poſſint vſq; ad nouã reimbuſſulationẽ cartutiarũ dicti officij Prioratus, pęna cẽtũ ſolidorũ den. & dictũ officiũ amictat. Saluo ſi pro euidẽti vtilitate Communis alius modus, & forma in dicto Conſilio Populi ad buſſolas, & palluctas extiterit ordinatus. Et ipſi Priores vinculo ſacramenti, & pęna decẽ librarũ pro quolibet, & qualibet vice eis auferenda, per Sindicatores ponendos, ad ſindicandũ dictos Priores, teneãtur, & dẽant facẽ, & fieri facere requiſitionẽ, & moſtram, ſemel inqualibet ebdomada, ipſis præſentib. & vidẽtibus, a Poteſtate de Officialib. familiarib. & equis ſuis, quos hẽre tenetur, & debet, ſecundũ formã ſuæ electionis, in præſentia notarij reformationũ. Teneantur ẽt, & dẽant dicti Priores, q̃n futurus Poteſtas nouus venit ad dictam Ciuitatẽ, ad dictũ ſuũ officiũ Poteſtarię exercendũ, ante quã ipſe intret ipsã Ciuitatẽ, præſcrutari requiri, & ſciri facẽ per Notariũ reformationũ, ſi ipſę Poteſtas tũc hẽt, & ducit ſecum oẽs officiales, domicellos, Birruarios, & equos, quos hẽre, & retinẽ debet in dicto officio, ſecũdũ formã ſuę electionis. Et tũc ſcribãtur per dictũ Notariũ oĩa noĩa dictorũ officialiũ, domicellorũ, & birruariorum. Et ſcribãtur ordinatẽ per dictũ Notariũ reformationũ. Et ſi dictus Poteſtas tũc deficeret in nõ hñdo dictos Officiales, vel aliquẽ ipſorũ, ſeu familiã, dictã Ciuitatẽ intrare non poſſit. Qui Priores ſic electi Poteſtatẽ hẽant proponere, & propoſitiones facere, & fieri facẽ publicas, & ſecretas, tàm dicto Conſilio Populi, quàm in Alijs Conſilijs. Et Poteſtas ſiue eius Vicarius, vel alius quis Officialis non poſſit, nec debeat ſine ipſorum Priorum voluntate, & præſentia, vel maioris par-

tis

tis ipſorum facere aliquod Conſilium, vel parlamentum congregare, & in aliquo Conſilio publico, vel occulto proponere, ſeu proponi face re, ſeu reformare, aut partitum mictere, niſi prout de ipſorum Priorũ, vel maioris partis ipſorum proceſſerit voluntate. Et ſi aliter factũ fue rit, non valeat, nec teneat vllo modo. Nec ipſi Priores audeant propo nere in aliquo Conſilio niſi prius inter ſe ipſos deliberent ad buſſolas, & palluctas, omnes vel maior pars eorum, & ſcribi faciant die præcedenti de ſero, id quod proponere in Conſilio quęcunq; intendunt, & ſi aliter fieret non valeat. Poſſint etiam Priores congregare, & cõgrega ri facere Conſilium Populi prædictum, Conſilium generale, ac etiam parlamentum, totiens, quotiens ipſi voluerint, & eis vtilius videbitur pro Communi, ad honorem, & reuerentiam Sacroſanctę Romanę Eccleſiæ, & Domini Rectoris Prouinciæ Marchiæ, & ad conſeruatio nem ſtatus pacifici Communis, & Populi ſupradicti. Quibus Prioribus Bannitores Communis teneantur, & debeant obedire, & ad ipſorum requiſitionem, & voluntatem Conſilium, & parlamentum banni re in locis publicis, & conſuetis, ad pęnam eis per Priores iniungendã, & exigendam, contradictione poteſtatis, vel alterius officialis modo aliquo non obſtante. In quorum Priorum, & Populi Conſilijs nullus niſi fuerit de dicto Conſilio, audeat intereſſe, niſi de ipſorum Priorum omnium proceſſerit voluntate. Et quod Poteſtas, vel alius Officialis, non poſſit eorum officium impedire, vel impediri facere, ſcilicet debeat executioni mandare, quæ per ipſos Priores in negocijs Communis, pro ipſius ſtatu fuerint ordinata. Et ſi contrafecerit quinquaginta librarum Communi pro banno ſoluat, capitulo aliquo non obſtante. Quibus ſeu alicui eorum Poteſtas, nec aliquis Officialis dicti Commu nis præcipere non poſſit, quod palatium non intrent, vel de ipſo palatio ſecedant, vel diſcedant, nec aliquod bannum eis imponat, nec eos condamnet, durante eorum officio Prioratus, vel poſt de eo quod fecerint ratione officij. Et eis liceat quotiens eis videbitur, pro honore, & reuerentia Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & ſuorum Officialium, & ſta tu Communis, & Populi prædicti, populares requirere, & coadunare, & pęnam imponere vſq; ad quantitatem decem librarum, quod vadãt cum ipſis, cum armis, vel ſine armis ad palatium, vel vbicunq; voluerint, & dicta pęna a contrafacientibus per poteſtatem exigatur, & relationi Priorum ſtetur. Nec poſſint dicti Priores, vel alter ipſorũ, pręd-

dicta

dicta de cauſa, & dictis Prioribus obedientes, in aliquo condemnari, quod ſi contra factum fuerit, non valeat vllo modo. Priores autem prædicti non audeant extra Ciuitatem noſtram in Ambaxiatam accedere, cum licentia, vel ſine quouis modo, vel queſito colore durante officio ipſorum Prioratus. Qui autem contrafecerint bannum quinquaginta librarum ſoluat, & de numero Populi abradatur, contra quem ſuccedentes ei Priores, executionem fieri faciant, ad dictam pęnam, in quam incurrant omnes, qui negligentes fuerint in prædictis. Et prædicti Priores, ſeu aliquis ipſorum, durante officio Prioratus in aliquo alio officio, non poſſint eligi, vllo modo, & ſi fieret euaneſcat. Prioreſque prædicti non audeant pernoctare extra Territorium Racaneti, ſine licentia conſociorum ſuorum, vel maioris partis, poſito partito ad buſſolas, & palluctas, pęna contrafacienti de facto, & ſine diminutione aliqua decem librarum, exigenda per ſindicatores eorum. Ipſi autem Priores, ſeu alter ipſorum ad iudicium ſuo nomine, vel alieno, aliquem conuenire, ſeu conueniri non poſſit. Teneantur autem dicti Priores in fine eorum officij, rationem reddere rationis omnibus eis imponendis, cum vno per quarterium eligendo per Priores Populi ſubſequentes, qui pro tempore fuerint, de omnibus expenſis, & toto eorum officio, quod & quas fecerint, contra formam alicuius ſtatuti, delinquentes reperti, duplum eius in quo contra formam ſtatuti fecerint, vel damnum Communi intulerint, reddere compellantur, & quicquid factum, proceſſum, ſententiatum, & ordinatum fuerit, per maiorem partem ipſorum teneat, & valeat, & habeat plenum robur tanquam ſi eſſent omnes quatuor præſentialiter. Volumus etiam quod Notarius ipſorum rationatorum vna cum duobus rationatoribus, ſeu vno rationatorum, poſſit, & valeat Priores, & alios Officiales ciues recipere ad excuſationem, & procedere vſque ad finem ſententiæ. Et nullus ipſorum Priorum durante eorum officio in officio Antianorum eſſe poſſit. Quinimmò ſi contingat aliquem Antianum durante officio Antianatus, trahi de buſſulo ad officiũ Prioratus, vel aduenirei, quod aliquis eodẽ die ad vtrũq; officiũ Prioratus. Videlicet, & Antianatus trahatur de buſſolis, officiũ Prioratus q^{d} ẽ dignius exercere dẽat, & deponẽ Antianatus officium.

officium. Et Priores Populi quorum tempore prædicta euenire contingat, loquo eidem deponentis Antianatus officium, aliquem eiuſdem quarterij cuius erat extractus eligant, deputent, & per tēpus quo debebat deponēs Antianatus officiū exercere ſubrogent, dictuſq; ſubrogatus pro vero Antiano habeatur, ac ſi de Antianatus buſſolo traheretur. Nullæq; literę, quę mictentur pro parte dicti Cōmunis, ſine eorum licentia debeant ſigillari, & quæ mictentur ad ipſum Commune, ſine eorum præſentia, vel duorū ad minus per Poteſtatem, vel aliū Officialem debeātaperiri pęna decem librarū. Sigillum, & vexillum magnum Communis, & Populi Ciuitatis prædictę, pęnes ipſos Priores ſic electi ad ſuum prædictum officium exercendum, vt vtilius pro vtilitate Communis ipſius exerceant ſtent, & eorum moram continuam trahant in palatio Communis Racaneti, eorum ſolitę reſidentię, cum ſalario eis deputato, vel deputando per Commune dictæ Ciuitatis. Et Priores qui pro tempore fuerint de menſe Aprilis, quolibet Anno, vinculo ſacramenti, & pena decem librarum pro quolibet eorū, teneantur, & debeant vocare, & eligere quatuor bonos, & legales famulos, & vnum coquum de terra, vel aliunde, prout ipſis Prioribus videbitur conuenire. Qui continuè ſtent, & morentur, cum ipſis Prioribus de die, & de nocte, & habeant, & habere debeant a dicto Communi ſalarium eis, & cuilibet ipſorum per dictum Commune, & Priores deputandum, pro quolibet menſe, & quolibet eorum, & expenſas, & vnum par pannorum. Qui Priores, & quilibet alius Officialis de Racaneto, ſint, & ſtent, & eſſe debeant contenti, ſalario ſibi conſtituto per dictum Commune, ſine aliqua alia prouiſione, & datione dicti Communis, & ſpecialium perſonarum, cerę, olei, luminis, ſeu alterius cuiſcunque prouiſionis, ſeu lucri, Sindicatus literarum copiarum, actorum, inuentariorum, vel cuiuſcunque alterius ſcripturę pęna centum ſolidorum cuilibet accipienti, & cuilibet maſſario danti aliquid vltra dictum ſuum ſalarium eis conſtitutum. Et ad reſtitutionem omnium rerum eis datarum, vltra dictum ſuum ſalarium per ſuos Rationatores condemnentur. Nec de dicto palactio durante eorum officio de die, vel de nocte recedant cā recedendi ad domū propriā, vel ad alia ſua negotia exercēda, niſi cā in

firmi-

firmatis, vel alterius neceſſitatis, & tunc licentia petita, vel obtenta a Priore Priorum in ſcriptis redacta, per Notarium Reformationum, in quo quotiens aliquis ipſorum contrafecerit pęnā, pro qualibet vice quadraginta ſolidorū incurrat. Nec ēt ipſi Priores, vel aliquis ipſorum præſummant ire, vel ſtare, ad aliquod corructum, conuiuium, vel nuptias, niſi ordine infraſcripto. Vt quod ipſi, vel aliquis ipſorum, ad corructum, ſeu funus alicuius, ire, vel ſtare non poſſit, niſi mortuus, vel mortua, Priori, ſeu Prioribus eū tibus, ad funus prædictum atineat vſque in tertium gradum conſanguinitatis, & in caſu prædicto, licitum ſit eidem ire, & alium ex Prioribus ducere in ſociū ſecum, ſine pęna. Ad nuptias vero, vel conuiuiū ire, vel ſtare non poſſit, niſi nuptię fierent in domo ſua, & de aliquo de ſua familia. Item nullus ipſorum Priorum, poſſit, vel debeat in die ſabbati, vel mercati, ire, vel ſtare in platea Communis, vel mercato aliquo, cauſa mercandi, vel negotiandi, pro ſe, vel pro alio. Si vero pro alijs ſuis factis, vel negotijs, alibi quam in dictis locis, ſeu ad dicta loca, ire voluerit, dicta die ſabbati, vel mercati, & ī alijs diebus ebdomadę, ſibi liceat, dum tamen de palattio Priorum Populi recedere non poſſit, niſi ſibi data licentia per Priorem Priorum, quod ſi per aliquem dictorum Priorum fuerit in aliquo prædictorum caſuū contrafactum, contrafacientes incurrāt pęnam centum ſolidorū de facto, per Sindicatores poſſint, & debeant ſpecialiter de prædictis, contra dictos Priores, tempore eorum ſindicatus, inquirere, & veſtigare. Nec liceat alicui ipſorum ſine ſocio non ſui quarterij, loqui cum Officiale, vel aliquo alio de Terra, vel Forenſe, ſine licentia, & voluntate Prioris Priorum, qui auctoritatem habeat in prædictis contrafacientem punire. Siquid vero ab ipſis Prioribus petitum fuerit, Reſponſum non detur, niſi primo inter eos deliberatum extiterit, quid & per quem debeat reſponderi. Nec durante ipſo officio Prioratus, ſi venditionem, alienationem, vel conceſſionem, vel aliquem contractum, vel obligationem, per ipſum Commune fieri contingerit, ipſi Priores, vel aliquis ipſorum, aut aliquis de ſuis domeſticis, & familiaribus, poſſit percipare, ſeu partem habere, per ſe, vel per aliam perſonam ſubmiſſam, & hoc iurare teneantur in ipſo contractu, qui contrahent cum Commune. Si quis vero contrafecerit, quandocunque legitimè probari poterit.

Si

Si quidem illud, quod venderetur per Commune, vel eius Sindicum, vel concederetur, vel quod aliter veniret in contractu, eſſet valoris a centum ſolidos infra, comdemnetur contrafaciens in decem libras denar. Si vero a centum ſolidos ſupra vſq; ad decem libras, cõdemnetur delinquens, in vigintiquinq; libris denar. Si vero a decẽ liberis ſupra vſq; in vigintiquinq; libras, cõdẽnetur in quinquaginta libras denariorum. Si vero a quinquaginta libris ſupra, centum librarum pęna condemnetur, & de numero Populi radatur, quæ pęne ſummariè, & de facto per Rationatores Communis auferantur, de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij. Poſſint etiam dicti Priores dare licentiam ducentis de Populo omnibus, generaliter, portandi arma offenſibilia, & defenſibilia, de die, & de nocte per dictam Ciuitatem, & burghos, & eius Territorium, & diſtrictum, ſine pęna; & banno, cum dicti Priores viderint expedire dictam licentiam eſſe dandam. Et ſi aliquis ipſorum ducentorum fuerit inceptor rixę, & offenderit aliquem cum dictis armis, puniatur in duplum illius pęnę, quam ſoluere teneretur, & deberet, & quando fuerit eis iniunctum, quod ducenti portent arma, & non portauerint puniantur in quinque ſolidos, pro quolibet, & qua libet vice. Poſſintque Domini Priores vnà cum Poteſtate noſtræ Ciuitatis mandare cuicunque noſtræ Iuriſdictionis, quod vadat pro ambaſſiata noſtri Communis iuxta diſpoſitionem noſtri Statuti, infra poſiti ſub Rubrica de ſalario Ambaſſiatorum &c. Qui ſi non paruerit mandato, mulctetur de facto, & ſine diminutione aliqua, in decem libris denariorũ, & nihilominus cogatur ſoluere omnẽ expenſã quæ facta fuerit pro huiuſmodi ambaſſiata per alium explicata, ita tamen, ſi nullam habuerit excuſationem legitimam. Volumus inſuper quod Prior Priorum primo deliberato, & obtento inter eos, & quod ſint cõcordes ſex adminus, poſſit præcipere cuicunque perſonę voluerit, ex iuſta, & rationabili cauſa, & inobedientem cogere, carcerare, & mulctare in centum ſolidos, pro qualibet vice, qua inobediens fuerit, & vſque ad tres vices tantum, pro vna cauſa, dum modò iuſta. Quod ſimiliter poſſint omnes alij Priores in concordia exiſtentes nullo diſcrepãte, etiam contra voluntatem Prioris Priorum. Et Poteſtas, & quilibet officialis vinculo Sacramenti, & pęna vigintiquinque librarum de ſuo ſalario auferenda, ſine proceſſu, & ſolemnitate Iuris, teneatur ipſis Prioribus præſtare auxilium Conſilium, & fauorẽ pro prædictis execu-

executioni mandandis, ad voluntatem ipſorum Dominorum Priorū ſtatuto aliquo non obſtante. Et Prior Priorum ſit ille, quem omnes alij Priores in concordia, vel ſex adminus nominauerint, & elegerint. Volumus inſuper quod nullus de numero ducentorum Populi, qui tẽpore renouationis cartutiarum habitaret cum ſua familia extra Ciuitatem, & diſtrictum Racaneti, poſſit mitti in buſſula Priorũ, & ſi fuerit miſſus, Prior Priorum condemnetur per ſindicatores ſuos de facto in centum ſolidos, & electio, & inbuſſulatio ipſius habitãtis extra non valeat. Item volumus quod ſi quis habitauerit cum ſua familia extra diſcrictum Racaneti per decem annos, abradatur, & cãcelletur totaliter de libris, in quibus ſcripta ſunt nomina ducentorum. Statuimus inſuper, quod ſi quis Ciuis noſter tempore quo eligeretur Prior eſſet extra Ciuitatem noſtram in aliquo officio, quod non poſſit cedere dicto officio, vt exerceat officium Prioratus, pęna vigintiquinque librarum denariorum, de facto auferenda, per Poteſtatem Ciuitatis Racaneti, & vltra hoc non poſſit illud officium Prioratus exercere, niſi contingat ipſum finire dictum officium, quod exerceret extra antequam inciperet officium Prioratus. Teneanturq; dicti Domini Priores, qui pro tempore fuerint, quolibet menſe Nouembris, vinculo ſacramenti, & pęna decem librarum pro quolibet de facto exigenda, & ſine diminutione ſoluenda; ſcribi facere in quaternis fumantię omnes & ſingulos poſſidentes in Ciuitate, vel diſtrictu Racaneti aliquà bona, vel res immobiles iuxtà formam ſtatuti poſiti in quarto libro ſub rubrica, quod quilibet Ciuis, & habitator Racaneti tenens aliqua bona immobilia teneatur ſoluere fumantiã &c. Volumus inſuper, quod dicti Priores vnà cum Conſilio Antianorum, & vigintiquatuor Populi poſſint imponere collectam, tàm per appretium, quàm per fumantiã, vel per alium modum, & viam quibus melius ſibi videbitur abſq; aliquo alio Conſilio generali, ſpeciali, aut publico, vel priuato pro ſolutione tallearum impoſitarum, & imponendarum per Rectores Sanctæ matris Eccleſiæ, & aliorum onerum dicti Communis ſoluendorũ dictis Rectoribus: per alijs verò neceſſitatibus dicti Communis ſeruetur forma imponendarum collectarum, vel grauaminum tradita infra in ſtatuto ſub rubrica, quod Poteſtas, & Priores Populi cum auctoritate, & deliberatione Conſilij, poſſint imponere quaſcunq; collectas. Non poſſint tãtum ipſi Domini Priores eligere in Ambaxiatores, vel

Capitaneum famulorum mictendorum ad aliquam partem mandato Domini Rectoris Marchiæ, niſi primo mittatur partitum inter ipſos ad buſſulas, & palluctas, & obtentum ſit per maiorem partē ipſorum Dominorum Priorum, pęna ſi cōtra factum fuerit pro uice qualibet, & pro quolibet, decem librarum, in quibus ſindicentur per Sindicatores tempore eorum ſindicatus. Quod volumus obtinere in quibuſcūq; partitis de cętero fiendis inter ipſos Priores, ſupra quod firmum, & ratum ſit, quod per maiorem partem ipſorū fuerit obtentum ad buſſulas & palluctas, perindeac ſi omnes nemine diſcordante conſentirēt in vnum, exceptis illis caſibus, in quib. ſtatutū ſpecialiter prouidet de maiori, vel minori numero, in quibus illud ſtatutum vigeat, & ſuam optineat firmitatem. Volumus inſuper quod Priores quib. tangit renouatio carutiarum Priorum Populi dictæ Ciuitatis, teneantur, & debeant eligere duos bonos viros per quarterium, qui ſint de numero Populi, qui vnà cum eis Prioribus habeant facultatē, poteſtatem, & bailiam renouandi cartutias Priorum Populi, & nomina Priorum in ipſis cartutijs inſcriptis redigi faciendi. Inſuper ad tutelam perſonarū, ac beſtiarum de quibus grauiſſima damna ſuſcepta ſunt agentibus armigeris depredare vſitatis, prouidimus, quod anno quolibet de menſe Auguſti Priores, qui erunt de menſe prędicto, faciant releuari, actari, & reparari, taliter paſſus Rigirical', à Turri Mōtezāni vſq; ad flumē potentię, & paſſus rigi dogli à contrata fornelli vſq; ad pontem anaſe, quod prædicti riguis, & paſſus tranſiri non poſſit aliunde, niſi per paſſus exiſtentes in vijs publicis ad tranſitum ſtudioſè ordinatos. Præterea ne ſilua magna Laureti noſtri Cōmunis, ab aqua flumis muſionis deguaſtetur, ſicut iam pro parte noſcitur eueniſſe, volumus eoſdem Priores de dicto menſe Auguſti, anno quolibet præſidentes, teneri, & debere prouidere, quod aqua dicti flummis quæ deriuatur per dictam ſiluam conducatur, & deriuetur per talem locum, & tali modo, quod dicta ſilua ex eadem aqua non ledatur. Si verò dicti Priores in aliquo prædictorum negligentes fuerint pęnam decem librarum pro quolibet eorum, & vice qualibet ſoluere compellantur. Teneantur ēt dicti Priores qui pro tempore fuerint, facere banniri, quod nemo det de fero commedere fenatoribus, ſecundum formam ſtatuti poſiti ſub rubrica, de pęna dantis de fero commedere fenatoribus. Caueant etiam prædicti Priores qui nunc ſunt, & pro tempore fuerint, quando

ſelui

ſolui fecerint Poteſtati, & alijs Officialibus Foreſibus Ciuitatis Racaneti de eorum ſalario, faciant dictis Poteſtati, & alijs Officialibus ſolui, de eorum ſalario, in florenis auri, & non in argento, ſaluo, quod ſi prędicti Poteſtas, & alij Officiales voluerint pro eorum ſalario monetas de argento, teneantur dare maſſario Communis Racaneti, qui pro tempore fuerit, pro Cambio floreni, ſiue florinorum, illam quantitatem denariorum, pro qua cambiantur floreni in Ciuitate Racaneti, tempore ſolutionis fiendę de ſalario dicti Poteſtatis, & aliorum officialium, ſub pęna decem librarum denariorum, pro quolibet Priore, & qualibet vice, qua contrafecerit in prædictis, & in reſtitutione damni, quod noſtrum Commune ſubſtinuit pro cambio dictorum florenorum. Caueant etiam prædicti Priores tempore eorum officij aliquam bullam ſibi ipſis pertinentibus, ſibi vel alteri pro eo, aut pro eis ſolui facere, a maſſario Communis, aliquo colore quęſito, ſub pęna decem librarum denariorum, pro quolibet, & qualibet vice, qua contra fecerint in prædictis. Caueant autem dicti Priores durante dicto tempore Prioratus, ne per eorum cōtratas, vel alibi vadant decalciati, vel abſq; pannis lanę, nec animal oneratum, vel cum baſto ducant, nec aliquorum negocia gerant, vel aliquo inhoneſto modo vadant, contra honorem officij Prioratus, pęna decem librarum denariorũ pro quolibet ipſorum, & vice qualibet de facto auferenda per eorum ſindicatores, in quam incurrant ſi negligētes fuerint in prædictis. Non poſſit etiam dicti Priores conuitare, vel cōuiuium aliquod facere, alicui officiali forenſi, vel ſalariato per Comune, niſi ſolum cancellario Communis, ſub dicta pęna, decem librarũ, pro quolibet ipſorum, & vice qualibet.

De pœna non euntis ad exercendum officium Prioratus poſt quam fuerit extractus de buſſolo, vel ſe abſentantis. Rubr. XIIII.

IN congruum putamus, quod electi ad officiũ Prioratus ex quo Deo fauente noſtra Ciuitas ſalubriter gubernatur, a ſe ipſis arbitrium ſuſcipiant, exercendi officium, vel abſtinendi ab eo. Volentes igitur huic incongruitati remedium apponere, ſtatuimus, quod omnes populares extracti, & extrahendi ad officium Prioratus exercendum, teneatur die Kalendarum menſis quo debet exercere officiũ, ad requiſitionẽ familiaris Dominorum Priorum ad id deputati, cui per conſocios Priores talis requiſitio commiſſa fuerit, perſonaliter accedere, & cum ſocijs in palatio ſtare officium cõmiſſum exercendo. Nec aliquis ipſorum audeat, vel præſumat, abſentare ſe de Ciuitate, vel diſtrictu Racaneti, a die, quo de buſſulo tractus fuerit, donec fuerit conſumatũ tempus eiuſdem officij, neq; denegare, ceſſare, vel recuſare accedere ad palatium, & ibi ſtare; qui verò contra fecerit in aliquo de prędictis, caſſetur, & radatur de numero Populi, & perpetuò in eodem numero eſſe non poſſit. Et nihilhominus oẽs populares, qui ſunt de officio pręlibato, ſi non acceſſerint ad exercendum officium Prioratus prędictum, ſoluant de facto, & ſine aliqua diminutione noſtro Coĩ, quinquaginta ducatos auri. Et intelligatur ſe abſentare, quandocunq; tempore quo publicatur nomen idem reperiatur eſſe in Ciuitate, & poſtmodũ per familiarem eum requirentem, inueniri non poſſit, ac etiam pro denegante, recuſante, & ceſſante prorſus habeatur, vbi requiſitus perſonaliter, aut domi ſolitę habitationis non acceſſerit vnà cum familiari eum requirente ad palatium ſolitę manſionis Dominorum Priorum: de requiſitione verò conſtare debeat per relationem familiaris, cui cõmiſſum fuerit, cuius dicto ſtetur, & hẽatur pro legitima probatione, dum modo de commiſſione, & relatione conſtet manu Cancellarij noſtri Communis, aliquo ſtatuto in contrarium non obſtante. Prædicta vero locnm non habeant, in infirmis, & impediti infirmitate, qui ſint in habiles ad ambulandum; nec in abſentibus tempore, quo trahitur de buſſulo cartutia in qua nomen abſentis deſcriptum eſt. Nec ẽt

in illis, qui ad officium aliquod, vel peregrinationem reperirentur pro ſexi, ante extractionem dictæ cartutiæ, quorum acceſſus eſſet neceſſarius, de menſe quo deberet exercere officium prioratus. Quibus caſibus prouidemus, quod ſi contingerit dum noui Priores Populi noſtræ Ciuitatis de buſſolo trahuntur, trahi aliquam cartutiam de buſſolo, & aliquem, vel aliquos ex Prioribus de ſcriptis in dicta cartutia deficere contingat, ratione abſentię, vel infirmitatis, adeò quod debētes exercere officium Prioratus, eſſent pauciores ſex, quod dicta cartutia dēat in dicto buſſulo recludi, & alia ſucceſſiuè trahi, donec habeatur adminus præfatus numerus ſex Priorum, qui ſint præſentes ad eorum officium exercendum, & hoc non intelligatur in vltima cartutia.

De electione Antianorum, & eorum officio. Rubr. X V.

ANTIANORVM Electionem, hoc modo in futurum fieri volumus, & mandamus, quod de Conſilio Populi, in ipſo Conſilio per Priores cō gregato, quatuor boni Viri, idonei, diſcreti, vnus per quarterium eligantur qui Antiani Communis, & Populi vocentur, vt tribus ſcaffinis, ſeu breuibus, pro quolibet quarterio factis, omnes, & ſinguli Conſiliarij Populi de ipſo quarterio ad ſuum breue accipiendum accedant. Et illi omnes, quibus ſcaffinę, ſeu breuia venerint, ſacramento pręmiſſo cuilibet quarterij eligant Antianum duob. ex ipſis ad minus concordantib. in electione prædicta. Qui ſic electi in ſuo officio duobus tantū menſibus morentur. Nec vſq; ad annum cōtinuum in eodem officio eſſe poſſint. Poteſtatem habeant, & intereſſe pęna viginti ſolidorū, vice qualibet eis ſtatuta, in omni conſilio generali Populi, & alio quolibet cum Prioribus Populi eſſe pręſentes, ſine quorum, vel maioris partis ipſorum præſentia, dicti Priores non poſſint proponere, vel proponi facere in aliquo Conſilio, vel coadunatione, quod eſſet contra formam alicuius ſtatuti conſtitutionis, vel ordinamenti Communis; & Populi ante dicti, niſi per formam, & ſolemnitatem ſeruatam, quæ in ſuſpenſione ſtatuti ſuper hoc editi declaratur, quod ſi idem Antiani contrafacerent; pęnam centum ſolidorum, quilibet eorum incurrat, auferendam per Poteſtatē de facto eidē pro-

cedendo tamen ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura Iudicij, & applicandam Communi; nec non ipſa propoſita, vel reformatio careat omni effectu, præmiſſus ordo in electione Antianatus ita demũ ſeruetur, niſi alia forma pro euidenti vtilitate Communis in ipſo conſilio Populi traderetur.

De nominibus Priorum, & aliorum officialium dicti Communis reducendis in vna caſſecta. Rubr. XVI.

AD omnem ſuſpitionem euitandam, præſente ſtatuto firmamus, quod per maſſarium Communis Ciuitatis Racaneti, qui nunc eſt, teneatur, & debeat vinculo ſacramenti de pecunia ipſius Communis facere, ſeu fieri facere vnam caſſam, ſeu caſſectam cum tribus inclauatorijs, & diuerſis clauibus clauſam, in qua reponantur, & recludi debeant buſſuli, in quibus buſſulis mictantur nomina Priorum, Antianorum, Confaloneriorum, Capitaneorum, & Notariorum Caſtri Portus electorum, & eligendorum, Maſſariorum, & aliorum officialium, in quolibet buſſulo per ſe prædicti officiales recludantur, prout hactenus eſt conſuetum. Claues vero ipſius caſſectę, Videlicet vna quarum ſit, & etiam debeat apud Priores Populi dicti Communis, & alia apud Priores collegij Iudicum, & Notariorum, & alia apud Priores Fraternitatis mercatorum. Et ſic ſucceſſiuè dictus modus continuè ſeruetur, & ſeruari debeat. Et quod dicta caſſecta, ſeu caſſa aperiri non poſſit, nec debeat niſi tempore renouationis dictorum officialium, ſemper cum præſentia duorum de prioribus Populi, pęna aperientium decem librarum Rauennatorum vſualis monete. Et nomina dictorum officialium de ipſis buſſulis extrahantur publicè in Conſilio generali dicti Communis. Et ipſa caſſecta reponatur apud locum per Priores Populi ordinandum, & prout eis videbitur conueniri.

De officio Priorum ſuper pecunia Communis expendenda, & quomodo expenſæ queę fiunt in Communi debeant approbari. Rubr. X V I I.

NE Communis pecunia indebitè expendatur, a quantitate cētum ſolidorũ ſupra, nulla de pecunia ipſius Communis poſſit fieri expenſa, niſi per ordinem infraſcriptũ. Quod ſi cauſa neceſſitatis euenerit, aliquas expēſas neceſſarias in Coī fieri debere, quod Priores Populi, qui pro tempore fuerint, cum Conſilio Antianorum, & vigintiquatuor, obtento partito ad buſſulas, & palluctas, per maiorē partem dictorum Priorũ, & dictorũ Conſiliariorũ, vigintiquatuor, & Antianorũ poſſint, & valeant, cā neceſſitatis omnes pęcunię quantitatem neceſſariam, pro Cōe expēdere prout dictis Prioribus videbitur conuenire. Et aliter niſi in caſu neceſſitatis nō poſſint expendere, aliquo ſtatuto in contrarium loquēte non obſtante, præcedēte tñ bullecta Priorum. In qua bullecta contineatur ſcriptura declarãs quantitatē expenſę, non per literã breuē ſed extenſę annum, menſem, indictionem, & cauſam, ſingulorum Priorũ noīa, qui ipſam p̄ęcuniã mandant expendi, & nomē eius cui ſolutio fieri debet, & ſigillata duab. bullis varijs Priorũ ad hęc deputatis, in quarum vna ſit ſculta figura leonis, in alia figura vexilli cũ cruce. Quę bullę ſint ſemper apud Priores. Nullaq; bullecta a xx. ſolidos ſupra, per ipſos Priores bullari poſſit ſine deliberatione, & pręſentia Conſilij vigintiquatuor, aut maioris partis ipſorum. Expēſas inſuper omnes, de quib. bullectę ſpeciales fuerint exhibitę, approbari volumus hoc mō, quod primò legantur, & legi dēant per Cancellarium noſtri Coīs, in Conſilio Dominorum Priorũ, & Antianorum ad hoc ſpecialiter congregato, & inter ipſos Dominos Priores, & Antianos ipſis ſerioſius lectis, debeat ſuper eis micti partitum ad buſſulas, & palluctas. Et ille ſolum, quæ approbatę fuerint in dicto Conſilio per duas partes ipſorũ Dominorũ Priorũ, & Antianorũ deueniãt ad Conſiliũ vigintiquatuor quorũ due partes videlicet xvj. dicti Conſilij debeant eſſe concordes. Quæ verò in dicto Conſilio Dominorũ Priorũ, & Antianorũ, reprobatę fuerint, in Conſilio vigintiquatuor legi, vel proponi nō poſſint. Bulla vero generalis approbata ſolum inter ipſos Dominos Priores, legi

debeat in dicto Conſilio vigintiquatuor, & in eo approbari per duas partes mõ ſupradicto, & ſi aliter fieret non valeat, nec hẽantur expẽſę aliter approbatę pro approbatis, immò exprobatę intelligãtur, & ſine penitus auctãte pręſẽtis ſtatuti. Nulla vero bulleċta ĩ aliquo de pręditis Cõſilijs exprobata, poſſit amplius infra annũ à die exprobationis de nouo in aliquo Cõſilio proponi, vel approbari, & ſi fieret nõ valeat, Et quotiẽſcunq; proponeretur cõtra præſentẽ ordinẽ, Notarius reformationũ teneatur in Cõſilio prædicere, qũo fit cõtra formã ſtatuti, & proteſtari in eodẽ Cõſilio, quod non fiat. Priores verò quorũ tẽpore talia proponerẽtur, vel expẽſę aliquę cõtra pręſentẽ ordinẽ approbarentur, in decẽ libris pro quolibet cõdemnẽrur. Et ſimiliter eãdẽ pęnã incurrat Cãcellarius, qui nõ prędixerit in dicto Cõſilio, & nõ fuerit proteſtatus, & nihilominus quod fieret cõtra hãc ſanctionẽ nullo iure ſubſiſtat. Caueãt ĩſuper Priores pdicti, tẽpore eorũ officij aliquã bulleċtã ſibi ipſis pertinentem, vel alteri pro eo, aut pro eis ſolui facere à maſſario Communis aliquo colore quęſito ſub pęna decem librarum pro quolibet, & qualibet vice qua contrafecerint in prædictis.

Quod Priores Populi cum auctoritate, & deliberatione Conſilij Antianorum, & vigintiquatuor poßint imponere quaſcunq; gabellas, & collectas.
Rubr. XVIII.

AD oẽm ſcãdali materiã euitãdã pręſenti ordinamẽto firmamus, quod nulla colleċta, datiũ, ſiue pręſtãtia, vel aliquod onus ĩponatur coĩter, vel diuiſim, hoĩb. Ciuitatis nęc hĩtantib. in ea, nec poſſit proponi, vel arrẽgari, vel reformari aliquid ĩ quo a decẽ librarũ ſupra Coẽ in aliquo obligetur. Nec ſcindicus ĩ aliquo Cõſilio fieri, vel ordinari poſſit, qui ſe noĩe ipſius Coĩs, vel ipſũ Cõe obliget a dicta quãtitate ſupra, niſi primò deliberatũ fuerit per Priores qui pro tẽpore erũt, cũ auctoritate, & deliberatiõe Cõſilij Antianorũ, & xxiiij. Qui Priores cũ dicta auctoritate, & deliberatione obtẽto inter ipſos partito, pro maiori parte ipſorũ ad buſſulas, & palluctas, colleċtas quaſcũq; hoĩb. dictę Ciuitatis, & hĩtatorib. ipſius, & bona poſſidẽtib. & hñtib. ĩ Ciuitate prędicta, & eius diſtrictu, tã per apprętiũ, quã per fumũ, vel per quẽcunq; aliũ modũ, quo eius viſũ fuerit, & placuerit cõuenire, totiẽs, quotiẽs eis expedire videbitur, & placebit, imponere poſſint, & ipſas exigi facere, Et fructi-

fructib. cuiuſcũq; generis gabellã ĩponere, & ẽt pro beſtijs. Et gabellas quaſcunq; dicti Coĩs pro eo prædio, quo eis viſum fuerit vendere, Et quod factum, & ordinatum fuerit per ipſos in prędictis, & quolibet prędictorum, ex nunc valeat, & teneat, & plenum robur obtineat ac ſi factum, & ordinatum eſſet per totum præſens Conſilium. Caueant aũt Priores Populi vllo mõ actentare, proponere de collecta, ſeu oneribus imponendis pręmiſſis, niſi primò exactione facta collectę præteritę impoſitę pro Coĩ, ſub pęna xxv. libr. pro quolibet, in qua contrafacientes incurrant, exigendam per rationatores ipſorum, ipſis poteſtate prębente fauorem.

De electione Conſilij vigintiquatuor. Rubr. X I X.

MODVS eligendi Conſilium vigintiquatuor talis in futurum ſeruetur; quod in Conſilio Populi de quolibet quarterio ſex ſcaffinę, ſeu breuia fiant; Et omnes de illo Conſilio Cõſiliarij eiuſdem quarterij ad ſuum breue ſuſcipiendum accedant. Et ſic Conſiliarij reliquorum quarteriorum faciant. Illi autem quibus breuia acciderint; eligant quilibet vnum Conſiliarium, ſacramento præmiſſo de electione fideli. Electi verò per eos ſint Conſiliarij vigintiquatuor; Et poteſtatem habeant deliberare ſuper expenſis faciendis a Coẽ, collectis, ſeu oneribus imponẽdis, ſtatutorum &, conſtitutionũ ſuſpẽſioĩb. permictẽdis, ſeu prohibendis, bullectas a viginti ſolidos ſupra cũ Priorib. Populi prouidẽdi, & firmãdi, & ſuper alijs negocijs, quorũ permiſſio ex forma ſtatutorum, ſeu conſtitutionum ipſi Conſilio largiretur, duobus menſibus tantum eorum officium duret.

De buſſulis faciendis cum quibus in Conſilijs partita mictantur. Rubr. X X.

PRO partitis in Conſilijs faciendis, duo buſſuli, vnus albus del ſic, alter rubeus de non, cũ vno Baccili de ramo, & palluctis plũbeis, expẽſis Coĩs apud Priores retẽti cõtinuè hẽantur, cũ quib. partita mictantur ſuper reformationẽ Conſiliorũ, in illis

negotijs

negocijs in quib. partita ſic fieri, aliquod ſtatutum mandaret, in alijs verò negocijs fieri poſſit partitum de ſedendo ad leuandum, prout ipſis Prioribus videbitur conueniri.

De modo, & forma tenenda ſuper negocijs in quibus Conſiliarij conſulere, vel arrenghare ceſſarent. Rubr. XXI.

QVOTIENS ſuper propoſita in aliquo Conſilio de voluntate Priorũ fienda, accidet nõ cõſuli, ſeu arrẽghari, per Conſiliarios in ipſo Cõſilio præſentes, Priores poſſint præcipere cuicũq; de Cõſilio eis videbitur, quod ſurgat arrẽghet & cõſulat ſuper propoſitis factis, quę ſibi pro cã vtilia vidẽtur. Et ille, vel illi, quib. iniũctum fuerit, dẽant obedire dictis Priorib. ad pęnã x. libr. denar. de facto exigendam. Si ãt propoſita tãgeret aliquã perſonam ſpecialẽ, perſona ipſa, & omnis eius familiaris, ſeu domeſticus pęna centũ ſolidorũ de ipſo Conſilio exeat, quod ſi non fecerit quicquid in dicto Conſilio factum fuerit iurib. non ſubſiſtat. Scilicet ſi aliquis in aliquo Conſilio pro ſe, vel alia perſona, ſeu Cõmunitate, dominio, ſeu vniuerſitate fieri peteret, nullatenus in dicto conſilio ſibi detur reſpõſum, niſi eo abſẽte in dicto Cõſilio reformato quid ſibi debeat reſpõderi, quo deliberato nullus reſurgat, nec reſpondeat niſi is cui a Priorib. fuerit mandatum, pęna quinquaginta librarum.

De electione Poteſtatis, & eius officio, & de moſtra Poteſtati facienda. Rubr. XXII.

ELectionem noui Poteſtatis quotiẽſcunq; celebrari contingerit, ille modus qui caperetur in, & per Conſiliũ ducẽtorũ de Populo Ciuitatis Racaneti ſeruetur, & executioni mandetur, & validũ ſit, & plenũ robur obtineat, quicquid deliberatũ ſtabilitũ, & ordinatũ ac declaratũ fuerit ſuper dicta electione in & per Conſiliũ ante dictum dũ m̃õ nõ eligatur aliquis, qui ſit exititius, vel exploſus de Terra ſua. Qua electione facta, teneatur, & debeat dictus Poteſtas electus, ſi dictam electionem duxerit acceptandam, infra duos dies poſt præſentationem electionis huiuſmodi ſibi factam, acceptare, vel repudiare, aliàs elapſo dicto termino, dictam electionem volumus eſſe nullam,

nullam, & ex inde nullum ius eum cõſequi volumus, vel iuuamen venire nanq; perſonaliter debeat ad dictam noſtram Ciuitatem cum oĩbus ſuis officialibus, familiaribus, & equis, quatuor diebus ante initium ſui officij, ſi dictam electionem duxerit acceptandam, & in dicta noſtra Ciuitate cum eius officialibus, familijs, & equis, toto dicto tẽpore ſex menſium, ad dictum poteſtarię officium exercendum perſonaliter ſtare. Nec ipſę Poteſtas electus, vel aliquis ſuorum officialium, poſſit, & valeat ſe abſẽtare à dicta Ciuitate Racaneti, & eius diſtrictu, niſi ſecundum formam noſtri ſtatuti poſiti in tertio libro ſub rubrica de pęna officialium, & aliorũ cõductorum, & ſalariatorum a Coĩ ſine licentia ſe abſentantium. Teneaturq;, & debeat dictus Poteſtas ſecũ ducere, & hẽre continuò, dicto tempore perdurante duos idoneos, & ſufficientes Iudices, quorũ vnus ſit doctor in iure Ciuili, conuentuatus ſaltim per duos annos decurſos in aliqua infraſcriptarum Ciuitatum Videlicet Bononię, Paduę, vel Peruſij, aliter non poſſit recipi, vel admicti, oſtenſurus priuilegium de dicto conuentu Prioribus Ciuitatis prædictę Racanetenſis, tẽpore ſui aduẽtus ad dictũ regimẽ. Et totiẽs, quotiens ipſi Priores voluerint, quod ſi nõ oſtenderit, & fidem fecerit per priuilegiũ de dicto conuentu, dictus Poteſtas incurrat pęnã centũ florinorũ auri retinendorum de ſuo ſalario per maſſarium dicti Coĩs, tempore ſui ſindicatus. Et alter Iudex ſit ſufficiẽs. Et vnum bonũ ſociũ militem literatum, & probum. Quatuor bonos expertos, & ſufficiẽtes Notarios, quorũ vnus ſit ad maleficia duo ad Ciuilia, & vnũ ad extraordinaria dictæ Ciuitatis deputati. Quatuor domicellos. Duodecim Berruarios bonos, & expertos ad arma portandum, duos rigactios, & quatuor equos bonos, & ſufficiẽtes. Qui domicelli, berruarij, rigactij ſint veſtiti de vno, & eodem panno, colorito cum aliquali inſigno, pęna decem librarum denariorum pro quolibet retinenda de ſalario dicti Poteſtatis, de quibus omnibus, & ſingulis officialibus, familiarib. & equis, ante quã noſtram Ciuitatem intret, debeat conſignationẽ facere coram notario reformationum dicti noſtri Communis, alias ipsã Ciuitatem, ingredi non poſſit. Nec etiam poſſit ſecum ducere, vel habere, aliquem officialem, vel famulum de Prouincia Marchię Ancon. vel qui ſit de aliqua terra rebelli Rom. Eccl. vel exititius terrę ſuę, vel qui fuerit a quĩq; annis citrà ad aliquod officiũ in dicta noſtra Ciuitatę cũ aliquo rectore eiuſdẽ. Teneatur ẽt qualibet ebdomada ĩ nr̃o genera

li Conſilio, vel aliter ad petitionem, & requiſitionem Dominorum Priorum Populi, monſtram, & conſignationem facere, de oib. ſuis officialib. domicellis, & equis, per noſtrum Cancellarium receptiuam. Qui Officiales, & familię ſint tales, qui non ualeant de inhabilitate, & inſufficientia repelli, & non ſint oriundi de ſclauonia, cum in primordio ſui officij debeat fieri ſolemnis examinatio de eiſdem, & repertis inhabilibus, teneatur dictus Poteſtas alios habiles ſubrogare, & in locum non idonei idoneum deputare ſuis expenſis, & ſalario retinendo. Et ſi dictus Poteſtas non habuerit officiales, familiares, & equos omnes, quos retinere debet pro ſuo officio exercendo, pro qualibet vice condānetur modo infraſcripto de facto, ſine aliqua condemnatione fienda per ſindicatores dicti Domini Poteſtatis, vel alios Officiales. Videlicet ſi Poteſtas non fuerit præſens requiſitioni, & tempore requiſitionis condemnetur in vigintiquinque libris; Iudices verò ſi præſentes non fuerint requiſitioni, condemnetur in decē libras den. pro quolibet Iudice; ſimiliter ſocius ipſius domini Poteſtatis non fuerit præſens requiſitioni condamnetur in centum ſolidos denariorum pro quolibet notario; domicelli, & famuli, qui non fuerint pręſētes requiſitioni condamnentur in vigintiquinque ſolidos denariorum pro quolibet, & qualibet punctatura. Et ſemper Poteſtas teneatur pro omnibus eius officialibus, familiaribus, & domicellis de prædictis, & de omnibus alijs geſtis per eos, vel aliquem eorum. Teneaturque dictus Poteſtas in ſuo aduentu, offerre noſtræ maiori Eccleſiæ ſancti Flauiani, vnum palium de ſirico valoris duorum ducatorum auri, in vtilitatem dictæ Eccleſiæ conuertendorum. Teneaturque inſuper pręfatus Poteſtas in ſui memoriam relinquere noſtro Communi duo paueſia de his quæ ſecum adducet, & in eius retinebit officio, dummodò bona, & ſufficientia ſint, & valoris vnius ducati cum dimidio pro quolibet paueſe adminus, & ſex baliſtas, valoris etiam vnius ducati cum dimidio pro qualibet baliſta, & ſex baldineria, valorem decem Anconitan. pro quolibet baldinerio, apud Maſſarium noſtri Communis conſeruandas. Caueat dictus Poteſtas, ne incidi faciat in ſiluis Communis noſtri pro ſuo vſu arbores aliquas fructiferas, vt cauetur ex forma ſtatutorum, & ordinamentorum dicti Communis.

Acceſſum

Acceſſum vero ſuum, moram, & reditum, ſuorumque officialium famulorum, & equorum, dante de feliciter faciat omnibus ſuis ſumptibus, & expēſis, & reſico, periculo, & fortuna eius, & perſonarum. Et ſi contingerit ipſum, occaſione infirmitatis, vel mortis, vel alterius diuini Iudicij, vel humani periculi, vel alio caſu fortuitu, dictum Poteſtarie officium non poſſe perficere, vel perſonaliter exercere, volumus prorata temporis, quod dictum officium exercebit, ſibi ſolui. Habeat itaque, & habere debeat dictus Poteſtas pro ſuo ſalario, ſuorumque officialium, famulorum, & equorum pro dicto tempore ſex menſuum, libras duo milia centum ſexaginta denariorum vſualis monetę, perſoluendas eidem in auro, vel argento, prout in eius electione continebitur, per Maſſarinm dicti noſtri Communis, & duos ducatos auri, pro carta cera, & atramento, & vltra non petat a dicto Communi, vel ſpecialibus perſonis eiuſdem directè, vel indirectè, aliquo quæſito colore, ſed contentus ſtet ſalario memorato: Et non debeat, nec poſſit, cum Prioribus Populi, nec cum alio ciue, vel habitatore dictæ Ciuitatis dicere, nec ratiocinari verbo, vel opere, quod ei fiat aliqua prouiſio, nec adiectio àd eius ſalarium ordinatum, ſed ſit contentus ad dictum ſalarium ei promiſſum in ſua Electione; & ſi aliquis ex ipſis Prioribus, vel omnes ipſi dicerent, actentarent, proponerent, vel arrengharent in aliquo Conſilio publico, vel priuato, vel per vllum alium modum, quod ipſi Poteſtati prouideretur, vel daretur aliquid, vltra ſalarium ſibi ordinatum, vel per modum prouiſionis, aut bullæ, vel per vllum alium modum, & formam, de facto per rationatores ipſorum Dominorum Priorum, abſq; remiſſione aliqua, condamnentur in viginti quinque libras pro quolibet. Si verò dictus Poteſtas non veniet, in termino ſuperius declarato, dictam electionem decernimus non valere, & nullam habere volumus firmitatem ipſo iure, ſine alicuius ſententiæ prolatione ſuper caſſatione dictæ electionis, & omne damnum, & inter eſſe quod dictum Commune propter aduentum per ipſum non factum ad dictum officium pateretur, ſeu ſuſtineret, quod facit, & extimat ducentos ducatos auri boni auri, & iuſti ponderis per eū ſoluēdos in vnū menſem incipiendū ea die, qua ad dictū officiū exercēdū venire debebat, & tenebatur, quos ducētos ducatos auri, ſi nō ſoluerit ĩ terminū dicti mēſis pro dāno, & ĩtereſſe ſu-

pra

pra poſitis, ex nunc, pro ex tunc, incontinenti ipſo facto, repreſaliȩ ſine proceſſu, & aliqua ſententia ſuper hoc ferenda, ſint, & intelligantur eſſe conceſſȩ, priuilegijs, fauoribus, & indultis quibuſcunq; in ſuo fauore loquentibus non obſtantibus, quibus expreſſe renuntiet eis non vtendo, & faciat, & curet ita, & taliter cum effectu, quod Commune vnde ipſe Poteſtas originem traxit, dictis repreſalijs cõſentiat, & ſe ſubmictat per publicum inſtrumentum, vel literas patentes, ſigilli dicti Coïsmunimime roboratas, quas dictus Poteſtas noſtro Communi manifeſtare debeat, tempore acceptationis officij prælibati. Et quod Commune prædictum dicta de cauſa, ſeu occaſione ſalarij dicti Poteſtatis, vel pęne prędictę ducentorum ducatorum, vel alia quacunque de cauſa, prætextu dicti ſui officij, contra noſtrum Commune repreñſalias non concedet directè, vel indirectè. Finito autem officio ad ſindicatum ſtabit perſonaliter in Ciuitate prædicta, cum ſuis officialibus, & familia, ſex dieb. ſi fuerit data petitio diebus quatuor continuis, coram ſindicatoribus, & rationatoribus dicti Communis, ad hæc ſpecialiter deputatis de adminiſtratione dicti officij, & geſtis per eum ſuoſq; officiales, & familiam, rationem plenariam redditurus, & omnem condemnationem quæ de eo, ſuiſq; officialibus, ſuper hoc ferrentur ſoluat cum effectu, qua de cauſa tertia pars ſui ſalarij, donec abſolutionem, vel condemnationem habeat, & ipſam ſoluat, debeat per Maſſarium noſtri Communis conſeruari. Solutio etiã ſalarij prȩlibati fiat ſibi vt ſuperius eſt expreſſum. Teneatur itaque, & debeat dictus Poteſtas exigere, & exegi facere omnes, & ſingulas condemnationes factas, & latas, tàm tempore ſui officij, quàm tempore ſuorum in dicto officio præceſſorum, quas deueniri faciat ad manus Maſſarij Communis prædicti, pro ipſo Communi, recipientis. Et de condemnationibus veteribus, quas exegi faciet, habeat a noſtro Communi den. duodecim, pro qualibet libra denariorũ. Non poſſit itaque, nec debeat dictus Poteſtas aliquem noſtrum Ciuem, & habitatorẽ noſtræ Ciuitatis cogere, vel ei præcipere, vel mandare, quod ipſi dent, vel mutuent linteamnia, vel copertoria, lectorum, tàm ſibi, quàm ſuis officialibus, & familiæ. Nec liceat dicto Poteſtati tempore, quo ipſe veniet ad dictum noſtrum regimen, intrare Territorium noſtrȩ Ciuitatis prȩfatȩ aliquo quæſito colore, niſi ſolum ea die, in qua cadit eius introitus in Ciuita-

Ciuitatem prædictam. Declarato etiam, & expreſſo in præſenti volumine electionis huius, quod Iudex , & aſſeſſor dicti Domini Poteſtatis, doctor, quem ſecum habebit in dicto officio, teneatur, & debeat conſulere in omnibus cauſis dicti noſtri Communis, Criminalibus, & Ciuilibus, tam emenſis tempore ſuorum in officio preceſſorum, de ipſorum curia, & deductis ad tribunal Iudicis appellationum dicti Communis, quam tempore ſuo de ſua curia emergentibus, & venientibus ad tribunal ſupradicti Iudicis appellationum, & eas cauſas defenſare iuxtà ritum Iuris in omnibus, & per omnia, & ad omnem requiſitionẽ tàm Communis prædicti, quàm ſindici ipſius Cõmunis, ad omnes cãs dicti Communis deputati, & in ſupradictis cauſis pẽdentibus, & emergentibus tantum coram ſupradicto iudice appellationum, ſanum, & vtile Conſilium ſuum præbere, abſq; mercede aliqua recipienda, dicta de cauſa Communi prędicto, vel aquoquam prædicto Communi. Teneatur dictus Dominus Poteſtas, & eius Officiales vinculo ſacramenti, & pęna xxv. librarum de ſuo ſalario auferenda ſine remiſſione aliqua, ad omnem requiſitionem Notariorum damnorum datorum, Gabellæ, & cuſtodiæ, ac & duaneriorum, & Gabellariorum dictæ Ciuitatis dare, & præſtare auxilium, conſilium, & fauorem, & Officiales, & familiares ad exequendum ea quæ ipſi Notarij, & alij exequi tenentur ratione eorum officij, & executionem facere contra inobedientes realiter, & perſonaliter, prout ſicut, & quomodo erit diſpoſitũ per ipſos. Statuimus inſuper pro conſeruatione murorum Carbonariæ noſtræ Ciuitatis, quemlibet noſtrum Poteſtatem durante officio ſui ſemeſtris, teneri facere ſcalcinari in quolibet quarterio dictæ Ciuitatis expenſis quarterij in quo ſcalcinabitur xx. cannas muri dictæ Carbonariæ Communis, pęna ipſi Poteſtati ſi prędicta effectualiter non adimpleuerit quinquaginta librarum. Præterea Conſtitutiones Curiæ generalis Eccleſiæ Romanæ, in Prouincia Marchiæ Anconitan. vigẽtes obſeruet, & obſeruari faciat per ſuos officiales in omnibus, & per omnia, & omnia fideliter, & legaliter faciat, ſecundum formam ſtatutorum, & ordinamentorum Communis prędicti.

Quod

Quod nihil donetur Poteſtati, & de pęna proponentium, vel arrengantium de tali materia. Rubr. X X I I I.

ACCIDIT ſępe ſępius, quod qui ſe ſubijcit auaritiæ iugo proprijs negocijs, alterius miniſtrandi negotia, prodigus reperitur: vt igitur in alienis negocijs, & maximè in factis noſtri Communis, quæ quiſq; debet reputare propria, quilibet curam pręcipuam, ſicut de ſuis ſuſcipiat, prę ſenti duximus ordinandum, quod præſenti Poteſtati, vel ei ſucceſſuris, aut alicui Officiali noſtri Communis, nihil de bonis dicti Communis largiatur, donetur, vel aliquid ſuo adiungatur ſalario, nec aliquid ſibi fieri poſſit, ex quo ſumptus, vel expenſa aliqua Communi redundet. Qui vero contrarium huius edicti proponeret, vel ſuper propoſita facta contra præſentem conſtitutionem arrengharet, bannum centum librarum pro quolibet, & vice qualibet, Communi perſoluat, & totum id in quo damnificaretur Commune, tàm proponẽs, quàm arrenghans, de proprio Communi reficiãt. Quæ pęne contra delinquentes auferantur per ſindicatores Priorum, quorum officij tempore contingerit contra præſens edictum fieri. Quibus ſindicatoribus auctoritatem præbemus, procedendi contra arrenghantem, & eum puniendi, quemadmodum contra Priores, procedere, & eos punire poſſint.

Quod nullus Rector poſſit refirmari niſi per modum infraſcriptum. Rubr. X X I I I I.

NE prætextu complacentię noſtri Rectores, quorum officia debent eſſe libera, Ciuibus aliquibus ad eorum refirmam vacantibus in aliquo ſe ſubmictant, ſcilicet refirmari meruentes, a Commune recognoſcant, non autem a ſingulari perſona, per virtuoſa merita ſe refirmatos. Volumus, & præſenti ſtatuto firmamus, quod nullus noſter Poteſtas poſſit in futurum refirmari, niſi per modũ infraſcriptum. Videlicet quod dum de

alicuius

alicuius Rectoris, refirma tractabitur, primo de dicta refirma, & ſuſpenſione præſentis ſtatuti, propoſita fiat inter Priores, & obtineatur per nos ad buſſulas, & palluctas eorum nemine diſcordante. Secundo ſimiliter inter Antianos, oĩbus quatuor Antianis in concordia exiſtẽtibus. Tertio fiat prædicto modo in Conſilio vigintiquatuor, quorum omnes concordes exiſtant, demum ad generale deueniatur Cõſilium, & obtineatur in eo ſecundum formam ſtatutorum noſtri Communis, Et aliter nullus Poteſtas refirmari poſſit, nec præſentes ſtatutum ſuſpendi, niſi per modum in hoc edicto expreſſum. Et ſi aliter fiat, vel aliqua ex præcedentibus, ſolemnitatibus, vel ſubſtantialitatibus obſeruata non fuerit, refirma, & ſtatuti ſuſpenſio nulla ſit, & præſentis auctoritate ſtatuti, quicquid fieret contra prĕſentem conſtitutionem decernimus eſſe nullum.

De ſalario Officiali non conſtituendo pro ambasſiata ſibi commiſſa. Rubr. X X V.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod cum contingerit aliquem officialem Ciuitatis Racaneti in Ambaſſiatorem, & pro ambaſſiatore dicti Communis trãſmicti, quod habeat, & habere debeat a Communi pro ſuo ſalario, pro ſe famulis, & equis, cum eo ducendis, expenſas tantum, & non plus, quod ſi contingerit tranſmicti Officialem in Ambaſſiatorem, qui non debeat retinere in Ciuitate Racaneti equos, vel famulos, quod Commune teneatur dare ei equum, ſiue equos, famulum, vel famulos, neceſſarios, & èxpenſas pro dicto officiale mictẽdo, & pro famulis, & equis ſecum ducendis, & non plus. Nec Priores aliquo colore queſito, eidem exibeant, vel vt exibeatur, bullectam faciãt, pĕna vigintiquinq; librarũ pro quolibet, quam etiam quilibet de Conſilio vigintiquatuor incurrat, ſi ipſam in ſuo Conſilio approbarent.

De pęna Poteſtati impoſita contra ius, vel formam ſtatuti cuilibet facienti. Rubr. XXVI.

HAC volumus Poteſtatem, ſeu eius Officialem quęcunq; pęna puniri, quod niſi ſtuduerit ſtatuta, conſtitutiones, ſeu ordinationes ipſius Communis, & Populi inuiolabiliter obſeruare, ſed cōtra ipſa, vel ipſorum quodlibet faceret, vel violabiliter obſeruaret, Communis, vel alicuius ſingularis perſonę iniuſtè condemnando eundem, cētum librarū Poteſtas, ſeu Vicarius eius, pęna plectatur, & condemnato iniuſtè pęcuniam indebitè ſibi ablatam, de ſuo proprio reſtituat, aut per Communis Maſſarium faciat integraliter ſibi reddi. Nec ipſę, vel aliquis de ſuis Officialibus cogat, vel cogi faciat, renuntiari aliquem alicui ſtatuto, conſtitutioni, vel ordinamento, aut àbſolutionem in aliquo Conſilio petat alicuius ſtatuti Comunis, & Populi ſupradicti, quod ſi fecerit tàm ipſę, quàm is qui ſuper dicta petitione abſolutionis aliquid arrengharet, pęna cētum librarum incurrat.

De forma Sacramenti Poteſtatis, ſeu Rectoris. Rubr. XXVII.

EGO Poteſtas, ſeu Rector Communis, & Populi Ciuitatis Racaneti iuro, & iurando promicto ad ſancta Dei Euangelia officium mihi commiſſum, cum omnibus meis officialibus, & familia fideliter, legaliter, & bona fide facere, gerere, & exercere. Ipſam Ciuitatem eius Iuriſdictiones, Commune Populum, & ſingulares perſonas ipſius omni meo poſſe, in ſtatu pacifico, & tranquillo, in obedientia Sanctæ Matris Eccleſiæ, ſacri ſummi Pontificis, & domini per ipſam ſanctam Eccleſiam Prouinciæ Marchiæ Rectoris tractare, manutenere, & gubernare, omnia vtilia pro ipſo Communi, & Populo, & Ciuitatę facere, & in vtilia prætermictere. Iura ipſius Communis tueri, de perdita reinuenire, Eccleſijs, Viduis, Pupillis, &

alijs

alijs miſerabilibus perſonis iura reddere, ab omni appræhenſione liberare, & ſine exceptione perſonarũ, quamlibet perſonam in ſuo iure gubernabo. Credentias Communis, & Populi, ambaxiatas mihi commiſſas omni fide in fauorem ipſius Communis, quod citius potero executioni mãdabo: ſalario mihi conſtituto pro me, & meis officialibus contentus ero: additionem, ſeu prouiſionem vltra ipſum, nec reaffirmationem mei officij procurabo. Statuta, ordinationes, conſtitutiones, reformationes ipſius Communis, & Populi factas, & fiẽdas, tempore mei regiminis inuiolabiliter obſeruabo, & obſeruari faciam, quoties pro parte ipſius Communis, & Populi fuero a Prioribus requiſitus: In fine mei officij cum officialibus, ac familia, rationem officij redditurus ad ſindicatum manebo, & culpabilis inuentus pro me, vel aliquo meorum officialium, & familiariorum, Commune, & ſingulares perſonas conſeruabo indẽnes, integraliter ſoluam condẽnatiõẽ, in qua condemnatus ero; prædicta omnia, & ſingula ſine diminutione vel exceptione aliqua remotis odio, fauore, timore, præmio, & omni ſpeciali, ſeu vtilitate priuata fideliter ad implebo, vt Deus me adiuuet, & ad Euangelia ſacro ſancta. Forma verò huius Sacramenti per Notarium reformationum in ſcriptis redigatur, & tempore aduentus poteſtatis cuiuslibet ad ipſam Ciuitatem, ante quod deequitet in platea Communis ante Eccleſiam Beatæ Mariæ de mercato, & Beati Angeli, clauſo volumine ſtatutorum, & ſigillato, ſigillo magno dicti Communis vulgariter legatur; quo lecto ſtatim per ipſum Rectorem, ſeu Poteſtatem ſuper ipſo libro ſtatutorum manu tacto iuretur. Iudices autem, Notarij, & alij officiales prima die inchoati Regiminis iurent in Conſilio generali, ſecundum quod eis, & cuilibet eorum, connumeratum fuerit per eũ, cui fuerit per Priores iniunctum.

Quod Poteſtas, vel aliquis Officialis enſenium aliquod non recipiat, nec aliquem ad ſibi præſtandum grauet. Rubr. XXVIII.

DONVM aliquod, vel enſenium in quibuſcunque rebus, aut cum aliquo noſtro ciue, vel habitatore participare in cibo, vel potu per Ciuitatem, ſeu Territorium, maximè ad portum, Poteſtatem, & vnumquenq; alium Officialē foréſem vetamus, pęna decem librarum pro uice qualibet ipſi Poteſtati, & Officialibus centum ſolidorum participanti, ſeu enſenium mi ctenti, aut aliter largienti iniuncta; Super quo ratione reddenda Rationatores inquirant vinculo ſacramenti. Nec audeat aliquis de familia Poteſtatis ſolus, vel ſociatus in Tabernam aliquam, vel demum alicuius ſpecialis perſonę cauſa comedendi, ſeu bibendi intrare ſub pęna quadraginta ſolidorum impoſita tàm intranti, quā recipienti; de quo ſtetur ſacramento denunciantis cum vno teſte, & tertiam partem banni denūcians conſequatur. Nulli etiam ipſe Rector, vel Officialis iniungat ſibi obſequium aliquod facere perſonale, vel reale. Et quod ipſi, vel eorum familiares non audeant, vel prēſummant mandare, vel requirere, vel grauare, aut mandari, requiri, vel grauari facere aliquem, vel aliquos habentes ſomerios, vel alias beſtias, vt ipſis Officialibus, vel alicui ipſorum deferant ligna, fenum, paleas, vel herbas, niſi pro iuſto, & competenti prætio, & mercede eiſdem ſoluta; nec aliquem ſibi ad equum, vel aliquod animal comodandum cogere, niſi ipſum animal, vel equum retineret cauſa locandi, vel ad victuram dandi, in quo caſu cogi poſſit retenta competenti vectura, cum expedierit pro factis Communis. Et ſiquis dictorum Officialium contrafecerit in prædictis, vel aliquo prædictorum, vel aliquis de eorum familia in vigintiquinque libra reuennates pro uice qualibet per Priores Populi debeant condemnari. Et ſiquis baiulus, vel alia quęuis perſona prædictos habentes ſomerios, & beſtias ad prædicta requireret, vel eis mandaret, vt prædicta facerent, vel portarent, in decem libras ſimiliter debeat condemnari. Si verò contingerit aliquam caual-

 catam,

ςatam, vel exercitum fieri per ipſum Commune, Poteſtas, Vicarius, vel alius Officialis, vel familiaris nihil inde lucretur, præda, captiuis aut pro ſuo ſalario conſequatur, ſed quicquid inde habuerit, ſtatim Cõmuni reſtituat, pena centum librarum qua contrafaciens puniatur.

De Fraternitatibus, ſeu Collegijs approbatis. Rubr. XXIX.

INFRASCRIPTA Fraternitatũ Collegia, ſcilicet Iudicum, & Notariorum, Mercatorum, Calceolariorum, ſeu cerdonum, & ſanctæ Luciæ approbantes, tantum volumus in noſtra Ciuitate eſſe, quarum ſtatuta, conſtitutiones inter ſe ipſos facta, & fienda, per Rectorem, & quemcunq; alium Officialem ſeruari, & executioni mandari volumus, ac ipſas fraternitates a quolibet Rectore manuteneri, & gubernari: ad quorum Priorum, & cuiuslibet eorum iuſſum, Banditores bãdire teneantur ea, quę ſpectant ad conſeruationem ipſorum, & bonum ſtatum Communis, & Populi Ciuitatis noſtræ, dummodò nullus poſſit gaudere priuilegijs alicuius collegiorum ipſorum, qui iuriſdictioni noſtræ Ciuitatis, & iuriſdictioni eiuſdem Rectoris ſubiectus nõ eſſet, ſeu artem vocabuli ipſarum fraternitatum, qua nominatur non haberet, & ipſam non exerceret; caſu infirmitatis, & ſenectutis exceptuato dumtaxat. Quod ſiquis contra hãc conſtitutionem in matriculis, ſeu libris ipſarum fraternitatum ſcriptus appareret, eius nomen per Priores eorum radatur. Cuius examinationem Prioribus Populi, & Collegiorũ prædictorum Rectoribus commictimus indagandam, pęna ipſis Prioribus Populi, & fraternitatum decem librarum pro quolibet eorum iniuncta. Si autem in aliquo prædictorum Collegiorum infuturum, alicuius receptio fieri deberet, primò deliberatione præmiſſa inter Priores omnium fraternitatum firmetur, aliter in Collegio eſſe non poſſit, nec pro Collegiato vlterius habeatur, ſub pęna prædicta, ſibi auferenda ſi ſe collegiatum gerere actentaret. Poteſtas verò, qui prædicta obſeruare neglexerit, centum librarum pęna plectatur. Præter has fraternitates nemo cogitet, vel actentet, vel actentando præſu-

mat palam, priuatim, vel abſcondito ſe, aliquam congregationem, confederationem, coniurationem, ſiue Collegium, vel quocunq; alio modo poſſet vocari, facere, vel ordinare contrafacientium quilibet pęnam quingentarum librarum incurrat. Ille verò qui officium, ſeu Prioratum ipſius præſumptę fraternitatis, ſeu congregationis aſſumeret, vt homicida capite puniatur. Saluo quod Fraternitas ſanctæ Mariæ de Racaneto in ſuo iure conſueto perſiſtat. Ita tamen, quod nullus recipiatur de cętero niſi modo, & forma præſenti conſtitutioni inſertis cuius Collegium ſint aliarum fraternitatum expreſſarum examinari, & corrigi per Poteſtatem, & Priores Populi volumus, & mādamus.

De electione Notarij reformationum, & eius officio. Rubr. XXX.

REFORMATIONVM Notarius eligatur in generali Conſilio Populi ille, qui bonus, & legalis, & forenſis fuerit, non huius officium in dicta noſtra Ciuitate a quinque annis citra, electione fienda de eo ante exitum alterius ipſum officium exercentis per vnum menſem hac forma; quod in ipſo Conſilio proponatur, & reformetur de quo loco, ſeu locis idem Notarius eligi debeat, quibus per actis in dicto Cōſilio fiant duę ſcaffinę, ſeu breuia, per quodlibet quarterium, ad quæ accipienda ſinguli de quarterio accedant diuiſim, quibus breuia accidunt quilibet eligat vnum electorem Notarij, ipſi vero octo electi iuramento præmiſſo ſimul cum Prioribus Populi poteſtatem habeant reformationum Notarium eligendi de locis deliberatis, primū, ſecundum, & tertium, quorum primo acceptāte, aliorum electio, ſeu nominatio annulletur, & ſic per ordinem de ſecundo, & tertio nominatim, cum ſalario quadragīta librarum paruę vſualis monetę per tempus ſex menſium, quo officium ſuum durat, quo contentus exiſtat pro ſe, & vno ſubſtituto, ſi ſubſtitutum retinere noluerit, non teneatur pro eorum ſalario, & labore, omnibus ſuis ſumptibus, & expēſis, quo ſalario contentus exiſtat ſine aliqua alia prouiſione, cerę, candelarū, olei, luminis, vel alterius cuiuſcunq; prouiſionis, & lucro ſcripturarū percipienda, Et nihil aliud percipere a Communi, vel a ſingularibus perſonis

perſonis attentet: Qui Notarius vinculo ſacramenti, & pęna viginti-quinq; librarum teneatur, & debeat ſcribere, & facere omnes prepoſitiones, reformationes, & deliberationes omnium Conſiliorum generalium Populi, & priuatorum, ſeu credentiarum; introitus, & exitus; Maſſariorum, ſeu Camerariorum dicti Communis ſecundum formam traditam ſub ſtatuto de officio Maſſarij loquente; ipſoſq; ſingulis menſibus in Conſilio generali ſub pęna decem librarum ſingulariter, & diſtinctè legat; ſindicatus Communis omnes cuiuſcũq; ſindici, inuentaria palatij, & Caſtri Portus dicti Communis, literas miſſiuas, & remiſſiuas, & quæ mictuntur pro parte dicti Communis regiſtrare, & ſimiliter oẽs bullectas per Priores Populi bullatas, ſeu bullãdas, & omnes alias ſcripturas ad ſe, & ad dictum officium pertinentes, vt continuè de ipſis copia poſſit haberi, cùm caſus neceſſarius eſſet pro Communi, & priuatis, & alias ſcripturas facere, ſicut ei iniũctum fuerit per Priores, & omne aliud, & totum, & quicquid tenetur, & debet per formam, & ſecundum formam ſtatuti; & reformationũ dicti Communis de dicto ſuo officio loquentium, fideliter, & ſollicitè, bona fide, & ſine fraude. Teneaturq; ipſę Notarius pęna centũ ſolidorum pro uice quã libet, qua contrafecerit, ſingulis mẽſibus in principio officij prioratus legere vulgariter ipſis Prioribus omnia ſtatuta, & reformationes, quę aliqua diſponunt de officio dictorum Priorum. Præterea nõ audeat, vel præſumat ipſę Notarius intereſſe electioni aliquorum Officialium, videlicet, Notarij cuſtodię, dannorum datorum, Cancellarij, Gabellę, Duaneriorum, Maſſariorum, Antianorum, & vigintiquatuor, ſi ipſa electio contra formam alicuius ſtatuti noſtræ Ciuitatis celebraretur, pęna cẽtum ſolidorum pro qualibet vice, qua contrafecerit, quam de facto in Commune inferre cogatur; & Maſſarius teneatur ipſam pęnã quã ipſę Notarius incurriſſet retinere de ſalario ipſius Notarij, quod ſi nõ ecerit poſtquam fuerit ſibi notum, totum ſuum ſalarium ipſe iure ammictat. Addijcientes quod ſi contra, vel præter formam ſtatutorum noſtrorum electio fieret de prędictis, non teneat electio ipſo iure, & ſi quod ius quæreretur, ipſi electo contra Commune noſtrum; ipſi electores teneantur de facto ipſum Commune ſeruare penitus ſine dãno. Qui Notarius habeat, & ſibi concedatur, & aſſignetur tantum de domibus noſtri Communis, quod ſibi ſufficiat pro ſua habitatione, ſi in eis habitare voluerit. Si autem habitare noluerit ſedeat; & ipſemet

inueniat ſuis expenſis vnam domum vbicunque voluerit in quarterio ſancti Angeli pro ſua habitatione penſionem ipſius de ſuo proprio, aut de ſuo ſalario perſoluendam. Finito verò ſuo officio duobus diebus ſtabit ad rationem reddendam, querimonia cõtra eum non præcedente ab aliqua ſpeciali perſona, petitione verò data, quatuor diebus morabitur, ſui officij abſolutionem, vel condemnationem, prout geſſerit habiturus. Perſonaliter toto tẽpore in ipſa Ciuitate ſuũ exercebit officium, ſemel tantum ſi neceſſarium fuerit habebit licentiam abſentandi pro illis diebus quibus Prioribus videbitur conueniri; ipſo verò tempore, ipſum officium omnibus ſuis expenſis, fortuna, & periculo exercere, ab omni conuerſatione Poteſtatis, Officialium, & quarũ cunque aliarum ſingularum perſonarum, in comedendo, & bibendo totaliter abſtinebit, pęna ſibi decem librarum pro uice qualibet imminente, de quo per Rationatores ſolemniter inquiratur. Etiam memorię ſibi erit continuè in fine cuiuslibet reformationis in quocunque Conſilio fiendo ſcribere, & publice renunciare h' vmbra, ſaluo, & reſeruato quod ſi hæc reformatio eſſet contra formam alicuius ſtatuti, careat omni vigore. Et ne Priores in agendis prætendant ignorantiam, Cancellario noſtri Communis imponimus ordinando, quod dictus Notarius reformationum, qui nunc eſt, & erit pro tempore, vinculo ſacramenti, & pęna centum ſolidorum vice qualibet, qua contra fecerit, teneatur, & debeat, die Kalendarum menſis cuiuslibet, dum Prioribus pręſtabit ſacramentum, eiſdem legere per ordinem, diligenterque vulgarizare ſtatutum de electione Priorum, & eorum officio, vt ſupradictum eſt, quam pęnam exequi debeant ſindicatores dictorũ Priorum, qui ſingulis menſibus inquirant contra dictum Cancellarium, eumque puniant, ſi eundem culpabilem reperierint de prædictis, & ſemper in omni electione Priorum in Conſilio Populi, vbi ipſa electio fiet, vulgariter, & ſeriatim legat ſtatutum lòquens de officio Prioratus. Scripturam quoque in vno libro pro ſe faciet de omnibus ſolutionibus, quas fieri contingerit Theſaurario ſanctæ Romanæ Ecclesiæ, vel alicui alij Officiali, ſeu pro Communi ſingulari perſonę in curia generali, in quibus quoties neglexerit toties pęnam decem librarum incurrat, per ſuos ſindicatores auferendam, ſi per inquiſitionem, aut querimoniam culpabilis fuerit repertus. Quod ſtatutum, ordinamentum, & prædicta omnia in ipſo contenta volumus ab omnibus

bus inuiolabiliter obſeruari, & executioni mandari vinculo ſacramēti, & pęna cuilibet Priorum, Ancianorum, & vigintiquatuor, ducentorum de Populo, & aliorum Conſiliariorum vigintiquinque librarum de eorum proprio Communi perſoluenda, & Poteſtati quinquaginta librarum de ſuo ſalario dicto Communi applicanda. Quod ſtatutum pro lege municipali habeatur, & obſeruetur, & ipſum ſuſpendi, caſſari, & aboleri nō poſſit, nec tolli, vel derogari vllo modo, ſub pęna proponentis, & arrenghantis decem librarum Communi prædicto perſoluendarū. Teneantur etiam Priores, qui pro tempore erūt ad ōmnem materiam ſcandali, & ſuſurrationis euitandam, infra quintam diem principij eorum officij prioratus legere, & legi facere vulgari ſermone per ordinem, & diſtinctè, per Notarium reformationum dicti Communis omnes expenſas factas per Maſſarium dicti Communis tempore aliorum vltimorum Priorum eorum predeceſſorum, & introitus dicti Communis peruentos ad manus dicti Maſſarij, in Conſilio generali Communis dictæ Ciuitatis vinculo ſacramenti, & pęna centum ſolidorum dictis Prioribus Maſſario, & Notario reformationum negligentibus in Communi prædicto ſoluenda vice qualibet, per eorum Rationatores condemnandis, ad hoc vt omnib. dicti introitus, & expenſę ad declarationem animorum ipſorum omnium, ſint noti, & Notarij, & ad notitiam cuiuslibet perueniant, ſicut decet, vt quilibet in ſuis animis requieſcant, & vlterius non vacillent in futurum.

De electione, & officio Notario cuſtodię. Rubr. XXXI.

AD cuſtodiam Notarij deputandi eligantur ſecūdum formam, quę per ſtatutum traditur in electione reformationum Notarij. Quorum officiū ſit in diligenti, & legali ſollicitudine diurna pariter, & nocturna imponendo, & ſępius reuidendo per Ciuitatem, & Burghos, cuſtodes portarum, berteſcarum, & aliorum locorum, quibus cuſtodes neceſſariò, vel vtiliter ſunt ponēdi. Reparēt ēt, & reparari faciant portas, berteſcas, muros, & palangatas. Teneantur etiam prędicti Notarij pęna decē libr. pro quolibet de ſuo ſalario Coī ſoluēda, rimari ꝑ totā Ciuitatē, maximè in ſtrata magna, & alijs vijs publicis, &

plateis,

teis,& eam, vel eas facere diſgombrari lignamine, lapidibus,& alijs in ipſis ſtratis, vijs,& plateis exiſtentibus,& poſitis, ab illis, qui dictas vias, ſtratas,& plateas ingombrauerint, & ab illis, qui habitãt iuxtà eas,& quod vię matonatę mundę, & diſcoopertę remaneant quolibet menſe. Et prædicti Notarij in faciendo diſgomborari prædictas ſtratas, & vias,& plateas, arbitrium habeãt, & poteſtatem imponendi pęna viginti ſolidorum,& ipſam de facto auferendi; Prioribus Populi in omnibus, quę per eos iniunctum fuerit pateant: exercendo verò ſuũ officium vſque ad quantitatem quinque ſolidorum pręter formam ſtatutorum pęnas imponere valeant, in quotum quolibet,& negligentes pęnam centum ſolidorum pro uice qualibet incurrant; ad quorum corroborationem officij Poteſtas, eiuſque Officiales,& familia teneãtur dare fauorem ſingulis vicibus requiſiti ab officialibus cuſtodię ſupradictis: capere etiam,& detinere, ac carcerare ſingulos eis non parentes vſq; ad exactionem cõdemnationis, ſeu pęnę impoſitę pro delicto, pęna vigintiquinque librarum Poteſtati,& Officialibus pro uice qualibet negligentibus prædicta. Siquis vero ipſis Officialibus, aut eorum alicui, dicto, vel facto iniuriam inferre præſumpſerit; ea pęna plectatur qua puniretur ſi Iudicem, vel alium Poteſtatis, ſeu communis Officialem iniuriari pateret, ſuper quibus omnibus ſub pęna ſuperius nominata per ſe,& cum denunciationem inquirant,& repertos culpabiles puniant ſecundum delicti exceſſum.

De electione, & officio Maſſarij, ſeu Camerarij Communis.
Rubr. XXXII.

CAmerarius, ſeu Maſſarius Coīs eligatur ſub hac forma; quod Priores, qui pro tēpore erunt, de numero Populi coīter tres eligāt per quarteriū, cū quib. tribus ſic electis coīter, & coniunctim, tres qui nō ſint de num. 200. Populi pro quarterio quolibet legales, bonos, maiores xxx. annis, 100. lbr. adminus appretiū hñtes, & valoris 300. librarū in noſtra Ciuitate, ſeu diſtrictu, in reb. īmobilib. nominent, quorum in vno buſſolo recludantur diuiſim pro quarterio quolibet, cùm verò tempus electionis aduenerit Incipiendo a quarterio ſanctæ Mariæ, buſſolus ille deferatur, & aperiatur in Conſilio generali, de quo vnum nomen extrahatur, & ſic de alijs buſſolis ſucceſſiuè, donec de quarterio quolibet ipſum officium per vnum de nominibus ipſis fuerit expletum. Maſſarius autem hoc modo electus, eius officium duobus menſibus tantùm duret, cum ſalario pro quolibet menſe, quo ſteterit perſonaliter ad dictum officium exercendum vnius ducati cum dimidio, poſt finitum eius officium, in quo niſi duobus annis elapſis iterum eſſe non poſſit, recipiet, & conſeruabit omnes introitus Communis, collectarum, condemnationum, capitum ſolidorū, & aliorum quorumcunque introituum, quos, & etiam exitus, per manus eius, fiendos ſtatim ſcribi faciat in quaterno cartę membranę, ſi poterit haberi comodè per reformationum Notarium, ſucceſſiuè, & diſtinctè ſcribendo, ubi habuit, & recepit, Maſſarius, & non conſeſſus fuit habuiſſe, & expendiſſe, cum quo Notario præſente, & ſciente introitus recipiat, & ſecundum formam ſtatutorum expenſas faciat ordinatè. In fine ſui officij pecuniam, libros, & res omnes, apud eum inuentas cum ſcriptura publica, ſeu inuentario infra tres dies, pęna decem librarum, ſuo reſtituat ſucceſſori. Caueat autem dictus Maſſarius aliquid aliud, quod dictum ſuum ſalarium, a dicto Commune, vel ab aliqua alia ſpeciali perſona lucrari, & nec ordinet, pacticet, tractet, nec participet, nec ordinare, pacticare, tractare, nec participare præſumat, vel actentet, publicè, palam, vel abſconſe, cum Commune, vel Officiale aliquo, vel aliqua alia perſona creditore dicti Communis, vel non creditore, aliquo colore quęſito, de aliquo alio ſuo lucro cōmodo, ſeu vtilitate aliqua, quocunque alio nomine, & modo cenſeatur, & dici poſſet, ad pęnam vigintiquinque librarum dicto

Communi

Communi ſoluẽdam, & ad reſtitutionem, cum duplo per eum fiendā, totius illius quantitatis, lucri, vtilitatis, vel cōmodi per eum illicitè lucrati, & acquiſiti vltra dictum ſuum ſalarium; quod duplum vnà cum dicta pęna deueniat in Cōmuni, & ſimplum, ſeu propria quātitas perueniat in illum, cui acceptum fuerit, ſeu erit lucrum. Nihilominus dictus talis Maſſarius nullo tempore ſit, ſeu eſſe poſſit, nec eſſe debeat de numero ducentorum Populi, & ſi eſſet de dicto numero, de numero ipſo, & libro ducentorum Populi caſſetur, & nullo tempore remictatur, nec remicti poſſit in dicto numero ad dictam pęnam cuilibet contrafacienti, & in dicto numero remictenti in Communi ſoluendam, nec eſſe poſſit in aliquo officio dicti Communis, ſed ab omni officio dicti Communis caſſetur, & auctoritate præſentis ſtatuti aliquod officium in dicto Communi volumus non habere: ſed ipſum priuamus ab omni officio omni modo. Volumus etiam, quod quandocunque vſque ad ſex menſes proximè venturos, poſt depoſitum officium, ſuę maſſariæ, dictus maſſarius fuerit inuentus culpabilis, ſeu vitioſus in prædictis; ad dictam pęnam, & ſortem cum duplo, modo prędicto dicto Communi ſoluendam, per Rectorem dictæ Ciuitatis de facto cogatur. Et quod dictus Rector poſſit, teneatur, & debeat vinculo ſacramenti ex ſuo officio, vel ad denunciationem cuiuslibet denunciantis, inquirere, procedere contra tales Maſſarios, & ipſos modo prædicto, de prædictis condemnare in dicta quantitate, & ſolui ipſam facere in Communi prædicto ad dictam pęnam de ſuo ſalario dicto Communi applicandam, non obſtante aliqua abſolutione de ipſis talibus Maſſarijs aliquo tempore facta de prædictis per ſuos Rationatores. Quam abſolutionem vſque ad dictum tempus ſex menſium volumus eis non valere in prædictis, & non præiudicare in aliquo, nec officium dicti Rectoris modo aliquo impedire. Nomen cuius denunciantis ſemper in credentia teneatur. Et illud idem dicimus de Peſatoribus, Duanerijs, Capitaneis, & Notarijs Caſtri Portus, Superſtitibus Becchariorum, & de quolibet alio Officiale dicti Communis illicitè lucrante vltra ſuum ſalarium per dictum Commune conſtitutum. Rationem verò ſuę adminiſtrationis reddet, quatuor bonis hominibus, ſed vni per quarterium, cum vno bono Notario ſufficienti, eligendis per Priores Populi, qui pro tempore erunt infra decem dies in generali Conſilio condemnandus

nandus

demnandus, vel etiam abſoluendus. Qui Rationatores, & Notarius ſic electi ſtent, & ſtare debeant coacti, & detineantur perſonaliter in vna domo, deputanda per ipſos Priores Populi expenſis dicti Communis eiſdem Rationatoribus, & Notario faciendis, & dandis per dictum Commune, vt Prioribus Populi placuerit, & videbitur conueniri, ſupraquod per tres dies vltimos dictorum decem dierum ad plus cum ſalario triginta denariorum pro quolibet ipſorum, & die quo libet, Notarius cum ſalario quinq; ſolidorum pro die quolibet. Et quod in quolibet menſe finito officio ipſorum officialium, debeant modo prædicto rationari ipſis Officiales: per dictos rationatores ad hoc, vt dicti Rationatores non habeant materiam de dicta domo exeũdi, nec ad alia eorum negocia domeſtica facienda redire præſumant, vt melius iura, & rationem requirant ab Officialibus dicti Communis. Qui Rationatores ſic electi auctoritatem, & bayliam, poteſtatem, & libertatem habeant inquirendi, procedendi, rationandi, & rationem requirendi à Maſſario dicti Communis proximè præterito, & ab omnibus alijs Officialibus dicti Communis per dictos Dominos Priores Populi declaratis, & declarandis, & contra ipſos Officiales, & quemlibet ipſorum diligenter procedere, Iura dicti Communis reinuenire, & ipſos Officiales infra terminũ ſtatutum, & ad pęnam in dicto ſtatuto dicti Communis de officio Rationatorum loquente, abſoluere, vel condemnare ante quam de dicta domo recedant. Volumus etiam quod dictis Rationatoribus quilibet teneatur obedire, & coram eis comparere ad teſtimonium ferendum, vel ad alia, prout eis placuerit; ad pęnã quinque ſolidorum pro quolibet inobediente, & vſque ad dictam quantitatem quinque ſolidorum prędicti Rationatores pęnam imponere poſſint. Studeat quoque ſemper dictus Maſſarius, quando per Poteſtatem, vel eius Officiales feruntur ſententiæ, ſeu condemnationes, perſonaliter intereſſe: vt his prolatis, & lectis, ſtatim recipiat, & conſeruet, quarum libros, ſeu quaternos, per Notarium publicatos, Poteſtas, & Officiales pęna quinquaginta librarum in ipſo Conſilio eidem Maſſario faciat aſſignari; cuius officium, idem Poteſtas, & Officiales non impediant vllo modo, nec ipſum Camerarium cogant ad aliquam pecuniam, vel ad aliquid aliud ſoluendum, niſi primo ad eius manus peruenerit, vel apud ſe reperiatur habere, pęna quinquaginta librarum quoties

fuerit

fuerit in aliquo cōtrauentum. Et ſi prędicta occaſione fuerit in aliquo condemnatus, ſeu moleſtatus; ipſa oneris impoſitio nullo iure ſubſiſtat: partes vero bannorum cum condemnationibus, ſeu condemnationum pecunia in vtilitatem peruentura Communis, exigat, accuſatoribus, ſeu denunciatoribus cum integritate reddendas. Nec ſuper eo ei proſit abſolutionum ſententia in præiudicium eorum, quibus reſtitui deberent ipſę partes bannorum. Quacunq; autem cauſa, ſiue occaſione pignora aliqua, ſeu res aliquę fuerint alicui ablatę per officiales Communis Racaneti occaſione maleficij, ſeu cōdemnationis; Maſſario dicti Cōmunis, officiales, qui ea accipi fecerint; eo die, quo accepta fuerint, aſſignentur, & conſignentur. Et ſi prædicta pignora conſignata apud dictum Maſſarium perderentur; de ſuo propio dictus Maſſarius reſtituat illi, cui dicta pignora accepta fuerint, ſeu Cōmuni prędicto, ac etiam teneatur poſt condemnationem, & ſatisfactionem factam Communi, infra triduum, quibus ablata ſunt reſtituere, ad quod per Poteſtatem, & Officiales cogatur, quod ſi contrafecerit de ſuo Maſſarius tantundem perſoluat.

De electione cuſtodis, ſeu ſcrinearij priuilegiorum, & aliarum ſcripturarum.
Rubr. XXXIII.

PRO priuilegijs, inſtrumentis, & libris actorū Criminalium, & Ciuilium, ſententiarum, condemnationum, reformationum, & alijs iuribus Communis reponendis, & cōſeruandis; de menſe Iulij fieri volumus, vel haberi volumus vnam caſſam, ſeu ſcrineum expēſis Communis reponendam in domo cuiuſdam legalis hoīs de Populo per Priores illius menſis eligendi, qui conſeruet cum fide; & diligentia ipſa priuilegia, libros, & Iura, ſcribenda in ſuo inuentario per notarium deputandum ad hęc per Priores Populi, ſine cuius conſeruatoris pręſentia, nulla poſſit condemnatio caſſari, vel cancellari, nec aliqua de ſupradictis ſcripturis copiari, vel tranſcribi: officium verò eorum duret tribus menſibus tantū, & ſalarium ſit totaliter repoſitum in arbitrio Dominorum Priorum. Qui teneantur fideliter omnia, & ſingula hac lege compręhenſa executioni mandare, & mandari facere ſub pęna quinq; librarum de ſuo ſalario Communi retinenda.

De forma ſeruanda in refirmis Officialium, & de eorum deueto.
Rubr. XXXIIII.

REMOVERE volentes ſuperuacuam ſolemnitatem in refirmis noſtrorum Officialium fiēdis; Exceptis tantum officio Poteſtatis Ciuitatis Racaneti, & eorum officialium, & excepto Cancellario præſenti, & futuro dictę Ciuitatis, ad quorum refirmas præſens ſtatutum ſe non extendat. Statuimus, & ordinamus, quod in qualibet prima refirma cuiuslibet officialis, ſeruetur modus, & forma ſtatuti dicti Communis, poſiti ſub rubrica, de ſuſpenſione ſtatutorum, nō obſtante quocunq; alio ſtatuto in contrarium loquente, cui in cōtrarium loquenti, ex certa ſcientia volumus quoad primam refirmam prędictā derogare. Et ſi contingerit, quod de ſecunda, aut alijs quotcunq; refirmis dictorum officialium tractaretur, ſeruentur in dictis refirmis modus, & forma infraſcripta videlicet. Quod primò proponatur, & deliberetur inter Dominos Priores, & obtineatur inter eos, ipſorum nemine diſcordante; deinceps inter Antianos, qui concordes omnes exiſtant ſucceſſiuè in Conſilio vigintiquatuor, de quibus viginti ſe debeant concordare. Vltimo denunciatur ad generale Conſilium, vbi reformari debeat per modum in ſtatutis Communis contentum, Et aliter nullus officialis refirmari poſſit; excepto Cancellario Communis ad cuius refirmam procedi debeat iuxtà formam ſtatutorum noſtri Cōmunis: In refirma vero Poteſtatis ordo ſeruetur, qui datus eſt à noſtro ſtatuto ſupra poſito ſub rubrica quod nullus rector poſſit refirmari, niſi per modum infraſcriptum; addijcientes, quod in refirmis dictorum officialium non poſſit mitti partitum duorum officialium ſimiliter; & ſi aliter fuerit factum, ſit caſſum, irritū, & inane, & Priores, qui tunc temporis eſſent, incidant pęnam decem librarum pro quolibet, ſi contra aliquid prædictorum facerent, aut fieri permicterent. Statuentes inſuper quod nullus de officialibus forenſib. noſtrę Ciuitatis in quinquennium poſt finitum eius officium ad ſimile officium quod geſſerit, vel aliud quodcunq; in ipſa Ciuitatę gerendum poſſit eligi, vel aſſummi.

De

De partitis perditis amplius non remittendis.
Rubr. XXXV.

SI partitum aliquod miſſum in aliquo Conſilio, perditum fuerit, amplius illud proponi, vel ſuper eo partitum mitti non poſſit, Etetiam ſi quid propoſitum, & obtentum extiterit, legitimè in aliquo conſilio contrarium eiuſdem proponi, vel reformari non valeat, Et Priores quorum tempore proponeretur id ſimiliter quo foret, obtentum contrarium eius, vel illud quod foret perditum in aliquo Conſilio infra annum a die reformationis iam factę, vel perditionis alicuius partiti, licet directè, vel per obliquum talis propoſita facta fuerit, pęnam decē librarū pro quolibet incurrat. Scilicet ſi Prioribus Populi videretur contrariū alicuius prædictorum pro vtilitate Communis formam proponendū, & tractandum, primo debeat deliberari inter eos. Nullo ipſorum diſcordante, Et ſi inter eos obtinebitur poſſit illud inter Antianos proponi, & omnibus ipſis exiſtentibus in concordia reduci poſſit ad Conſilium vigintiquatuor, & de eis due partes videlicet ſexdecim, ſe debeant concordare, obtentum vero in prædictis Conſilijs modis, & cōditionibus iam declaratis reduci debeat ad aliud Conſilium oppertunum, & obtineri ſecundum formam aliorum ſtatutorum noſtri Communis. Inſuper neceſſitatem noſtro imponimus Cancellario notificandi coram Prioribus in Conſilijs, in quibus contra præſentem ordinationem fieret, & proteſtandi ne fieret cōtrariū eius quod per hanc reformationem diſponitur, ſub eadem pęna ſibi iniuncta ſi contra fecerit in aliquo prædictorum. Inſuper addendo ſpecialiter ſtatuimus, quod ſi quid partitum miſſum de aliquo officiali Ciuitatis Racaneti refirmando, vel non refirmando, perditum fuerit quod dictum partitum, ſic perditum, nullo modo poſſit, vel debeat proponi, & ſi proponeretur quicquid fieret contra, non teneat, & quilibet Priorum quorum tempore dictum partitum perditum proponeretur decem librarū denar. pęnam incurrat de facto auferendam.

De electione Rationatorum, ſeu Sindicatorum Poteſtatis, & aliorum Officialium. Rubr. XXXVI.

HAC præſenti conſtitutione firmamus, quod per Priores Populi, qui erunt pro tempore, de menſe Maij eligãtur, & eligi debeant Rationatores Poteſtatum, ſcilicet vnus per quarterium de numero Populi, cum vno Notario pro vno anno; qui, & nomina quorum mictãtur, & recludantur in vna buſſula ſigillata in duabus cartutijs ſcriptis; & finito officio Poteſtatis, vna de ipſis cartutijs de dicta buſſula extrahatur in Conſilio generali, & dicta cartutia ſic extracta, dicta buſſula ſtatim recludatur, & ſigilletur: qui ſic extracti, ſint, & eſſe debeant Rationatores proximi præcedentis Poteſtatis, & ſuorum Officialium tantùm. Teneantur etiam Priores Populi, qui pro tempore erunt, ſtatim finito officio Poteſtatis mictere pro vno Iudice forenſe legũm doctore de loco diſtanti per xv. miliaria adminus, cui pro ſuo ſalario ſolui facere poſſint vſque ad duos ducatos auri pro quolibet die dicti ſcĩdicatus. Et ſi dictus doctor haberi non poſſet ex aliqua cauſa, quod tunc de ſcindico prædicto prouideatur, & prouideri poſſit per Priores Populi, qui pro tempore fuerint cum Conſilio ducentorum Populi, eligendo alium Iuris expertum, vt eis placuerit. Et quod Priores pro tempore exiſtentes teneantur, & debeant mictere, & mentionem facere in electione ipſius, quod dictus ſcindicus durãte dicto ſcindicatu, nullã habebit cõuerſationẽ, neq; colloquium cum dictis Poteſtate, & eius Officialibus, & familia, vel cum aliquã perſona ciue, vel forenſe; nec ſcripturas aliquas recipere, niſi cum ſcindicatoribus cum eo poſitis, & eorum Notario, vel ad banchum, vbi ſederit ad ius reddendum pro dicto ſindicatu, ſub pęna perditionis ſui ſalarij, quod ſalarium dictus ſindicus ipſo facto perdat ſi fecerit contra prędicta, & contenta in ſua electione, vel aliquo prædictorum, ſeu eorum. Qui Iudex vnà cum dictis Rationatoribus habeant poteſtatem ſcindicandi, & rationandi Poteſtatem prædictum, & ſuos Officiales, & familiam, procedendo, & examinando tàm ex forma inquiſitionis, quàm etiam querelis, ſeu petitionibus, aut denunciationibus contra ipſos, aut ipſorum aliquem qualitercunque de-

latis,&cōtraipſos procedāt ī abſoluēdo,vel incōdēnādo īfra tēpus ſcī dicatus eorum ſecundum, quod eis apparuerit ipſos in officio ſe geſſiſſe, & quod a ſcindicatu prædicto, ſeu ſñtia de dicto Poteſtate, & ſuis Officialibus ferenda, per aliquem appellari, ſeu de nullitate dici non poſſit,& ſi ſecus fieret, non valeat,nec teneat. Et Priores Populi Ciuitatis Racaneti, & Cancellarius Ciuitatis prædictę, qui pro tempore fuerint, teneantur, & debeant tempore,quo Poteſtas,& eius Officiales ſcindicātur,in prīcipio dicti ſcindicatus legere,& legi facere ſcindicō,& ſcindicatorib. deputatis, ad dictum ſcindicatū ſtatuta, & reformationes Communis Racaneti loquentia de ſcindicatu prædicto: vt ſint informati de modis retinēdis in dicto ſcindicatu, pęna dictis Prioribus proquolibet eorum decem librarum den. & Cancellario prædicto centum ſolidorum den. ſine remiſſione ſoluenda Coī noſtro. Statuentes quod a dicto Poteſtate, & eius Officialibus, & familia non recipiantur per dictos ſcindicos, & ſcindicatores fideiuſſores aliqui, & ſi reciperentur non valeant aliquo modo, ſed loco fideiuſſorum retineatur per noſtrum Commune vltima tertiaria,ſeu tertia pars ſui ſalarij,& ſequeſtrentur equi, & arneſia eiuſdem Poteſtatis per dictos Scindicatores. In quibus tertiaria, & equis, & arneſibus ſi dictus Poteſtas,vel eius Officiales, & familia, vel aliquis eorum venirent condemnandi,ex geſtis in eorum officio, noſtrum Commune præferatur omnibus eorum creditoribus, etiam ſi dicti creditores eſſent Priores pro tēpore. Qui oēs Scindicatores,ſeu Rationatores legaliter, & ſollicitè ſecundum formam ſtatuti,& ordinamenti Populi, & Communis,ſuum exerceant officium diligēter, pęna cuilibet eorum x.libr. ſtatuta,ſi negligenter ſe geſſerit in prædictis. Et vt ſpecialibus perſonis, & querelare volentibus ſalubriter conſulatur;decernimus,quod tempore ſcindicatus cuiuslibet Poteſtatis quilibet Notarius, & artē notarię exercens in noſtra Ciuitate, ad petitionē cuiuslibet petentis teneatur ſcribere ſimpliciter petitiones,& querelas, & procuratores omnes requiſiti patrocinia præſtare quibuslibet petentibus contra Poteſtatem,& eius Officiales,& familiares,ac etiam Notarius Scindicatorū, requiſitus ad ſcribendum petitiones,teneatur ſcribere ſimpliciter, nomen querelantis, effectum quęrelę,& contra quos quęrela exhibitur. Qui verò denegauerit,vel recuſauerit,pro vice qualibet pęnam centū ſolidorum per ſoluat. Quam querelā ſic ſimpliciter factam, & ſcriptā,

haberi

haberi volumus pro libello, ſeu petitione in forma debita ordinata, & facta, & ſuper ea procedi per ſcindicatores ad idẽ ſcindicatũ deputatos, de plano ſummariè, ſimpliciter, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & purus proceſſus ſuper iſdem ſimplicibus querelis ſic ſimpliciter, & ſummariè factus valeat, & teneat, & de Iure ſit validus, & ſubſiſtat, & ſuper eo ſententię ferri poſſint condãnatorię, vel abſolutorię, & valeãt, & teneant, tanquam ſi omnes iuris ſolemnitates, & ſubſtãtialitates ſorent obſeruatę: nec dictus proceſſus, vel ſententia ex eo ſecuta periclitari poſſit infringi, vel annullari ratione ſolemnitatis, vel ſubſtantialitatis omiſſę. Scindicatores verò prædicti teneãtur, & auctoritatẽ hẽant limitãdi ſalaria Notariorũ pro ſcripturis, & Procuratorũ pro patrocinijs. Quorũ Scindicatorũ declarationib. cõtenti ſtare dẽant Notarij, Procuratores, & Clientuli ad dictã pęnã. Et vt Ciues copiã procuratorũ hẽant, volumus Poteſtatẽ, & ſuos Officiales vnũ ſolũ Procuratorẽ Ciuẽ pro ſe ipſis habere, quem ſibi deputauerint eorum Scindicatores, nullus alius deniq; ciuis patrociniũ pro Poteſtate, & eius Officialib. aſſumat, niſi deputatus a ſcindicatorib. ad dictã pęnã cẽtum ſolid. & ſi interuenerit, eius patrociniũ nõ audiatur, nec hẽatur pro perſona cõpetẽti, ſed tãquã ĩcõpetẽs perſona reiciatur a iudicio, qđ gerere voluerit, noĩe alicuius predictorũ Poteſtatis, vel officialiũ eiuſdẽ. Et ad obuiãdũ ſubterfugijs nolentium patrocinari his, qui aliquando de noſtris Officialib. conqueruntur, Statuimus, quod dicti Priores Populi Ciuitatis Racaneti, qui pro tempore erunt, dum imbuſſulantur Scindicatores Poteſtatis, vel alterius Officialis Ciuitatis Racaneti, teneantur, & debeant vinculo iuramenti imbuſſulari facere duos ex Procuratoribus Ciuitatis Racaneti, & quod dicti duo Procuratores ſic imbuſſulati debeant trahi de buſſulo prædicto vnà cum ſcindicatoribus prædictis, & ſic extracti teneantur præſtare patrocinia, & facere petitiones, & ſcripturas neceſſarias, cõtra dictum Poteſtatem, vel alium Officialem, qui ſcindicaretur ab eis, recepta competenti mercede declaranda per ſcindicatores prædictos, & ſic ſucceſſiuè fiat imbuſſulatio omnium Procuratorum Ciuitatis Racaneti, & habitantium in ea, ita quod quilibet vice ſua imbuſſuletur, & teneatur ad prædicta, & ſi procurator qui eſſet prędicto modo de buſſula extractus recaſauerit facere prædicta ſine cauſa legitima per dictos Scindicatores approbanda incurrat pęnam decem librarum de facto per dictos Scindicatores,

E 2 vel

vel alium Officialem Ciuitatis Racaneti auferendam, & quod priuetur exercitio artis procuratorię, ita quod eam inpoſterum exercere non poſſit in Ciuitate Racaneti, & eius Territorio, & ſi exercuerit, nõ teneat ipſo facto. Et ſi dicti Scindicatores non imbuſſularentur, ſed aliter eligerentur, tunc idem modus teneatur de dictis duobus procuratoribus eligendis, vel imbuſſulandis, qui tenebitur de dictis Scindicatoribus eligendis, vel inbuſſulandis, quę locum habeant in quolibet officiali forenſe Ciuitatis Racaneti, qui ſcindicari deberet de geſtis in ſuo officio. Alij verò officiales, tàm Terrigenę, quàm forenſes ſcindicentur, & ratiocinentur ſecundum formam ſtatutorum contentorum ſub rubrica de electione Maſſarij, & ſui officij. Qui Scindicus, & Rationatores, & Notarius teneantur iurare ad ſancta Dei Euangelia tactis ſcripturis, prędictum eorum officium facere, & exercere bona fide, & ſine fraude. Volumus etiam quod petitiones quæ porriguntur contra Poteſtatem, vel aliquem alium officialem tempore ſcindicatus coram prædictis Scindico, & Rationatoribus, non poſſint, nec debeant, per porrigentem, vel porrigentes retrahi, vel reaccipi, immò prædicti Rationatores teneantur, & debeant, pena decem librarum pro quolibet de ſuo propio, ſuper ipſis petitionibus procedere, & executioni mandare, ſecundum formam ſtatutorum dicti Communis. Caueant autem petitiones porrigentes, contra prædictos Poteſtatem, vel eius Officiales, quod occaſione petitionis porrectę, non recipiant a dicto Poteſtate, vel Officiale, vel ab aliqua interpoſita perſona occaſione dictæ petitionis, eo quod ſuper ipſa renũciaret, ſeu procedere deſiſteret, vel aliquo alio colore queſito, pecuniam, vel aliquid aliud, & qui contrafecerit in vigintiquinque librarum Communi condamnetur. Et Poteſtas habeat poteſtatem inquirendi contra delinquentem de prædictis. Notarius verò qui ſcripſerit proceſſum, & ſententiam abſolutionis Poteſtatis, & eius Officialium cum Scindico, & Scindicatoribus dicti Communis tempore ſcindicatus Poteſtatis, habeat pro ſuo ſalario, & labore, omnium ſcripturarum decem ſolidos pro proceſſu, & ſententijs. Notariorum cuſtodię, decem ſolidos, ſcilicet quinque ſolidos pro quolibet ipſorum, Notariorum, pro proceſſibus, & ſententijs Priorum, Peſatorum, Duaneriorum, Capitaneorum, & Notariorum Caſtri Portus, Ancianorum, & omnium aliorum Officialium, quinque ſolidos, inter omnes ſine

ratione

ratione Maſſarij, ſi verò cum ratione Maſſarij Communis fuerit, tunc cum ipſis Officialibus proceſſuũ habeat tàm pro ipſo Maſſario, quàm pro omnibus alijs Officialibus decem ſolidorum, & non plus.

Quod nullus Officialis habere debeat partem alicuius banni.
Rubr. XXXVII.

STATVIMVS, & ordinamus, quod nullus Officialis de Ciuitate Racaneti poſſit, nec debeat hére aliquam partem bannorum, ſeu cõdemnationũ: ſed quilibet officialis ſit contentus de ſuo ſalario ipſi officiali ordinato, pęna, & banno xxxxx. libr. cuilibet contrafacienti aliqua prouiſione, deliberatione, vel ordinamento facto, vel fiendo in contrariũ loquente non obſtante.

De electione Baiulorum, & eorum officio. Rubr. XXXVIII.

Baiulorum electione, ſcilicet duorum per quarteriũ fieri volumus per conſiliarios ſpeciales, quorũ officium vno anno duret, cũ ſalario, quod deputabitur per Priores, tàm pro ſalario, quàm pro veſtib. quod ſalarium quilibet Maſſarius Coĩs prædicti, teneatur, & debeat quolibet menſe, toto tempore ſuę Maſſarię dictis baiulis, & cuilibet ipſorum ſoluere cum effectu ſatisfacere vinculo ſacraméti, & ſi nõ ſoluerit de ſuo proprio, dictus Maſſarius ſoluere cõpellatur, & cõdemnetur per ſuos Rationatores ad petitionem cuiuslibet dictorum baiulorum, Poteſtas, & Priores, nec aliquis alius officialis audeat, nec præſũmat dare, nec pręſtare aliquod impedimentum dictis Maſſarijs in ſoluendo dictis baiulis, dictã quantitatem pro eorũ ſalario, ad pęnã x. libr. de eorũ ſalarijs, ſeu proprijs eorum bonis in Communi perſoluendã. Erit autem officium eorũ in citationib. relationib. pignorũ, & tenutarum captionibus, & alijs ambaſſiatis ſibi commiſſis tàm per Rectorem, & Officiales eius, quàm aliorũ ipſius Cõis officiales, per ſe, vel ad petitionẽ ſingulariũ perſonarũ, quorũ relationi ſtetur, & de citatione in ciuilib. cũ cõmiſſione, vel ſine, in criminalib. cõmiſſione tantũ præcedente ſtetur, niſi contrariũ

appareret; pro citatione ad petitionẽ ſingulariũ facienda iiij.den.paruorum pro quolibet citato accipiat; pro pignore rei mobilis manualiter accepto iiij. den. de non manuali, quam per vnum non poſſet portari duodecim den.pro quolibet duorũ baiulorum hẽre,& petere poſſint;de tenuta data de bonis mobilib. vltra quantitatem quadraginta ſolid. & infra Ciuitatem,ſi ad domum creditoris portauerit, xij. den. ſint contenti, ſi verò extra Ciuitatẽ,& burghos,pro tenuta danda alicui exirẽt vſq; ad vnũ miliare,duos ſolid.vltra verò vnũ miliare quocũq;per noſtrũ Territoriũ pergeret ad declarationẽ officialis cõmictẽtis executionẽ, pro ſuo laboreab eo cui danda erit tenuta prouiſio fiat. Teneantur quoq; in principio eorũ officij ſatiſdationẽ quãtitatis x.librarũ adminus pręſtare fideliter,& ſollicitè eorũ officium exercere.

De Cãpanarijs per Priores Populi eligendis,& eorũ officio. Rubr. XXXIX.

CAmpanarijs per Priores Populi eligendis neceſſitatem imponimus cõtinuè vni eorũ adminus in turri Coĩs manere,die noctuque; ad quorũ Priorũ requiſitionẽ tantũ campanã pulſent ad Cõſilia,parlamẽta,ſturmũ, vel rumorẽ, nõ ad petitionẽ alterius cuiuſcũq; Rectoris,Officialis, vel alicuiꝰ sĩgularis perſonę ſecularis,vel eccleſiaſticę,penã x. libr. quotiẽs cõtrauenirẽnt, augmentanda realiter, & perſonaliter Priorũ arbitrio,tàm ipſis pulſantib. quàm pulſari faciẽtib. Poteſtati verò, eiuſq; officialib. qui prędicta impedirẽt, vel cõtrafacere actentarẽt, pęnã ĩponimus 50.libr.de ſuo ſalario exigẽdã Quib. detur ſalarium per dños Priores, & cõſiliũ ducẽtorũ deputãdũ.

De officio Tubatorum, ſeu bannitorum Communis. Rubr. X L.

HI tãtũ Tubatores Coĩs ſint,& officiũ hẽant bãniẽdi, qui nũc sũt ad dictũ officiũ deputati, vel alij qui rõne mortis infirmitatis, ſeu alterius inhabilitatis ipſorũ per Priores Populi eligentur, quorũ ſeu maioris partis ipſorũ iuſſu, ſeu mãdato cõſentiẽte rectore, vel nõ,& præcepto ipſius rectoris,& aliorũ officialiũ de volũtate tñ ipſorũ Priorũ expreſſa bãniant,quę eis,vel alicui eorũ fuerĩt iniũcta. Bãnientes verò mõ prędicto, nullus tãtę audacię eſſe pręſumat eos offendere,vel qũolibet ĩpędire, aut aliquã iniuriã eis ĩferre,cõtrariũ faciẽs ſi rumoris tẽpore,vel guerrę puniatur in perſona, vel reb. arbitrio Poteſtatis,

teſtatis,& Priorũ,ſi verò tẽpore pacis,ſeu quietis,offendẽs pęnã dupli eius,quo offendẽs alterũ puniretur,incurrat;ĩpediẽs aũt quĩquaginta lib.& plus arbitrio Priorũ, & Rectoris debeat ipſe Rector punire; de quib. oĩb. pro ſufficiẽti probatione,credi volumus relationi bãnitorũ prædictorũ,ſeu dicto. Qui bãnitores hẽãt,& hẽre debeãt de reb. quę vẽdentur ad incãtũ, prætio 50. libr. vel minori, Anconitanũ vnũ, ab inde ſupra vſq; ad prętiũ centũ libr. Anconitanos duos. Si verò centũ lib. preciũ res vẽdita ad ĩcãtũ exceſſerit, bãnitor vnũ bononẽ. tãtũ pro quolibet centonario prætij rei venditę hẽat, & nõ plus. Quę ſolutiões bãnitori fiãt pro medietate per uẽditorẽ, & pro alia per emptorẽ. Volumus ẽt, quod dicti bãnitores teneãtur obedire Prioribus Fraternitatũ, quę per ſtatuta ſunt approbata in oĩb. quę ad ipſorũ officiũ pertinẽt,in quibuſcũq; bãdimẽtis,& alijs prout eis iniunctũ fuerit. Quibus bãditorib. Fraternitas quelibet de xx. ſolid. den. pro corũ labore prouideat annuatim. Inſuper de pignorib. quę per eoſdẽ incãtari cõtingerit,hẽant dicti bãditores pro quolibet pignore dẹn. quatuor,videlicet duos a venditore,& duos ab emptore,vltra ſolutiones declaratas nolumus ipſos bãditores aliquas hẽre,licitè poſſe cõſequi,vel dẽre. Et prędicta prędicti bãnitores teneãtur obſeruare cũ ſollicitudine, & legalitate,bona fide,ſine fraude vinculo ſacramẽti,& pena xx. ſol. pro quolibet,& vice qualibet eis de facto auferẽda per iudicẽ dicti Coĩs ad petitionem cuiuſcunq; conquerentis, ſeu dinunciantis, & credatur, & ſtetur ſacramento accuſatoris ſine aliquo teſte.

De electione renouantium, & corrigentium cartutias, & eorum officio. Rubr. XLI.

IN ſingulis annis de mẽſe nouembris per Cõſiliarios ſpeciales ĩ generali Cõſilio cõgregato, eligi mãdamus duos per quarteriũ cum vno notario. Qui officiũ hẽant renouãdi cartutias, ponẽtes, & ſcribi facientes oẽs,& ſingulas perſonas per ſe hĩtantes, & fumũ facientes in noſtra Ciuitate Territorio,& diſtrictu, diſtinguẽtes ipſas cartutias cum numero xxv. in qualibet cartutia, in qua dẽat eſſe vnus coneſtabilis,ſeu prçceptor per ipſos Conſiliarios ſpeciales eligẽdus,dum tñ nõ fiat coneſtabilis aliquis,qui in villis hĩtauerit noſtri diſtrictus, nec eligatur coneſtabilis, ſeu baiulus dicti Coĩs,qui ſederit, ſeu habuerit apprætium 50. libr. vel plus,& ſi electus fuerit nõ valeat,nec teneat vllo

modo, & alij duo eligantur per quarterium cum vno Notario, qui Poteſtatem habeant ipſas cartutias corrigendi, faciendo in eis ſcribi perſonas, quę per renouatores eſſent dimiſſę, & cancellari omnes, & ſingulas mulieres, domum vel mãſionem non habentes, & filios familias non emancipatos, mercatores, negociatores, vel artif.ces res immobiles non habentes, ſeu poſſidentes; ſimiliter, & pactuales, qui ſine fraude annuo ſoldo ſe obligant ſuo domino perſonaliter ſeruire, & ipſi continuè operari. Teneantur ipſi renouatores, & correctores ſcribi facere in dictis cartutijs omnes, & ſingulas perſonas, quę in fraudem Communis in vna domo habitantes, & vnum fumum facientes, ſeorſum ſibi ſingulariter operantes, & negotia ſua gerentes, quorum officium duret tantummodò per vnum menſem. Saluo quod ipſi correctores per totum annum teneantur, & debeant, omnes. & ſingulas perſonas, quę poſt cartutias renouatas, & correptas per diuiſionẽ, vel nouam babitationem inuenirentur habitare per ſe, vel fumum facere, in ipſis cartutijs ſcribi facere ſerioſè, pro quibus fumantibus ſcribendis, fiat vnus liber, in quo omnia nomina fumantium ſcribantur, qui apud Conſeruatorem iurium Communis, ſeu Maſſarium conſeruetur, vt aliqua dubitatione orta, poſſit vnuſquiſque pro veritate habenda ad eum habere recurſum.

Quod Officiales ſinguli conſeruẽtur indemnes ab omni damno quod ratione officij ſubſtinerent. Rubr. X L I I.

QVONIAM officia gerentes Communis, q̃ñdoque ex odio leſionem incurrunt, dum ſtudẽtes fideliter, ac vtiliter ſe ĩ ipſis exercere, inuidiã, ac inimicitiam multorum incurrunt, ne ipſa de cauſa negocia deſerantur Communis, pręſẽte ſtatuto prouidimus ordinare, quod gerens quodcunq; Communis officium, ambaſſiatã, Scindicatum, Prioratum, vel aliud quocũq; nomine cenſeatur officiũ, cuius ratione prætextu moleſtaretur in generali curia, vel noſtri Cōis a quocunq; dño, officiali, vel ſingulari perſona Eccleſiaſtica, vel tẽporali, dẽat expenſis oĩb. noſtri Cōis ab omni inquietatione defendi, pro cuius ẽt indemnitate, ad petitionẽ inquietati, ſeu moleſtati, ante proceſſum

ceſſum contra eum formatum, proceſſu pendente, ſeu cõtra eũ lata ſententia, ea exacta, vel non. Scindicus ordinetur legitimè ad conſeruandũ eum indemnem, pecuniã quoq; per eum expenſam, vel ab eo exactã, Poteſtas, & Priores, pęna x. libr. pro quolibet ipſorũ in 50. libr. Poteſtati, reſtitui faciant integraliter per Cõe. Nihilominus notificatione facta de dicta vexatione, ex deliberatione Cõſilij, vel ſine, prout ipſis Prioribus videbitur prouideant, & executioni cum effectu mandent, omnia quę ipſi moleſtato ad releuationem ſuę moleſtationis poſſet vtiliter redundare.

De officio Peſatorum bladi. Rubr. XLIII.

STatuimus, & pręſenti lege firmamus, quod Peſatores, & eorũ Notarij, qui ſunt, vel erunt deputati ad peſandũ, & ſuper peſa bladi, & farinę dicti Cõis, teneãtur, & deãnt pęna x. lib. pro quolibet eorũ, ſcribere, & ſcribi facere in ſuo quaterno per Notarium ſuum in fine vbi ſcribit noĩa illorũ, qui mictũt granum ad macinandũ, quãtitatẽ frumenti, ſeu bladi, quod mictitur ad macinandũ, & quantitatẽ farinę quę reſtituitur de dicto frumento. Teneaturq; dictus Notarius quamlibet bullectã de blado bullare, & in ea ſcribere diem, nomen, & pro nomẽ dñi bladi, & põdus ipſius bladi, quã bullectã portare teneatur ſtatim ad Duanerios, & Notariũ mercantiarũ, & duanę ipſarũ mercantiarũ, qui pro tẽpore fuerint pro ipſo Coĩ, & ipſi Duanerij, & Notarij mercantiarum, teneãtur bullare ipſam bullectã, & copiare, & ſcribere in eorum quaterno, fiẽdo diuiſim a quaterno mercantię, & pecuniã duanę ipſius bladi recipere, & mictere per manus eorũ in cippo peſę prędictę cũ pñtia dñi bladi, & qui contrafecerit puniatur qualibet vice in centũ ſolid. vſualis paruę monetę, & damnum quod incurrerit ipſum Cõe reſarcire in duplum. Teneãturq; prędicti Peſatores, & Notarius ſcribere in quaterno officij peſę per ordinẽ oĩa, & ſingula prędicta, & intratas dictę duanę, peſę, cũ die noĩe, & pro noĩe ſoluentis duanam prędictam, & pondus bladi. Et officiũ Peſatoris, & Notarij, duret ꝑ mẽſẽ tãtũ, & pro eorũ ſalario recipiãt pro quolibet ipſorũ 50. ſol. Tẽaturq; eẽ cõtinuò ad dictũ officiũ, pęna cuilibet ipſorũ pro vice qualibet, qua cõtrafecerit

quinque ſolid. dictę monetę, & debeant eſſe literati, & extrahantur de buſſolo dicti Communis, vt hactenus eſt conſuetũ. Et quod a pulſatione campanę dicti Coĩs, quę pulſatur de mane pro hora diei, vſq; ad pulſationẽ tertij ſoni ipſius campanę, quę pulſatur de ſero pro hora nocturna. Teneantur prædicti Peſatores, & Notarij, ad minus vnus ipſorum, continuè ſtare perſonaliter, ſiue ſint deputati per Cõe, ſiue emerint dictam peſam, ad dictam peſam ad dictum officium exercendum, pęna v. ſolid. pro quolibet ipſorũ, & vice qualibet, & pęna eiſdẽ de facto auferatur per Notariũ dãnorum datorũ, ad petitionẽ cuiuſcunque conquerentis de prędictis. Et nihilominus teneantur vltima die finis dicti eorum officij in apertura cippi, reddere quaternum eorum, Notario reformationis ad ſupra dictã pęnã x. libr. Et dicto eorũ officio finito de dicta pecunia in dicto cippo miſſa, & ĩ dicto quaterno ſcripta, Rationatorib. qui eis ponuntur ad rationem requirendã a Prioribus Populi reddere rõnem, & ipſe quaternus ipſis Rationatoribus per dictũ Notarium reformationũ cõſignetur, qui quaternus remaneat in Coĩ. Et ſi ipſi Peſatores, & eorum Notarij, ſeu aliquis ipſorũ tempore dictę rationis redditę, fuerint inuẽti aliquid defraudaſſe de dictis denarijs in dicto cippo miſſis, & in dicto quaterno ſcriptis; per dictos Rationatores in duplum dictę quãtitatis defraudatę reſtituende dicto Coĩ cõdemnetur, & nihilominus x. libr. pro quolibet ipſorum dicto Communi ſoluere compellantur, in qua quantitate x. libr. ipſi Rationatores infra tempus decem dierum, poſt finitum dictum eorum officium condemnare teneantur, vel ipſos abſoluere ſi ipſos benè dictum eorum officium, & legaliter videbitur geſſiſſe. Volumus tamen quod dicti Peſatores, & Notarij non dent, nec permictant Mollarijs accipere, nec dicti Mollarij accipiant multuram de grano, ſed accipere debeãt multuram de farina tãtum, poſtquam fuerit dicta farina ponderata, & aſſignata, prout eis tãgit, ſecundum pondus farinę, retracto pondere catenarũ, ad pęnã quadraginta ſolid. cuilibet Mollario, & Peſatori, & Notario contrafacienti, in Coĩ ſoluenda pro vice qualibet. Statuimus inſuper, & addimus, quod Peſatores grani, & farinę teneantur quolibet die veneris dare officiali dãnorum datorum Ciuitatis Racaneti bullectas ponderis grani, quod portatur ad macinandũ, vbi appareat pondus grani, & farinę deficientis ponderi grani, vt poſſit per dictum Notarium damnorũ datorum executio fieri, contra Mollariũ, ſeu mollarios

rios delinquentes, contra formam ſtatutorum Racaneti, pęna viginti ſolidorum pro qualibet vice ſibi de facto auferenda per Poteſtatem Ciuitatis Racaneti, & quod dictus Notarius tempore dictæ aſſignationis bullectarũ, teneatur, & debeat dictos Peſatores per Iuramẽtum interrogare pro informatione prędictorum, & debeat contra mollarios delinquentes in prædictis facere executionem in pęnis ſtatutorum Cōis Racaneti, infra tertiam diem, poſt ſibi aſſignatas bullectas prędictas, pęna centum ſolidorũ de ſuo ſalario auferenda ſi neglexerit in prædictis, vel aliquo prædictorum. Teneanturq; dicti Peſatores ſub pęna xx. ſolidorum pro qualibet ſalma ponderare farinam à molendino delatam, & quam inuenerint eſſe iuſti ponderis bullare bullecta ipſius Duanerij, ſi quam habet, alias bullecta Cōis, & quę iuſta non fuerit non bullare, ſed in bullecta quam fecerit de grano, ſcribere defectũ & quantum deficit de dicta farina, & pęnes eum ſeruare, & domino farinę dare, & conſignare.

De electione Duaneriorum, & eorum officio. Et electione Officialis mittendi quando ſcriberetur Communi. Rubr. XLIIII.

AD conſeruationem duanę, & mercantiarũ, & fidelem atq; diligentiſſimam exactionem, pręſenti lege duximus ordinandum, quod ſuper ipſa duana exigenda, & conſeruanda, ſint, & eſſe debeant duo boni, & diſcreti homines literati ad exigendum, & ſcribẽdum exactionem dictę duanę, quorum officium duret vno menſe tantùm, cum ſalario v. libr. pro quolibet ipſorum in menſe, & ipſorum officij electio celebretur in hac forma videlicet, quod Priores Populi vnà cũ Conſilio Antianorum, & vigintiquatuor dicti Populi in ſimul congregati, faciant ſcrutiniũ de eligendis dictis Duanerijs de quolibet quarterio cum iuramento, cauto, & ſecreto modo inquirendo de meliorib. hominib. eligendis ad dictum officium duanę exercendum, & qui plures voces habuerit de idoneitate, & ſufficientia, ad ipſum officium ſint Duanerij electi cũ dicto ſalario. Et in ipſa congregatione pro prędictis expediendis interſint ad minus ſex ex Prioribus Populi, & Antiani tres, & de Conſilio vigintiquatuor interſint ſexdecim ad minus, & aliter facta electio non teneat ipſo iure, & quilibet Priorum, qui ſecus fecerit, tractauerit, vel ordinauerit, vel paſſus fuerit, pęnam centum

tum

tum ſolidorum ipſo facto incurrat. Et eandem ſolemnitatem, modum, & formam volumus adhiberi, quando ſcriberetur Prioribus, vel Coĩ noſtro pro aliquo officiali mictendo ad aliam Ciuitatem, vel locũ. Qui Duanerij teneantur ſcribere, & ſcribi facere ſingulariter, & diuiſim in ſuo quaterno, & per ordinem diem receptę duanę, nomen, & terram illius, qui ſoluerit duanam, quantitatem duanę, & quantitatem rerum, ſeu mercimoniarum, vel mercantię pro qua duana ſoluitur. Et ipſe, qui ſoluit manib. ſuis, ponat pecuniam, quæ ſoluitur pro duana, in cippo dictę duanę præſentibus, & videntib. ipſis Duanerijs, vel alteroĩpſorum, & poſt dictam ſcripturam ſic factam, facere bullectam de ipſa mercantia, & in ipſa bullecta ſcribat quomõ die datę bullectę data eſt licentia per dictos Duanerios, vel ipſorum alterum tali extrahẽdi de Portu dictæ Ciuitatis talem rem, vel mercantiam, cùm ipſe ſoluerit tãtã duanã, quã bullectã ipſi Duanerij, vel alter eorum mictant, & mictere teneantur, Capitaneo, & Notario dicti Caſtri Portus, bullatã bullecta dicti Coĩs, & clauſam, teneantur ẽt dicti Capitaneus, & Notarius Caſtri Portus dictã bullectã ſic bullatam ordinatim in ſuo quaterno regiſtrare, & ſcribere, die datę, & aſſignatę dictę bullectę, & ipſã conſeruare, & finito eorum officio Prioribus Populi aſſignare, & rationem reddere in fine officij, & auſcultare dictum quaternum cum quaternis Duaneriorum ad omnem ſuſpitionem tollendã. Et quod ſi dicti Duanerij, vel alter eorũ fuerĩt negligentes in ſupradictis vel aliquod de ſupradictis punctis non obſeruauerint, pęnam vigintiquinque librarum Communi applicandam incurrant. Et illud idem dicimus, & mandamus obſeruari debere per Capitaneum, & Notarium dicti Portus, vt ſupradictum eſt. Et vt dicta duana facilius exigatur, & mercatores expediantur, volumus, & mandamus, quod inueniatur de domibus dicti Communis vna domus, in qua exigatur dicta duana, & in dicta domo, & etiam in Portu Communis, fiat vnus cippus expenſis dicti Communis, clauſus ſerraturis, ſicut Prioribus Populi videbitur conueniri. Quorum cipporum claues, ſint, & eſſe debeant apud Priores Populi, vel maiorem partem ipſorum, & in ipſis cippis per manus ſoluentium dictam duanam, denarij ipſius duanę mictantur. Et finito eorum officio, pecuniam peruentam ad manus ipſorum Duaneriorum, Capitanei, & eius Notarij, & in dictis cippis miſſam, deueniri faciãt in Coĩ, & ſecũdũ ſcripturã eorũ quaterni ſuis rõnatorib.

eligen-

eligendis per Priores Populi, reddant prædicti Duanerij, & Capitaneus dicti Portus, & eius Notarius, integrè rationem. Volumus tamē, quod prædicti Duanerij teneantur, & debeant vinculo ſacramenti, & pęna decem librarum, ſtare continuò perſonaliter ad dictam duanam ad dictum officium exercendum, ad minus vnus ipſorum, nō per ſcambium, nec per interpoſitam perſonam, excepta cauſa infirmitatis, quo caſu mictere, ſeu dimictere poſſit ſcambium ad dictum officium exercendum, cum licentia tamen Dominorum Priorum, & conſilij vigintiquatuor. Teneantur etiam dicti Duanerij de mane tempeſtiuè apulſatione Campane dicti Communis, quę pulſatur de mane, pro hora diei, venire ad dictam duanam, ad dictum officium exercendum, & ſtare continuò perſonaliter ad minus vnus ipſorum vſque ad primum ſonum dictæ Campanę Communis, quę pulſatur de ſero pro hora nocturna, ad pęnā quinq; ſolidorū pro quolibet ipſorum, & qualibet vice, qua contrafecerint in prædictis, de facto eis auferenda, per Scindicum Communis, vel per Officialem dictę gabellę, ad petitionē Dominorum Priorū Populi, vel alterius cuiuſcunq; perſonę conquerentis de abſentia ipſorum. Teneantur etiam dicti Duanerij eligere certos cuſtodes, & ipſos vocare nominare, ordinare, ſeu deputare eorū nomine per dictam Ciuitatem, & ad portas dictæ Ciuitatis in quolibet quarterio, & ad alia loca neceſſaria, tàm intus, quàm extrà dictam Ciuitatem ad referendum defraudantes dictam duanam, & ad reſtandum eūtes ſine bulleeta, qui cuſtodes ſic electi, per dictos Duanerios, dictum officium ſollicitè, legaliter, bona fide, & ſine fraude debeant operari, ad pęnam quinque ſolidorum, & dictam duanam fraudantes, vt ſupra dictum eſt referre officiali gabellę, & Duanerijs ſupradictis. Volumus tamen, quod quilibet teneatur obedire dictis Duanerijs generalibus, & ipſis electis per eos, & quod ipſi poſſint imponere pęnā, vſque ad quantitatem xl. ſol. Et dicto eorum officio finito, dictis ſuis rationatoribus, de prędictis geſtis per eos, integrè reddant rationem, vt dictum eſt ſuperius.

De vna caſſa habenda per Duanerios Communis. Rubr. X L V.

PROVIDIMVS, & ordinamus, quod dicti Duanerij expenſis dicti Cōis hēant, & hēre debeāt vnā caſſam, retinendā in duana Cōis, in qua teneantur, & debeant vinculo ſacramēti habere, & retinere oīa ordinamenta duanę, & pacta ſuper duana dicti Cōis exigēda, & oīa pacta, quę eſſent inter aliqua Communia, & Commune Ciuitatis Racaneti, & omnibus petentibus de ipſis copiam facere teneantur.

Quod Duanerij non debeant bullectam facere niſi primò ſit ſoluta duana. Rubr. X L V I.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod Duanerij dicti Cōis, & eorū Notarij teneātur, & debeāt, pęna xxv. libr. pro quolibet eorum, non bullare aliquā ſalmam, ſeu mercantiā, nec aliquā bullectā facere, niſi primo duana, ſeu pecunia, quę dētur ſolui, primò in dicto cippo mictatur, & quod de ipſa pecunia pro dicta duana ſoluēda in dicto cippo mictēda, aliquod depoſitū fieri non poſſit, nec dēat aliquā banchā de dicta pecunia, ſeu duana recipere, ad pęnā ſuperius declaratam, & illud idē dicimus de Capitaneo, & Not. Caſtri Portus maris dictę Ciuitatis.

Quod Duanerij eligant cuſtodes pro duana recuperanda. Rubr. X L VII.

VT duana Cōis a nullo fraudetur, pręſenti ſtatuto firmamus, & ordinamus, quod Duanerij prędicti Cōis poſſint eorū officio auctoritate, & bailia imponē, & eligere cuſtodes, ad dictā duanam recuperandam cōtra oēs, & ſingulos, qui dictā duanā defraudarēt, tā intus, quā extra dictā Ciuitatē: & liceat dictis cuſtodib. reducere ad dictos Duanerios oēs, & ſingulos cum ſalmis, & beſtijs nō ſoluētes dictā duanā, & qui irent, ſeu trāſitū facēnt ſine bullecta ipſorū Duaneriorū, vt dictū ē, ſoluat duplū duanę ſibi contingentis Duanerijs ſupradictis. Nihilominus talis ſic inuentus, dicto cuſtodi, ſeu cuſtodibus v. ſolidorum ſoluere compellatur in pecunia ipſius.

De

De electione, & officio Capitaneorum, & Notariorum Caſtri Portus. Rubr. XLVIII.

PRÆSENTI edicto firmamus, quod pro meliori ſtatu, & vtiliori dicti Coīs, & ſingularũ perſonarũ ipſius, eligãtur per Priores Populi dicti Coīs, qui pro tẽpore erũt, duodecim Capitanei, & duodecim Notarij Portus maris dicti Coīs, quorũ ſingulorũ officiũ duret, & durare dẽat per vnũ menſem tantũ; qui, & noīa quorũ ſcribantur, mictãtur & recludãtur in quodam buſſolo, qui remaneat ſigillatus in caſſa, vbi ſunt ſcripti Priores Populi dicti Coīs, & extrahantur ſingulis menſib. dicti Capitanei, & Notarij qñ extrahuntur Priores Populi. Qui ſic extracti eorũ officium facere, & exercere debeant benę, legaliter, & ſollicitè ſine fraude, ſecundũ ordinamẽta dicti Coīs ad eorum officiũ tãgẽtia, toto dicto mẽſe: hoc excepto, quod Capitanei, & Notarij mictẽdi ad dictũ Portũ, de mẽſe Iulij, Auguſti, & Septẽbris, remaneãt in prouiſione, deliberatione, & declaratione dictorum Priorũ Põpuli, qui erũt de dictis mẽſib. de mictẽdo de dictis mẽſib. Capitaneos, & Notarios pro minori tẽpore, quã dictũ, & ordinatũ ẽ ſupra, vel de nõ mictẽdo, pro vt eis videbitur expedire: de alijs verò menſibus, quã dictis tribus mẽſib. exceptuatis, dicti Dñi Priores nullũ coñcãbium admictere poſſint in locũ dictorũ Capitaneorũ, & Notariorũ, ſub pęna x. librar. pro quolibet ipſorũ Priorũ, quorũ tẽpore dicta licẽtia reperiretur cõceſſa, quę nõ teneat ſi cõcederetur, nec aliquo Iure ſubſiſtat. Cauſa tñ infirmitatis, vel abſentię in dictis caſib. eis legitimè reſeruata, quorũ loco in aliquo de dictis caſibus poſſint alij idonei poni ad ſenſum Dominorum Priorũ, quorũ tẽpore dictus abſẽs, vel infirmus ad idẽ officiũ de buſſulo tractus eſſet. Volumus inſuper, quod prędicti Capitanei Caſtri Portus, & eorũ Notarij teneãtur, & dẽant oẽs, & ſingulas res, quę deferẽtur, & portarẽtur in aliquo ligno ad litus ipſius Portus, & ad ipſum Portũ, ſcribẽ, & ſcribi facẽ ſeriatim, clarè, & apertè cũ noīe, & pronoīe, & terrã mercatãtis cõducẽtis, ipſas mercãtias, cũ anno, mẽſe, & die, & cum ſigno ipſatũ mercãtiarũ, in eorũ libris, & ipſas res, & nomina conducentiũ notificare per eorum literas duanerijs, & notario duanę mercantiarum dictę Ciuitatis, pro quibus rebus ſoluatur

Duane-

Duanerijs, & Notarijs ipſius duanę, & pecunia ponatur in cippis ipſius duanę mercantiarum ſub pęna prædicta. Nec etiam permittant carcare, vel extrahere, aut carcari, vel extrahi facere per mare, vel per terram aliquam mercantiam ad riuam, vel portum delatam, ſine bulletta Duaneriorũ ad pęnam decem librarum quoties delinquerint in prædictis, quę pęna per Officialem duanę contra dictum Capitaneum, & eius Notarium, de facto poſſit auferri. Saluo quod ſi dictæ res non deberent apportari ad Ciuitatem Racaneti, quod tunc Capitaneus, & eius Notarius accipiant duanam pro ipſis rebus, & etiam profundicagio, ſecundum formam ſtatutorum dicti Communis. Teneanturque ſcribere omnes, & ſingulos introitus Caſtri dicti in eorum quaterno, & nomina, & Terram illorum, qui poſuerint, & ponent pecuniam in cippum dicti Caſtri. Si verò contrafecerint in aliquo caſuũ prædictorum, cogantur de facto ſoluere in Communi decem libras denariorum vſualis paruę monetę, pro quolibet ipſorum. Et facere micti pecuniam prædictam, & omnes alios introitus, qui peruenerint ad manus ſuas in cippo dicti Caſtri portus, per manus illorum, qui ipſam ſoluerint; nec audeant, vel præſumant tangere aliquem denariũ, ſiue aliquam pecunię quãtitatem pertinentem Communi noſtro, quacunque ratione, vel cauſa, ſub pęna pro ipſorum quolibet, & qualibet vice, qua contrafecerint in aliquo caſuum vltimo poſitorum de facto ſoluenda, in Communi xl. ſolidorum denariorum, cui pęne ſubijcimus quemcunq; alium Officialem dicti Communis, qui cippum haberet. Teneantur etiam dicti Capitanei, & Notarij omnes mercimonias eis aſſignatas per mercatores, vel per alias quaſcunque perſonas, quæ mictentur in fundico dicti Portus, ſcribere, & ſcribi facere in eorum libro per modum inuentarij, & dicto Mercatori, vel eius nuntio, ad eius petitionem aſſignare dictas res, ſi tempore dictę Capitanię, & Notarię, dictus aſſignãs extrahere voluerit, vel reaſſignare dẽat per modum inuentarij Capitaneo, & Notario futuris, eorum proximè ſucceſſuris ſine aliqua diminutione, ad pęnam vigintiquinque librarum ſoluendam in dicto Communi, & ad emendationem dupli ęxtimationis, dictæ rei, ſeu rerum ammiſſarum, ſeu perditarum non aſſignatarum, quod duplum ſit Communis, & ęxtimatio propria damnum paſſi. Et illud idem dicimus ſi dicti Capitanei, & Notarij, non aſſignauerint, alijs Capitaneis, & Notarijs ſuis ſucceſſoribus omnes res, maſſaritias,

dicti Communis, eis inuentario aſſignatas per Capitaneum, & Notarium ſuos præceſſores, licet quocunque alio modo, ad eorum manus peruentas. Si verò in dicto Caſtro miſſę, ſeu repoſitę fuerint alique res ſeu mercimonię extra dictum fundicum, & ammiſſę, ſeu perditę fuerint, ſeu erunt, teneantur, & debeant prædicti Capitanei, & Notarij, & omnes alij de dicto Portu infra muros dicti Portus habitantes, & commorantes, dictas res ſic perditas emendare damnum paſſo, cum duplo ęxtimationis dictę rei perditę, quod duplum ſemper ſit dicti Cōmunis, & ſimplum, ſeu ſors, & extima propia ſit damnum paſſi, & nihilominus dictam pęnam viginquinque librarum in Communi prædicto ipſi omnes Capitanei, Notarij, & in dicto Portu habitantes ſoluere teneantur, dummodò appareat, quod dictę res aſſignatę ſint, vel erunt, ſeu fuerint dictis Capitaneis, vel Notarijs dicti Portus. Volumus etiam, quod dicti Capitanei, & Notarij non poſſint, nec debeāt vllo modo, de dicto Portu, nec a dicto officio eorum Capitanię, & Notariatus ſecedere, nec aliquo modo ab ipſis Portu, & officio abſentare ſine licentia expreſſa inſcriptis habita a Dominis Prioribus Populi, ſigillata ſigillo dicti Communis, ad pęnam decem librarum vſualis paruę monetę pro quolibet ipſorum, & perditionis eorum ſalariorū. Qui Capitanei, & Notarij Caſtri Portus, qui electi, & extracti fuerīt de dictis buſſolis habeant, & habere debeant pro quolibet menſe pro ſalario ipſorum, ſcilicet pro ſalario Capitanei, & pro ſalario Notarij, & pro vno ſeruitore, ſeu coquinario, duc. ſex pro vno menſe, & plus, & minus arbitrio Dominorum Priorum, & Conſilij ducentorum. Volumus etiam, ſtatuimus, & ordinamus, quod Priores, qui pro tempore fuerint, in principio eorum officij pęna xl. ſolid. illi cui, vel quibus iniunctum fuerit per Priorem Priorum dicti menſis, quę auferatur ſummariè, & de facto, ſine ſtrepitu, & figura iudicij per Rationatores Communis, teneantur, & debeant ire, & accedere, ad Caſtrum Portus, vnà cum Cancellario Communis, Capitaneo, & Notario Caſtri Portus, ſeu vno ipſorum ad aperiendum cippum Caſtri, & ad recipiēdum, & conſignandum inuentarium bonorum, & rerum Communis, & mercantiarum, & rerum ſpecialium perſonarum, & mercatorum, dictis Notario, & Capitaneo, ſeu alicui, vel vni ipſorum. Nihilominus ſub pęna, & modo prædictis, prædicti Capitanei, & Notarius, & quilibet ipſorum teneantur, & debeant mandare, & pręcipere, baſta

F ſijs,

ſijs,& alijs habitantib. in dićtoPortu,quod nononerēt, nec exonerēt, aliquam mercantiam, nec nauigium aliquod ſine eorum, vel alicuius ipſorum licentia, & mandato, & qui contra fecerit in prædićtis exigantur per ipſos Capitaneum, ſeu Notarium, vel aliquem ipſorum de facto contra delinquentem in prædictis,ſeu aliquo prædictorum, viginti ſolid. & ſoluantur per eos Camerario, ſeu Maſſario Communis. Teneantur etiam ipſi Capitanei, & Notarij, & quilibet ipſorum, qui pro tempore fuerint ſub pęna centum ſolid. pro qualibet vice per eorum Rationatores auferēda, petere rationem a quolibet patrono nauigij, omnium rerum, & mercantiarum per ipſum nauigium portatarum, & ferendarum, & ipſas res, & mercimonias portatas, & portandas, reducere in ſcriptis in libro ſuo. Sit etiam licitum ipſis Capitaneo, & Notario Caſtri Portus, & cuilibet ipſorum capiendi, & capi faciendi, & teneantur, & debeant capere, & capi facere dum commićtitur aliquod delictum, ſeu maleficium, aut meſclantia ſiue riſſa, delinquētes in prædictis, & in fortiam Poteſtatis pręſentare ſine premio, & bāno. Et omnes habitantes, & commorantes in dicto Caſtro teneantur, & debeāt ad pęnam centum ſolid. pro quolibet ipſorum, & pro qualibet vice, aſſiſtere, & capere dictum delinquentem, ſeu delinquentes, ſine pęna, & banno. Arbitrium inſuper, & auctoritatem attribuimus dictis Capitaneo, & Notario, & vtriq; ipſorum particulariter, precipiendi, & mādandi baſtaſijs, & alijs ibi commorantibus, vel ibi applicantibus in omnibus, & per omnia, quę ſpectant ad eorum officium, & multare quoſcunque inobedientes vſq; ad quantitatem decem ſolid. denar. quam de facto ſolui, & exigi faciant

De electione Magiſtri gramaticalis. Rubr. XLIX.

CVM principium ſit maxima pars cuiuſq; rei,& grã matica ſit principium omnium ſcientiarum: Id circo ſtatuimus, & ordinamus, quod Priores Populi teneantur,& debeant vocare,& eligere vnum bonum,& expertum Magiſtrum gramaticalem foréſem, qui continuè ſtet, & moretur in Ciuitate Racaneti ad docendum ſcolares. Qui magiſter gramaticalis, habeat, & habere debeat a dicto Communi pro eius ſalario quantitatem limitandam per Priores,& Cõſilium,eo tempore,quo dictus magiſter debet eligi. Qui magiſter, & quiuis Officialis forenſis Ciuitatis noſtræ non præſumat,vel audeat ſe abſentare a Ciuitate noſtra,& eius diſtrictu, niſi obtenta licentia in Conſilio vigintiquatuor, & Dominorum Priorum ad buſſulas, & palluctas, & obtento partito per duas partes ipſorum, aliàs data licentia non teneat, ſed pęna ſit cuilibet dictorũ Priorum aliter danti, vel cõcedenti licentiam, viginti ſolid. pro vice qualibet de facto per Rationatores ipſorum auferenda.

De electione ęxtimatorum Roncinorum, qui dantur ad vecturam. Rubr. L.

STatuimus, & ordinamus, quod quolibet anno de menſe Iannuarij per Priores Populi eligantur duo boni, diſcreti,& legales viri ad ęxtimandum equos & roncenos, qui dantur ad vecturã in Ciuitate Racaneti; qui extimatores teneantur, & debeant, in principio eorũ officij facere banniri per dictã Ciuitatem, quod omnes habẽtes, retinentes, & locãtes equos, ſeu Roncenos ad vecturam. vadant ad dictos ęxtimatores cum eorũ equis,& Roncenis, ad faciendũ fieri ęxtimationes de dictis equis & Roncenis; qui ęxtimatores, teneantur, & debeant ęxtimare dictos equos,& Roncenos bona fide; & dare in ſcriptis dictas ęxtimationes, Notario reformationum, & quod prædictę extimationes retineantur in ſecretum, & ſi aliquo caſu cõtingerit, quod conductor teneretur ad ęxtimationem dicti equi, vel ronceni, quod recurratur ad ęxtimationẽ

factam per dictos ęxtimatores. Si quis verò prædicta non obſeruarent in non faciendo fieri ęxtimationem dictorum equorum, ſeu roncinorum, vt ſupradictum eſt, quod nullo modo poſſit petere mercedẽ, nec ęxtimationem ipſorũ equorum, ſeù roncenorum, non obſtante aliquo pacto, vel ſtipulatione quacunq; forma, ſeu pacto facto inter conductorem, & locatorem. Et quod prædicti locatores, & dantes eorum equos, ſeu roncenos ad vecturam, teneantur, & debeant recipere pro vectura, & mercede dicti rõceni, vel equi locati ad vecturam, quatuor ſolidos tantum pro qualibet die, & non plus, pęna, & banno xl. ſol. Et ſi Priores in prædictis obſeruandis fuerint negligentes, pęna centũ ſolid. pro quolibet Communi condamnentur.

De electione Mareſcalci. Rubr. L I.

STATVIMVS, & ordinamus, quod per Priores Populi, qui pro tempore erunt eligatur vnus bonus, & expertus Mareſcalcus forenſis, qui teneatur, & debeat ſtare, & morari continuè in Ciuitate Racaneti ad ſuam artem operandam cum ſalario, quod dictis Prioribus Populi, qui erunt pro tempore videbitur conueniri, dum tamen non excedat ſalarium vigintiquinque librarum pro quolibet anno.

De electione popularium ad ſedandum diſcordias. Rubr. L I I.

STatuimus, & ordinamus, quod per Priores Populi dictæ Ciuitatis, qui pro tempore erunt quolibet anno de menſe Auguſti eligantur duo boni viri, & diſcreti Populares pro quolibet quarterio, qui componant, ſedent, & ponant omnes diſcordias ortas, & oriundas inter Populares, & alios homines dictę Ciuitatis, & quod Poteſtas, & Priores Populi, qui pro tempore erunt teneantur, & debeant, dictis duobus hominibus ſic electis pro quolibet quarterio, dare conſilium, auxilium, & fauorem ad prædicta omnia executioni mandanda, & dictas diſcordias ponendas ad petitionem, & requiſitionem dictorum duorum hominum per quarterium, pęna, & banno dicto Poteſtati xxxxx. libr. & dictis Prioribus xxv. libr. pro quolibet eorum.

De

De ſalario Ambaxiatorum, & punctis ſibi dandis, & pęna renuentium ambaxiatam. Rubr. LIII.

AD refrenationem expenſarum dicti Communis, præſente ſtatuto firmamus, quod Ambaxiatores noſtri Communis, & omnes qui mictuntur in aliqua ambaxiata per dictum Commune, habeant, & habere debeant pro eorum ſalario, & labore pro quolibet die, & quolibet Ambaxiatore cum vno famulo, & duobus equis, de bonis, & ęre dicti Communis ſalarium, quod per tempora, ſecundum cōditiones temporum Domini Priores, & Conſilium ducentorum declarabunt, & ordinabunt, ſtatuto, & conſtitutione in aliquo loquentibus non obſtantibus. Statuto poſito ſub Rubrica de ſalario Officiali non conſtituendo pro ambaxiata, in ſuo robore permanente. Addimus inſuper, quod illis quibus iniũctum, & mandatum fuerit per Dominum Poteſtatem, & Priores Populi dictæ Ciuitatis Racaneti, quod vadant pro aliqua ambaxiata Communis Racaneti pro vtilitate dicti Communis, & ipſi noluerint obedire, neq; parere mandatis dictorum Dominorum Poteſtatis, & Priorum, ſit pęna decem librarum den. Et alter electus per dictos Priores ad dictam ambaxiatam faciēdam vadat, & exerceat dictam ambaxiatam expenſis omnibus illius, qui renuerit velle ire pro dicta ambaxiata, niſi tamē renuēs iuſtam haberet cauſam recuſandi. Statuimus ēt, & ordinamus, quod dum continget aliquoties micti Ambaxiatores per Commune Racaneti, aliquo extra noſtram Ciuitatem Racaneti, quod Priores Populi, qui pro tempore fuerint teneantur, & debeant, dictis Ambaxiatoribus dare in ſcriptis capitula, & puncta Ambaxiatæ per eos exponendę, pęna decem librarũ den. pro quolibet ex Prioribus antedictis. Et ſi dicti Ambaxiatores aliquid exponerent vltra capitula, & puncta prædicta, ſoluant pęnam decem librarum den. pro quolibet ipſorum, & qualibet vice, & eorum ſalarium perdant ipſo facto. Ambaxiatores verò mictendi vadāt, ſtēt, & redeant riſico, periculo, & fortuna dicti Communis, ſi pro facto Communis iuerint.

De ſalario famulorum Priorum pro ambaxiata tranſmiſſorum. Rubr. LIIII.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod famuli Dominorum Priorum Populi, quando vadunt, ſeu mictuntur per Dominos Priores Populi pro Nunctijs in aliqua ambaxiata extra territorium, & diſtrictum Racaneti, ſi per noctabunt, habeãt, & habere debeant pro eorum viaticho, ſalario, & labore, pro quolibet die, pro quolibet ipſorum ſalariũ, quod ei deputabunt Domini Priores omnibus ſuis ſumptibus, & expẽſis. Et illud idem dicimus ſi iuerint, vel miſſi eſſent aliquo per noſtrũ territorium, & diſtrictum Racaneti, quod ipſi habeant ſolummodo expenſas congruas, quas fecerint in cibo, & potu ſi per noctabunt, vel non, & non plus.

De modo tenendo pro habendo medicos Ciues, & forenſes, & prouiſione ipſorum. Rubr. LV.

VT egrotis, & patientibus circa ſalutem recuperandam præbeantur conſilia, & iuuamina debita, volumus noſtrum Commune ſemper duos expertos habere medicos forenſes, phiſicum videlicet, & ciruycum, quorum electio fieri debeat per tres menſes ante finem temporis, quo medici tunc ſalariati permanere debent, quorum eligendorum ſalarium ordinari debeat per Conſilium Dominorum Priorum, Antianorũ, & vigintiquator. Qui omnes medici forenſes phiſici, & ciruici per Commune ſalariati teneãtur, & ſint aſtricti perſonaliter ire, & viſitare infirmos, & patientes Ciues, & quemcunq; forenſem famulum, vel pactualem alicuius Ciuis, & omnes alios, qui continuè per duos annos in noſtra Ciuitate, vel ſuo diſtrictu habitauerint, & ipſis præbere ſalubriter conſilium, & iuuamentum, & gratis medicare, & curare, nec aliquod ſalarium ab eis, vel pro eis enſenium, vel donum petant, vel habere debeant; medicis tamen ciruicis de vnguentis tantum prouideri volumus per curatos. Nec

Nec valeãt dicti medici à noſtro Commũnis ſalariati ſe abſentare à Ciuitate,& diſtrictu Racaneti, niſi ſecundũ formam traditam à ſtatuto poſito in tertio libro,ſub Rubrica de pœna Officialium ſe abſentantium &c. Et omnia hęc ſcribi debeant per noſtrum Cancellarium in electione cuiuslibet medici,qui ſalariatus fuerit per Commune. Volumus etiam, quod omnes medici morãtes in Ciuitate Racaneti teneãtur,& debeãt monere,& pręcipere omnibus, quos hẽnt in cura,quod ipſi debeant ſe confiteri ſacerdoti,& recipere ſacramenta Eccleſię,infra ſecundam vicem,qua medicus iuerit ad infirmum;& ſi poſt dictam monitionẽ, & præceptũ,dictus infirmus nõ fecerit, vt habuit in mãdatis à dicto medico,quod dictus medicus non debeat vlterius ad dictum infirmum accedere,nec ipſum iuuare palàm,vel occulte,pœna, & banno decem librarum. Qui medicus teneatur, & debeat iurare; & ſacramentum ſibi præſtetur de non habendo partem in aliqua ſtatione ſpeciarię,ſeu cũm aliquo ſpeciale, nec participare cũ ipſis ſpecialibus in aliquo publicè,vel priuatim, per ſe,vel per alium, ſeu per aliam interpoſitam perſonam aliquo colore quęſito.

De electione, & officio Capitanei Caſtri Montisflorum. Rubr. LVI.

QVIA debitũ eſt, Caſtellanis, & alijs, quibus alicuius Caſtri cuſtodia eſt conceſſa, debere cõtinuè in Caſtris ſibi cõceſſis,perſonaliter intereſſe; Statuimus,& ordinamus,quod Capitanei Caſtri Montisflorum per Commune deputati,& deputandi, teneãtur, & debeant ire perſonaliter ad dictum Caſtrum cum famulo ſufficiẽte, vel pluribus, ſi ei cõcedetur per Commune; & non poſſit eiſdem per Priores ad micti aliquis in cõtracãbium, niſi habita,& obtenta licentia in Conſilio vigintiquatuor ad buſſulas,& pallu ctas per duas partes ipſorum Conſiliariorũ,vnà cum Dominis Prioribus Populi,& niſi in caſu abſentię, vel infirmitatis; quo caſu poſſint ad ſenſum Dominorum Priorum alij idonei poni, prout diximus in ſtatuto poſito,ſub Rubrica de electione Capitaneorum,& Notariorũ Caſtri Portus. Et ſi ipſi Capitanei,ſeu Capitaneus,aut familias ipſorum,

non interfuerit requiſitioni fiendę per Priores, ſeu alium Officialem, ſoluat pro qualibet vice, & pro quolibet ipſorum quadraginta ſolid. de eorũ ſalario, de facto per Rationatores auferendos, & retinẽdos. Et nihilominus omnes habitantes in dicto Caſtro teneantur, & debeant obedire dicto Capitaneo in mandatis licitis. Et dictus Capitaneus poſſit imponere pęnam viginti ſolidorum, & eos exigere, & conſignari facere Maſſario Communis. Et teneatur dictus Capitaneus in fine ſui officij conſignare inuentarium de rebus Communis ad eius manus peruentis, & non audeat recedere de dicto Caſtro aliqua de cauſa, ſine licentia Priorum ſigillata ſigillo Communis, ad pęnam centum ſolidor. pro qualibet vice. Volumus etiam, quod nullus Priorum poſſit admictere contracambium, ſine dicta licentia obtenta vt ſupra, & ſi fieret, ſeu admicteretur alio modo, non valeat. Et ſit pęna cuilibet Priorum admictenti aliter contracambium centum ſolidorum pro qualibet vice, de facto per Rationatores auferenda. Inſuper Domini Priores, qui erunt per tempora, ſingulis menſibus duabus vicibus adminus, teneãtur mictere vnum ex Officialibus ſuis, ad requirendum, & monſtram, requiſitionem faciendum de dicto Capitaneo, & eius famulo; & ſi dicti Priores fuerint negligentes in prædictis, incidãt in pęna centum ſolidorum pro qualibet vice, & quolibet ipſorum per eorum Scindicatores auferendam. Et eandem monſtram ſimili modo fieri faciant de Capitaneo, & Notario, ac famulo Caſtri Portus, & de cuſtodibus Turris Aſpiæ ad dictam pęnam.

De electione Iudicis appellationum. Rubr. LVII.

STATVIMVS, & ordinamus pro euidenti comodo, & vtilitate dicti Communis, & Populi Ciuitatis Racaneti, & vt iura, bona, & ſtatuta, iuriſdictiones, & libertates ipſius Communis Populi conſeruentur illeſa, & de bono in melius augeãtur, & a nemine valeant defraudari; quod eligatur, & eligi debeat vnus bonus, & ſapiens homo iuris peritus forenſis, qui vocetur nomine Iudex appellationis ipſius Communis, & Populi Ciuitatis Racaneti: Eligendus, & nominandus per Priores Populi, vnà cum Conſilio vigintiquatuor, & Antianorum. Et facto, &

obtẽtó partito inter ipſos Priores,& Cõſiliarios xxiv. & Antianos Cõ muniter eligendus, vel per maiorem partem ipſorum ad buſſulas, & palluctas, dummodo dictus Iudex non ſit, nec eſſe poſſit de Prouincia Marchiæ, nec de terris rebellibus Eccleſiæ. Qui Iudex ſic electus ſecũ ducere teneatur,& habere debeat continuè ad dictum officium appellationum exercendum in noſtra Ciuitate, vnum bonum, & ſufficientẽ Notarium, tres famulos armigeros,& vnum equum. Qui Notarius teneatur,& debeat ſub pena centum ſolid. den. pro qualibet vice, qua contrafecerit, omnes ſcripturas ad officium appellationis pertinẽtes, & ſpectãtes, ſcribere,& regiſtrare, tàm pro Commune, quàm ſpeciali bus perſonis abſq; aliquo ſalario, vel mercede recipienda à Commune, vel ſpecialibus perſonis, cũ ſalario dicti Iudicis pro ſe, & dictis Officialibus,& famulis,& pro equo, deputãdo per Dominos Priores Populi, Antianos,& vigintiquatuor, vel maiorẽ partẽ ipſorum ad buſſulas,& palluctas obtẽto; ſoluendo eidem Iudici pro rata quolibet menſe de pecunia, & ere dicti Communis. Saluo quod in vltimis duobus menſibus dicto Iudici ſalarium non ſoluatur, ſed teneatur dictum ſalarium apud Maſſarium Communis, donec de dicto Iudice, & ſuis Officialibus, & familia fiet per ſuos Scindicatores abſolutio, vel condemnatio. Et quod officium dicti Iudicis ſit, & eſſe debeat officium appellationis tantum; & eius officium duret, & durare debeat ſex menſibus tantum, & non plus. Teneatur etiam dictus Iudex dare, & preſta te Prioribus Populi oẽ vtile, & ſalubre Cõſilium petendum per ipſos Priores, quod ſibi videbitur pro vtilitate dicti Coĩs, ſine aliquo ſalario percipiẽdo à dicto Coĩ, vel ſpecialibus perſonis noĩe dicti Coĩs. Et ẽt teneatur oẽs ambaxiatas ſibi ĩponẽdas, & cõmictendas per dictos Dominos Priores Populi bene, & legaliter facere, prout ipſis Prioribus videbitur expedire. Qui Iudex hẽat auctoritatẽ,& baylıã pęnas,& bãna ĩponere vſq; ad quãtitẽ centum ſol. & eius Notarius vſq; ad quãtitatẽ xx. ſol. den. & nõ plus. Et quod dictus Iudex teneatur venire ad Ciuitatẽ Racaneti cũ dictis Notario,& familiaribus, & equo, oĩ ſuo riſico, periculo,& fortuna tã diuino, quã humano Iudicio, una die ante introytũ ſui officij,& finito ſuo officio ad Scindicatũ ad rationẽ reddẽdã de geſtis,& adminiſtratis per ipſum,& ſuos Notarium, & famliares, perſonaliter ſtare coram dictis Scindicatoribus per dictos Priores Populi eligẽdis, duobus diebus continuis, ſi ei, vel eius Officiali, &

fami-

familiaribus aliqua petitio data non fuerit, ſcilicet ſi dabitur ſibi, vel alicui ipſorum, prout dictum eſt aliqua petitio ſtare debeat quatuor diebus continuis, infra quos quatuor dies ſi data fuerit, & duos dies ſi data non fuerit petitio, teneantur, & debeant dicti Sindicatores eligendi dare, & ferre ſententiam abſolutionis, vel condemnationis. Volumus etiam, quod dictus Iudex ſemper teneatur pro ſe, & eius Officiale, & familiaribus de omnibus geſtis, & adminiſtratis per eos in dicto officio, cuius Iudicis electionem fiendam in futurum ſemper volumus, & fieri mandamus.

In quibus caſibus non liceat appellare, & quod ſponte confeſſus non audiatur. Rubr. L V I I I.

FRVSTATORIAS, & cauilloſas appellationes, quæ quotidie à ſententijs interlocutorijs, præceptis, & alijs actibus noſtrorũ Officialiũ ſępiſſimè interponũtur, propter quod Ciues, & hĩtatores noſtrę Ciuitatis à ſuis negotijs, & operibus cum maxima moleſtia, & damno abſtrahuntur; quod ẽt in non modicum redundat opprobrium, & vilipendium dictorũ Officialium nullatenus executionẽ facere valentium reſecare, & quantum nobis eſt poſſibile tollere cupientes; præſenti firmamus edicto, quod nullus cuiuſcunq; cõditionis, vel ſtatus exiſtat, audeat, vel præſumat ante diffinitiuã ſententiam à quocunq; actu, ſiue à quacunq; interlocutoria, vel grauamine in iudicio, vel extra modo aliquo appellare, aut vocẽ appellationis emictere. Et ſi appellauerit non audiatur per aliquem noſtrum Officialem, nec executio contra eum modo aliquo retardetur, niſi per talem actum, vel interlocutoriam eſſet illatum tale grauamen, quod non poſſet per appellationẽ à diffinitiua ſententia reparari. Et quia indignũ eſſe videtur, vt quod quiſq; voce ſuá dilucidè confeſſus eſt, id poſteá per appellationẽ conetur infringere; ſtatuimus, & ordinamus, quod nullus, qui debitũ aliquod ſpótè in iudicio, vel coram noſtris Officialibus confeſſus fuerit, audeat, vel prſumat modo aliquó appellare, & ſi appellauerit Iudex ad quem nullatenus eum ad mictat; & Iudex à quo contra talem appellantem debitam executionem facere non retardet.

De

De pęna innouantis poſt appellationem. Rubr. L I X.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod interpoſita appellatione, ſeu emiſſa voce appellationis ab aliqua ſentētia, ſeu actu alio, à qua ſeu à quo appellari poſſit ex forma iuris Ciuilis, vel ſtatutorum Ciuitatis Racaneti per Officiales a quibus eſſet appellatum, vel etiam per partem contra quam eſſet appellatum, non poſſit, nec debeat innouari pęna quadraginta librarum denariorum noſtro Communi perſoluenda, pro quolibet, & qualibet vice.

FINIS PRIMI LIBRI.

RVBRICAE SECVNDI LIBRI SVPER CAVSIS CIVILIBVS.

De modo, & forma procedendi ſuper queſtionibus a xl. *ſol. infra. Rubr.* 1.
De queſtionibus ſacramento delato a parte parti decidendis, & de ſacramenti reprobatione Rubr. *Rubr.* 2.
Qualiter contumacia incuſetur, & de pœna contumacis, & executione ſententiæ diffinitiuæ, & interlocutorie. *Rubr.* 3.
De capitibus ſolidorum, & qualiter ſolui debeant. *Rubr.* 4.
De ſummaria cognitione cauſarum ciuilium, & Conſilijs dandis in cauſa. R. 5.
Quod aduocati, vel procuratores non poſſint comparere pro alio ante litem conteſtatã, nec poſſint intrare palatiũ Poteſtatis niſi hora Iuris reddẽdi. R. 6.
Quibus diebus Iudex ad ciuilia deputatus dẽat ſe abſtinere à iure reddẽdo. R. 7.
Infra quantum tempus ciuilis cauſa ordinaria debeat terminari, & quod nulla exceptio impediat litis ingreſſum. *Rubr.* 8.
De officio Notariorum ciuilium, & criminalium cauſarum. *Rubr.* 9.
De diſtributione Procuratorum, & Aduocatorum, & de pena Procuratorum non acceptantium procurationem. *Rubr.* 10.
Quod nullus ratione obligationis in alio loco facte niſi ſit noſter ciuis in noſtra iuriſdictione valeat conueniri. *Rubr.* 11.
Quod Iudices, & Notarij Poteſtatis veniant ad banchum hora competenti. *Rubr.* 12.
De exceptionibus opponendis in ciuilibus cauſis. *Rubr.* 13.
De pena illius, qui negauerit ſcripturam nõ eſſe ſcriptam manu propria defuncti cuius eſt hares, & probatum fuerit contra eum. *Rubr.* 14.
De executione perſonaliter facienda ſuper Inſtrumentis Guarantitie. Rub. 15.
Quod in cauſa ciuili nullus audeat opponendo negare filiationem, paternitatem, & matrimonium. *Rubr.* 16.
Quor debitor Communis non audiatur in aliquo ſuo, iure niſi primò ſatisfecerit Communi. *Rubr.* 17.
Quod victus, ſeu condemnatus ante ſolutionem non reconueniat actorem. *Rubr.* 18.
De Reo perſonaliter capiendo, & detinendo ad petitionem creditoris producentis publicum inſtrumentum. *Rubr.* 19.

De

De libro Iuſtitiæ. Rubr. 20.
Quod in pręcepto fiat mentio de Inſtrumento, & e contra. Rubr. 21.
De creditore qui tacitus ſtetit de ſuo debito per quindecim annos. Rubr. 22.
De ſequeſtratione in iudicio ante ſententiam non facienda, niſi cõtra forenſem, & non ſubiectum noſtri Communis. Rubr. 23.
Quod prius conueniatur principalis, quã fideiuſſor. Rubr. 24.
De pluribus debitoribus ſe inſolidum obligantibus. Rubr. 25.
De re Communi diuidenda. Rubr. 26.
Si quęſtio fuerit de terminis, & ſinaitis. Rubr. 27.
De tenuta portanda ad domum creditoris. Rubr. 28.
Quod nulla quęſtio in Poteſtatẽ, vel aliũ Officialẽ valeat cõpromitti. R. 29.
Quod laudũ arbitratio, & arbitriũ ſummarie executioni mãdentur. Rub. 30.
De quęſtionibus Mercatorum per Conſules decidendis. Rubr. 31.
Quod ſtetur quaterno Mercatoris vſq; ad quantitatem viginti ſolid. & ſacramento ipſius, & quod mercator cogatur edere quaternum. Rubr. 32.
Quod nulla Mulier bonę famę cogatur intrare palatium Communis, vel alium locum pro teſtimonio ferendo. Rubr. 33.

Incipiunt Rubricę ſecũde partis ij. libri de cõtractib. & obligationib.

De officio Notariorum non Officialium. Rubr. 34.
De protocollis Notarij mortui ad publicandum alij Notario cõmittẽdis. R. 35.
Qui debeant eſſe tutores pupillorum. Rubr. 36.
De contractibus in Iudicijs per minores agitatis. Rubr. 37.
De curatore prodigi, ſeu Furioſi. Rubr. 38.
De ratione reddenda a tutoribus, & curatoribus. Rubr. 39.
De curatore bonis dando. Rubr. 40.
De contractibus in quibus interueniunt arre. Rubr. 41.
Quod venditor cogatur poſſeſſionem rei venditę emptori dimittere. Rub. 42.
De re mobili publicè empta. Rubr. 43.
Quod venditor bobum aratorũ teneatur de morbo, & vitio quod hẽrẽt. 44.
De contractu venditionis ſimulatę ſuper pignore dato conceptę. Rubr. 45.
De Inſtrumentis donationũ inter viuos corã Priorib. Pop. notificãdis. R. 46.
Apud quem deponi debeat pecunia ex contractu debita. Rubr. 47.
Quod filius emancipatus cogatur debitum patris ſoluere ante emancipationem contractum. Rubr. 48.

De

De Naulo, & penſione domus. Rubr. 49.
De pluribus habitantibus in vna domo. Rubr. 50.
De contractu inter dominum, & pactualem. Rubr. 51.
De inſtrumento dotali facto durante matrimonio. Rubr. 52.
De promiſſionibus, cautionibus, conceſſionibus, ſiue confeſſionibus dotis caſu quo matrimonium conſumatum non fuerit. Rubr. 53.
De Re dotali voluntate mulieris alienata. Rubr. 54.
De filijs, & filiabus in ſimul remanentibus patre defuncto ab inteſtato. Rubr. 55.
De certa parte dotis apud uirum remanenda per mortem mulieris ſine filijs, matrimonio diſſoluto. Rubr. 56.

Incipit tertia particula huius ſecundi libri de ſucceſſionibus ex teſtamento, vel ab inteſtato decedentium.

De ſucceſſione, vel legato ex teſtamento proueniente. Rubr. 57.
De ſucceſſione ab inteſtato. Rubr. 58.
Quod Filię dotatę ſint cōtentę dotę ſua, & ad bona paterna non poſſint habere regreßum. Rubr. 59.
De mulieribus ad ſecundas nuptias tranſeuntibus, vel aliter luxuriantibus. Rubr. 60.
De ſucceſſione matris remanentis poſt mortẽ filiorum. Rubr. 61.
Quod gradus conſanguinitatis, & affinitatis numeretur ſecundum ius Canonicum. Rubr. 62.
Quod illi qui poſſediſſent in pręteritum aliquam rem immobilem per quindecim annos, ſuper ipſa moleſtari non poſſit. Rubr. 63.
De pręſcriptione rei immobilis pacificè per tempus xv. annorum poßeſſę. Rubr. 64.
De pręſcriptione exceptionis non numeratę dotis. Rubr. 65.
De queſtionibus ortis, & oriundis inter conſanguineos, & affines. Rubr. 66.

FINIS.

Gabri[illegible]

[illegible]

Jiménes

SECVNDVS LIBER SVPER CAVSIS CIVILIBVS.

Rubrica de modo, & forma procedendi ſuper quęſtionibus Cauſarum Ciuilium a xl. ſolid. infra. Rubr. I.

SVPER quęſtionibus quadraginta ſolidorum, & infra de quibuſcunque pecunia, ſiue rebus dictam quantitatem non excedentibus, Iudex ſummariè, ſine figura, & ſtrepitu Iudicij cognoſcendo procedat, & de facto, ſine aliqua ſolemnitate ex dicto vnius teſtis. Quo teſte deficiente ſacramentum alteri parti legaliori deferat, & ita pronumptiando ſecundum ſacramentum pręſtitum finem imponat, cauſis prædictis.

De quęſtionibus ſacramento delato à parte parti decidendis, & de ſacramenti reprobatione. Rubr. I I.

ACTOR agens contra aliquem, ſeu debitum petens cuiuſcunque quantitatis rerum, vel ſummę, de qua voluerit ſtare ſacramento rei conuenti, conuentus iurare teneatur, vel ipſi actori ſacramentum referre; quod ſi recuſaret, pro confeſſo habeatur. Idem dicimus de ipſo reo volente ſtare ſacramento actoris, quod ipſe actor iurare, vel referre teneatur, quod recuſans ius ſui debiti perdat. Si verò ſacramentum delatum fuerit à parte parti in cauſis ciuilibus, de qua cunque quantitate pęcunię extiterit, poſſit ſacramentum reprobari, ſi negatum fuerit; & ſi legitimè reprobatum fuerit per duos teſtes fide dignos ad minus, vel per inſtrumentum publicum; pars ſuccumbens, ipſo facto ſine aliqua ſolemnitate ſeruanda, per Poteſtatem Ciuitatis Racaneti, vel ſuos Officiales in centum ſolid. condemnetur Commu-

ni, & ad ſoluendum parti petenti quantitatem petitam ſine aliqua re-
miſſione, cum refectione expenſarum per dictum Dominum Pote-
ſtatem, & eius Officiales talis ſuccumbens, & reprobatus debeat
condemnari, & cogi. Et idem dicimus ſi pars contra quam petetur ali-
qua quantitas pecunię voluerit referre ſacramentum actori, & actor
negauerit, qui actor iurare teneatur, & deinde ſacramentum legitimè
vt ſupradictum eſt, per duos teſtes fide dignos ad minus, vel inſtrumē-
tum publicum eidem actori fuerit reprobatum, Idem actor ſic legiti-
mè reprobatus, per Dominum Poteſtatem, & eius Officiales, ſimili pę
na plectatur. Et ſi talis reprobatus fuerit, de aliqua fraternitate in di
cta Ciuitate, quod Priores fraternitatis, qui pro tempore fuerint ip-
ſum, vel ipſos taliter delinquentes in prædictis, & ſic reprobatos radi
faciant, & caſſari de dicta fraternitate ſub pęna ipſis Prioribus frater-
nitatis vigintiquinque librarum denariorum, ſoluendorum Commu-
ni Racaneti; quę locum habere nolumus in cauſis Iudeorum, & vſura-
riorum manifeſtorum, qui intelligantur ſecundum formam ſtatutum.

Qualiter contumacia incuſetur, & de pęna contumacis, & executione ſenten-tię diffinitiuę, & interlocutorię. Rubr. III.

CONTVMACIAM partis vocatę ad iudicium,
contra quam vt contumacē per Iudicem procedi
petitur in queſtionibus excedentibus quantitatem
quadraginta ſolid. per duas citationes factas diuer
ſis diebus, & de ſerò tantum pro mane ſequenti cū
commiſſione Iudicis, vel ſine, & non aliter induci
volumus. Quibus citationibus factis, vt ſupra, & partis citatę binis
contumacijs incuſatis ad poſtulationem actoris contra partem, ſic con
tumacem in termino ſecundę contumacię, ſeu citationis per Iudicem
procedi poſſit, recipiendo capita ſolidorum, & pronunciando, ac te-
nutam capi faciendo, ſaluo ſibi iure contumaciam purgandi, infra ter-
minum triginta dierum, computandū, à die datę, & captę tenutę, à qua
draginta ſolid. ſupra; ab inde infra poſſit contumax purgare contu-
maciā infra decem dies, à die captę, & datę, tenutę, reficiendo ſemper
contumacem actori capita ſolid. quę ſoluerit, & denarios pro baiulis,
& ſcripturis tantum. Contumax verò volens ſuam contumaciam pur-

gare,

gare, ante reſtitutas integraliter expenſas nullatenus audiatur. Ille verò, cui non inuenitur tenuta, poſſit in maiori ſumma quadraginta ſol. contumaciam purgare infra triginta dies: dum modò terminus purgãdi contumaciam incipiatur, & pro incepto habeatur dicto tali, cui nõ inueniretur tenuta, à die relationis fiendę per baiulum Communis Iudici Communis Racaneti, qui pro tempore fuerit in Ciuitate Racaneti ad iura reddendum, quod non inuenit tenutam. Elapſis verò triginta diebus à die dictę relationis fiendę per bayulum, dictus contumax non poſſit contumaciam purgare. In cauſis verò minoris quantitatis xl. ſol. ſufficiat vna citatio de ſero facta pro die ſequenti, ad contumaciam inducendam, vt ex ipſa citatione, ad petitionem partis comparẽtis contra contumacem procedi poſſit ad receptionem capitum ſolidorum, & tenutę dationem. Saluo ſibi iure recolligendi tenutam infra terminum a Iudice ſtatutum. Elapſo quidem termino triginta dierũ, vel arbitrio Iudicis conſtituto, actor requiri faciat ſuum debitorem, contra quem fuit ſibi data tenuta, vna citatione in minori quantitate. In maiori duabus, modo prædicto factis, vt veniat ad recolligendum tenutam. Contumace verò recolligere deſiſtente, Iudex actori licentiã tribuat, ſine aliquo bannimento, in minori ſumma vendendi, ſeu adiudicandi dictam tenutam, vel contra reum contumacem procedatur per Iudicem ad petitionem actoris ad recolligendum tenutam, & quicquid factum, & proceſſum fuerit, valeat, & teneat, quemadmodum eſſet bandita. In maiori verò tribus ſubaſtationibus factis in locis publicis, & diuerſis diebus, vt plus offerenti detur. In qua venditione Iudex teneatur ſuum interponere decretum. Et pecunia inde percepta creditori vſq; ad ſummam ſui debiti aſſignetur, ſuperfluum creditori reſtituatur, & ſi ad debitũ non ſufficeret cum expenſis, per Iudicem taſſandis, de alijs bonis debitoris ſuppleatur ſi verò vendi non poſſet; tenuta, in ſolutum creditori detur, facta primo extimatione per duos legales homines ad petitionem creditoris facientis citari contumacem ad ponendum extimatores ſuper dicta tenuta, ſed ſi pars citata compareret vnum per ſe ponat, alterum creditor. Si verò non compareret, Iudex extimatores ponat, faciendo ſuperfluum reſtitui, ſi extimatio ſummam excederet debiti, & expenſarum. Si minor eſſet debito de alijs bonis debitoris ſuppleri faciat creditori. Quæ omnia locum habere volumus non ſolum in tenutis per contumaciam datis, ſed etiam indif

finitiuis ſententijs exequendis. Quod ſi de bonis contumacis non reperiretur tantum, quod ſufficeret ad debitum, quod peteretur, debitor capi, & detineri poſſit, & debeat, aut in banno poni ad petitionem petentis, quod bannum pro vera condemnatione habeatur, ſoluenda cõmuni, debiti obligatione in ſua cauſa manente. Si verò actor in termino citationis non comparuerit, vel etiam procurator comparente reo, vel ſuo procuratore, & contumaciam actoris incuſante, & refectionem expenſarum petente, Iudex ipſum licentiare teneatur, & partem contumacem in duodecim denarijs pro expenſis ipſi reo condemnare, nec ante in queſtione procedere debeat, donec eidem reo dicta pecunia pro expenſis fuerit ab actore integrè ſoluta. Et ne ratione ſolemnitatis, vel ſubſtantialitatis, quæ partem ledere modicum poteſt ſi omictatur, proceſſus irritetur, ſtatuere decreuimus, quod quęlibet citatio, quæ facta fuerit per baiulum Communis ſine commiſſione aliqua ad cuiuſcunq; petitionẽ in ciuilibus, criminalibus, meris, vel miſtis, damnis datis, & extraordinarijs quibuſcunque, valeat, & teneat, & pro legitima, & legitimè facta, ſit, & habeatur, tanquam ſi commiſſio legitimè præceſſiſſet: dummodo de ipſa citatione conſtet per relationem bayuli Communis citandi facultatem habentis.

De capitibus ſolidorum, & qualiter ſolui debeant. *Rubr.* *IIII.*

Si quis confeſſus fuerit debitum ante litis conteſtationẽ per debitorẽ capita ſolidorũ de ipſo debito non ſoluantur, ſed præceptum fiat debitori per Iudicem ad petitionem creditoris, de ſoluendo debitum petitum actori infra quindecim dies, ſi quęſtio excedat ſummam quadraginta ſolidor. ab inde infra ſtatuatur terminus arbitrio Iudicis, & in ipſo præcepto ſemper fiat mentio inſtrumenti debiti, ſi inſtrumentum inde appareret. Si verò quęſtio fuiſſet deciſa per ſacramentũ, pars ſuccumbẽs teneatur ſoluere capita ſolidorũ ſcilicet duodecim denarios pro qualibet libra. Si autem in cauſa fuerit lis conteſtata, in ipſa conteſtatione vtraque pars ſex denarios pro libra pro capitibus ſolidorum ſoluat. Si verò in cauſa non fuerit lis conteſtata, in

ipſa

ipſa prolatione ſententię capita ſolidorum ſoluantur ab vtraq; parte præſente, vel ab altera parte præſente, & petente ſententiam ferri. Ita quod nullo modo ſententia ferri poſſit, niſi capitibus ſolidorum ſolutis. Idem volumus obſeruari de capitibus ſolidorum ſoluendis in executione præceptorum, inſtrumentorum, pronumptiationum Iudicũ, vel arbitrorum, ſi de ipſis debitis, & quantitatibus in primo iudicio non eſſent capita ſol. ſoluta Communi, & idem obſeruetur in licentia obtenta de immictendo poſſeſſionem alicuius rei immobilis, quæ capita ſolidorũ victus victori, ſi præſens fuerit, ante quam de palatio recedar reſtituat. Iudex autem teneatur ipſa capita ſolidorum in trocchum Communis mictere, & in ſuo quaterno ſcribere. Et ipſe trocchus aperiatur in fine cuiuslibet menſis in præſentia Priorum, qui ſi reperiretur fractus, ſiue ruptus, Poteſtas ſoluat pro pena vigintiquinque lib. den. quæ deueniant in Communi.

De ſummaria cognitione cauſarum ciuilium, & Conſilijs dandis in cauſa. Rubr. V.

PRO euidenti vtilitate noſtri Communis, ſtatuimus, & ordinamus, quòd Dominus Poteſtas, ſeu eius Iudex, qui pro tempore fuerit ad ius reddendum in Ciuitate Racaneti, in cauſis ciuilibus, & in ipſis cauſis, quęſtionibus, & negotijs, quę contra eo verterentur, & verti poſſent, & quæ per ipſum cognoſcerētur, habeat arbitrium, facultatē, & bayliam, & liberam poteſtatem cognoſcendi, procedendi, diffiniēdi, terminandi, & ſententiandi ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, cum petitione, & ſine, & ſufficiat ſi oretenus aliquod petatur ab aliquo, dummodò ponatur, & ſcribatur per Notarium in actis, & ipſe Dominus Poteſtas, vel eius Iudex, auditis, intellectis, & examinatis partibus, & iuribus ipſarum, & dato termino ad probandum arbitrio Iudicis, ſtatuendo parti, quæ petierit; elapſo dicto termino, prout de iure videbitur expedire, decidat, terminet, & diffiniat ipſam queſtionem, ita quod ipſe Poteſtas, vel Iudex habeat arbitrium in procedendo plenum, & pleniſſimum, dummodò facultas probationis, volenti probare non auferatur, ſed competens dilatio arbitrio Iu

dicis ſtatuatur ad probandum parti, quę petierit de iure, & de facto ſed ſi ſummariè, vt dictum eſt, ſe habuerit Iudex in procedendo, ipſam quęſtionē infra xx. dies vtiles, a die incepti proceſſus, ſeu quę ambe partes fuerint coram eo, debeat terminare. Et ſi dictus Dñs Poteſtas, ſeu Iudex quęſtionem, & cām, ſeu litem non deciſerit, terminauerit, vel diffinierit infra dictū tempus, & per ipſas partes nō ſteterit, ſit pęna ipſi Poteſtati, vel Iudici pro qualibet cauſa, vel quęſtione, quam non terminauerit, diffinierit, ſeu deciſerit, & reperiatur non deciſa, & terminata, auferatur, ipſi Poteſtati, vel Iudici de ſuo ſalario per Scindicatores dicti Coīs de facto, ſine remiſſione aliqua x. lib. den. paruorum in dicta Ciuitate currentium. Et ſimilem pęnā incurrat pars, propter quam ſteterit, quin dicta cauſa non expediatur infra dictum terminum. Quam pęnam Poteſtas, & Iudex, qui de cauſa cognoſceret de facto ſolui faciat, & ſi fuerint negligentes in exigendo dictam pęnam pro noſtro Coī, de ſuo ſalario per eorū Scindicatores debeat retineri. Et per hoc nòn intendimus derogare alicui ſtatuto præcedenti, vel ſequenti hanc conſtitutionem noſtram, quod ſtatutum tenderet ad celeriorem expenditionem, & magis ſummariam, vel talem alicuius cauſę tàm ciuilis, quàm criminalis, ſed in ſuo robore, & firmitate perduret. Statuimus præterea, quod Iudices Poteſtatis ſuper litibus, & quęſtionibus coram eis motis, & quęſtionibus coram eis vertētibus, determinent ſuo Conſilio, nec de quęſtionibus xl. ſol. vel minus audeant ad petitionem alicuius partis Conſultorem aſſumere, ſed ipſi per ſè diffiniant. In quęſtionibus verò excedentibus ſummam quadraginta ſol. in quibus cum litis conteſtatione proceditur, duabus vicibus in tota cauſa, Conſilium ſapiētis peti, & per Iudicem dari poſſit, & non plus. Videlicet vna ante litis conteſtationem, & altera poſt litis conteſtationem, in qua ſine litis cōteſtatione procedere excedentibus dictam ſūmam, ſemel tantum in tota cauſa, & non amplius, peti, & per Iudicem dari poſſit. Si autem amplius in quolibet ſupraſcriptorum caſuum petitum, vel datum fuerit petitio, & datio non valeat ipſo iure. Sed Iudex dans ipſo facto pęnam centum ſol. incurrat. Dxmmodo Iudex primo pronunciet.

Quod

Quod Aduocati, vel procuratores non poſſint comparere pro alio ante litem conteſtatā, nec intrare palatium Poteſtatis, niſi hora iuris reddendi. Rubr. VI.

QVIA ſępè contingit, quod lites, & quęſtiones protrahuntur, & retardantur propter cauillationes, & aſtutias procuratorum, & aduocatorum alieno nomine interueniẽtium, tàm in terminis, & dilationibus per eoſdem petitis ad eorum mandata producendum, & contra ipſa opponendum, & replicandum, quàm etiam in terminis, & dilationibus, ſucceſſiuè petitis ad accipiendum copiam petitionis, & opponendum, & replicandum contra, nec non eorum iniquis & damnandis perſuaſionibus, & monitionibus, partes etiam in iudicio ſępę aſtantes, coram Poteſtate, & eius Officialibus recuſant veritatem fideliter explicare. Et maximè rei, ſeu debitores aſtutijs eorundem procuratorum confidentes nolunt in iudicio per ſe ipſos perſonaliter reſpondere. Cupientes in quantum poſſumus huic Cõmuni morbo ſalubriter prouidere, hac præſenti lege diſponimus, & ordinamus, quod nullus procurator, vel aduocatus, ſeu officium aduocationis, ſeu procurationis exercens audeat, vel præſumat quoq; colore quęſito, nomine alieno intercedere, vel reſpondere in iudicio, vel in palatio reſidentię Domini Poteſtatis petendo, vel negando, vel alium actum iudiciarium faciendo, ante quam lis à principalibus partibus ſit cõteſtata, habita per aſſertionem actoris, & negationem rei, pęna decem librarum pro quolibet, & qualibet vice, qua contra fecerint in prędictis de facto eis auferenda per Poteſtatem, & eius Officiales. Nec etiam Poteſtas, & eius Officiales dictos procuratores, & aduocatos contra prędicta intercedentes, niſi confiteri vellent, & in ſe præceptum de ſoluendo recipere ſimpliciter ſine aliqua conditione, vllo mō audire debeāt, ſub prędicta pęna, & vinculo ſacramenti, Officiali eos audienti, ante dictum tempus litis conteſtationis, vel pro conteſtata habitę, per eius Scindicatores auferenda. Sed teneantur Poteſtas, Iudex, & eius Officiales facere comparere principales perſonaliter coram ſe, & ſe bene ĩformare de veritate cauſę, & perquirere veritatē a partib. in qn̄tū ē eis poſſibile, & ipſos ad concordiam reducere. Quod ſi propter importu-

nitatem, & proteruitatem partium, dicti Poteſtas, & eius Officiales; nequeant dictas partes concordare, tunc faciant redigi in actis petitiones, & reſponſiones partium. Et Officialis, coram quo eſt quęſtio ſtatuat terminum condecentem parti, vel partibus, cui, vel quibus incũbit probatio ad probandum de iuribus ſuis; quo termino aſſignato, ab inde in antea poſſint dicti procuratores, & aduocati pro libito voluntatis intercedere, & reſpondere nomine alieno, ad omnes, & ſingulos actus Iuridicos, faciẽdos, prout ordo iuris poſtulat, & requirit, dummodò officialis coram quo vertitur dicta cauſa, eam terminare, & finire debeat infra tempus, per formam noſtrorum ſtatutorum aſſignatum. Prædicta tamen locum habere nolumus in cauſis Eccleſiarum, pupillorum, & viduarum, vel in caſu abſentię, ſeu infirmitatis alicuius partiũ, vel alterius cauſę, quæ videbitur iuſta, & legitima Iudici, ipſos nomine alieno admictendi, quibus caſibus poſſint, & valeant intercedere, vel reſpondere nomine alieno, ante, & poſt litis conteſtationes, ſecundum formam iuris, & noſtrorum ſtatutorum. Non poſſint inſuper prædicti procuratores, & aduocati intrare palatium reſidentię dicti Domini Poteſtatis, ad patrocinãdum, & ad vocandum, niſi tempore, quo Poteſtas, & eius Officiales iura reddunt ad banchum ſedentes, & niſi termino, & hora eis aſſignatis per Iudicem ad allegandum, vel quãdo Poteſtas, & eius Officiales coram ſe eos comparere mandarent. Et hoc ſub pęna, & banno decem librarum cuilibet contrafacienti, & vice qualibet de facto auferenda per Dominum Poteſtatẽ, & eius curiã.

Quibus diebus Iudex ad ciuilia deputatus debeat ſe abſtinere a iure reddendo. Rubr. VII.

OMNES dies iubemus eſſe iuridicos, quibus Iudex ciuilium cauſarum iura reddere teneatur, & ad banchum ſtare ſecundum eorum officium vinculo ſacramenti, exceptis diebus infra ſcriptis, qui inferius notantur, ſcilicet Sanctis diebus Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti: cũ quatuor præcedentibus, & ſeptem ſequentibus pentecoſtes die ſolẽnitatis corporis, & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Beati Stephani, Sancti Ioannis Euangeliſtę, Innocentium, Sancti Silueſtri,

noſtri, Circuncifionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, Epiphanię, Sancti Antoni Abbatis, Fabiani, Sebaſtiani, Conuerſionis ſancti Pauli Apoſtoli, Purificationis Virginis Marię, Beati Blaxij martiris, Agathę Virginis, Cathedrę ſancti Petri Apoſtoli, Omnium Apoſtolorum, & Euãgeliſtarum, Doctorum Eccleſię. Videlicet ſancti Gregorij, Auguſtini, Ambroſij, Hieronimi. Et omnium feſtiuitatum Virginis Marię, Benedicti Abbatis, Georgij martiris, Sancti Petri martiris, Inuentionis ſanctę Crucis, Beati Venantij martiris, Apparitionis Beati Michaelis Archangeli, Sancti Viti, Natiuitatis, Beati Ioannis Baptiſtę, Beatæ Margaritę, Sanctæ Mariæ Magdalenæ, Vinculę ſancti Petri Apoſtoli, Sancti Dominici confeſſoris, Sãcti Laurentij, Decollationis Sancti Ioannis Baptiſtę, Beati Nicolę de Tolentino, Exaltationis ſanctę Crucis, Dedicationis Beati Michaelis Archangeli, Sancti Franciſci, Memorię omnium Sanctorum, Sanctę Catharinę, Sancti Martini, Sancti Claudij, Aſcenſionis Domini, Beati Flauiani, Sancti Nicolai, Sanctæ Luciæ, & omnibus ſanctis diebus dominicis. Et quando contingerit fieri exercitium generale per totam Ciuitatem, vel partem, ſcilicet pro aliquo quarterio ad petitionem Rectoris Marchiæ, vel noſtri Communis, hoc eſt, quòd ordinentur oẽs de Ciuitate, vel oẽs de quarterio vno, vel pluribus ĩ exercitium ire, & etiã tempore feriato ratione, Meſſium, & vendimiarum ſecundum ordinationem, & deliberationem Cõſilij generalis. Quibus feſtiuitatibus omnibus, & diebus, Iudices ad bãchum ſedere non debeant. Si verò aliquis terminus datus per ipſos Iudices fuerit in aliquam diem prædictorum præferiatorum ſequens dies non feriata, ex vigore huius ſtatuti ſit parti, ſeu partibus reſtituta. Quæ Iudices ſub pęna viginti-quinque librarum in ſingulis capitulis executioni mandare procurent. In maleficijs verò poſſit omni tempore procedi excepti diebus Natiuitatis paſſionis, & reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et Pentecoſten, & Natiuitatis Beatæ Mariæ Virginis.

In-

Infra quantum tempus ciuilis cauſa debeat terminari, & quod nulla exceptio impediat litis ingreſſum. Rubr. VIII.

NE lites fiant immortales, ſed ſine expenſarũ diſpẽdio finiãtur, Iudicibus, & alijs Officialibus Poteſtatis, ſeu Rectoris neceſſitatem imponimus, cauſas ciuiles coram eis vẽtilandas, per eos incohatas, vel nõ, tam agitandas inter commune, & ſpeciales perſonas, quàm inter ipſas partes priuatas infra tempus limitatum in ſtatuto poſito ſupra, ſub rubrica de sũmaria cognitione, terminare debeant, pęna xxv. lib. niſi per partes dictũ tẽpus fuerit prorogatũ, vel fuerit aliter diſceſſũ, vel ĩpedirẽtur caſu infirmitatis, ſeu appellatione ĩteriecta, aut agẽtis volũtate, ipsãq; sñtiã, ſeu diffinitionem poſt x. dies, ſi appellatũ non fuerit in reali in perſonali verò poſt xxx. dies à centum ſol. ſupra. Infra ipſam ſummam poſt terminum xv. dierũ, executioni mandare procurent. Nec audeãt ipſi Iudices, ſeu Notarij aliquid lucri percipere, ſeu lucrum aliquod cõmunicare, cũ aliqua quacunq; perſona rõne cõmiſſionis ſcripturarũ, ſeu collationis, vel quacunq; alia, quæ ex cogitari poſſet cauſa, pęna x. lib. quoties in aliquo negligere, vel contrauenire temptaretur. Volumus etiam, & pręſenti lege duximus ordinandum, quod in cauſa ciuili, libello cuiuſcunq; quantitatis exiſtat oblato, lis ſuper ipſo infra ſpatium v. dierum debeat conteſtari, ſi ordinariè procedatur, ſaluis reo omnibus ſuis exceptionibus declinatorijs, peremptorijs, anomalis, & alijs quibuſcunq;, ſi tamen lis non fuerit conteſtata infra v. dies ſecundum quod ſupradictum eſt, non propterea inſtantia dicti libelli, ſeu petitionis ſit perempta, ſed ſuper eo, ſeu ea procedi poſſit, & debeat ſimpliciter, ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & cauſa terminari, ſecundum formam præſentis ſtatuti, & aliorum ſtatutorum Communis Racaneti. Et quod nulla exceptio dilatoria, declinatoria, peremptoria, anomala, vel alia quęcunq; poſſit impedire litis ingreſſum, ſed auctoritate præſentis ſtatuti ſint in proceſſu cauſę reſeruatę, & in ipſo proceſſu examinari poſſint, & debeant, & vnà cum negotio principali terminari, Poteſtati, aut Iudicibus neceſſitatẽ ĩponentes infra ſupradictum terminum ſub pęna præſtiti ſacramenti, ipſi Poteſtati, & Iudicibus, & quinquaginta librarum ipſam cauſam penitus terminare. Ipſi Domino Poteſtati auctoritatem contendẽtes

ter-

terminos,& dilationes præter in hac lege præfixos dare, & ſtatuere, vt ipſi Dñi Poteſtati, ſeu eius Iudicibus, ſecundum merita cauſarum placuerit,& viſum fuerit conueniri, ſtatutis alijs, ſeu ordinamentis in contrarium loquentibus, non obſtantibus. Nolumus tamẽ per hoc derogari, ſtatuto ſuper poſito ſub rubrica de ſnmmaria cognitione, ſed id volumus in ſuo bore permanere.

De officio Notariorum ciuilium, & criminalium cauſarum. ***Rubr. IX.***

SCRIPTVRAS omnes in ciuilibus, & criminalibus cauſis, Notarij ad ipſa officia deputati per ſe faciant, & fideliter cum ſollicita cura conſcribãt, & in actis redigant. Sed ſi de partium proceſſerit voluntate, receptionẽ teſtiũ in ciuili productorũ, Notario, ſeu notarijs ciuilibus, & de collegio non ſuſpectis, cõmiſſio per Iudicem fieri poſſit. In criminalibus aũt cauſis ad offenſionẽ, vel defenſionẽ, etiã ſi partes, vel altera earum conſenſerit, nulla poſſit cõmicti ſcriptura, pena x.lib. Iudici, vel Notario, qui contra hoc in aliquo attentaret, & ipſę ſcripturę aliter factę omni careant firmitate.

De diſtributione procuratorum, & aduocatorum, & de pęna procuratorum non acceptantium procurationem. ***Rubr. X.***

EQVALITATEM in oĩb. ſeruari iudicijs, ſingulas ciuiliter, vel criminaliter litigantiũ partes, duobus tantum aduocatis volumus eſſe contentas, niſi altera præueniendo, cauſa ſubtrahendi proſecutionẽ, ſeu defenſionem iuris aduerſario ſuo, meliorib. & famoſioribus aduocatis ſe muniat. Nam tunc rector teneatur de vno ex dictis ad vocatis meliorib. alteri parti prouidere, non obſtante obligatione aliqua, ſeu pactione aduerſario facta de aduocatione præſtanda. Inſuper volentes quod vnuſquiſq; valeat ius ſuum defendere, & ne conditio maioris ſit cauſa oppræſſionis iuris alterius minoris, cùm in iuris proſecutione, & conſecutione nulla prę latio debet habere locum; Statuimus, & ordinamus, quod quilibet procurator exercens artem procurationis in Ciuitate Racaneti, & eius territorio, teneatur, & debeat acceptare procurationem, & patrocinium cuiuslibet requirentis ipſum,

in

ſum in procuratorem ſuum, qui procuratorem non hēret in Ciuitate Racaneti, niſi idē procurator requiſitus, eſſet procurator partis aduerſę, vel niſi haberet aliam legitimam cauſam, approbandam per Poteſtatem Ciuitatis Racaneti, qua cā declarata per dictum Poteſtatem non eſſe legitimam, ſi dictus procurator requiſitus recuſauerit acceptare dictā procurationem, incurrat pęnā x. libr. den. & priuetur exercitio, ſiue artis procurarię, quam de cetero non poſſit in Ciuitate Racaneti, & eius territorio exercere, & ſi exercuerit non valeat, non obſtante aliqua lege, ſtatuto, vel cōſtitutionibus in contrarium loquentib. cui, & quibus per præſens ſtatutum pro obſeruatione prædictorum, volumus ſpecialiter derogari. Et ſi contingerit vnam partium litigantium, vel litigare volētium habere plures procuratores, ita quod alia pars non poſſet habere procuratorem, quod tunc Poteſtas prædictus druidat procuratores prædicto, ita quod quęlibet partium poſſit hēre, & habeat ſuum procuratorem in ſua cā, & quilibet dictorum procuratorum obediat in his dicto Poteſtati, ſub pęna decem libr. den.

Quod nullus ratione obligationis in alio loco factę, niſi ſit noſter Ciuis, in noſtra iuriſdictione valeat conueniri. Rubr. X I.

VT mercatoribus et alijs negotiari volentibus, ſeu in noſtra Ciuitate, & diſtrictu habitationem contrahere, ſine metu obligationis alibi contractę liberè per noſtrum territorium, & diſtrictum licitum ſit morari, ſuiſq; reb. & mercimonijs, vti prouidimus, quod nemo niſi noſter Ciuis, vel incola fuerit, occaſione alicuius obligationis quocūq; modo in alia iuriſdictione ciuiliter, vel criminaliter conueniri, nec ſub Officialib. noſtri Coīs teneatur aliquo modo reſpondere, niſi expreſſim ſe obligauerit in noſtra iuriſdictione, ipſamq; obligationem ſpecialiter nominando, poſſitq; ſecundum formā iuris conueniendo primò alterum forenſem, vel Ciuem, reconueniri, in cauſa reconuentionis teneatur in ipſius noſtrę iuriſdictionis auditorio reſpondere. Et ad declarationem noſtrorum ſtatutorum in quibus multi modè fit mentio de Ciue, & habitatore dictę Ciuitatis Racaneti, in quibus non exprimitur, nec declaratur, quis ſit Ciuis, & quis ſit habitator, & quis ſit incola. Statuimus ordinamus, &

de-

declaramus, quod Ciuis ille propriè intelligatur, qui eſt oriundus de dicta Ciuitate, & in ea habitat, & etiam ille qui habitauerit continuè, cum eius familia in dicta Ciuitate Racaneti per quinq; annos continuos, & vltra, quemadmodum ſi eſſet originarius Ciuis Ciuitatis prędictę. Et etiam ille, qui eſſet effectus Ciuis dictę Ciuitatis Racaneti, per publicum inſtrumentum, ex deliberatione Conſilij ducentorum dictę Ciuitatis Racaneti. Habitator autem, & incola intelligatur propriè ille qui, continuè habitauerit cum ſua familia in dicta Ciuitate Racaneti per tres annos continuos, & vltra. Volumus tamen, quod tempora quibus aliquis fuerit pactualis, aut famulus alienus, ſtando cum eius patrono, aut domino in familia dicti eius domini, & ad ipſius patroni, aut domini vitam, non computentur, nec computari poſſint in numero dictorũ quinq;, nec in numero dictorum trium annorum.

Quod Iudices, & Notarij Poteſtatis veniant ad banchum hora competenti. Rubr. XII.

CONSVETVDINEM, & morem bonarum terrarum ſequentes, vt poſſumus, hoc ſtatuto prouidimus, quod Iudices, & Notarij præſentis Poteſtatis, & aliorum qui pro tempore erunt, teneantur & debeant vinculo ſacramenti, & pęna decem librarum pro quolibet, pulſata campana de mane, quam Priores Populi pulſari faciant de mane, & de ſero hora competenti, teneantur, & debeant, omnibus diebus, quibus ipſi debent ſedere ad banchum, ſecundum formam ſtatutorum, ire quilibet ad banchũ ſuum, & de mane eſſe, & ſtare ad dictum banchum, vſq; ad pulſationẽ tertię, & de ſero poſt pulſationem campanę Communis, quæ pulſatur pro iure reddendo, vſq; ad veſperas, & plus ſi neceſſe fuerit, & expedierit, ſedere. Teneantur autem dicti Notarij, & debeant facere copiam actorum per eos ſcriptorum, omnibus petentibus ad dictas banchas, & in dictis horis, ante & poſt, q̃ñcunq; fuerit eis petitum, ſub dicta pęna. Prohibemus Poteſtati, & Iudicibus aliquem actum ciuilem, vel criminalem facere, vel fieri facere alibi, quam in publica audientia, & ad banchum iuris, horis, & temporibus, quibus ſedẽt ad ius reddẽdũ, exceptis examinationib. teſtiũ, ſub pęna dicto Põtati, & cuilibet ſuorũ Iudicũ xxv. lib. pro quolibet ipſorũ, & vice qualibet, qua fuerit cõtra factum.

De

De exceptionibus opponendis in ciuilibus cauſis. Rubr. XIII.

CALVMNIARVM materiam, & Iudiciorum ſubterfugia præcidentes, præſenti lege firmamus, quod ſi quod inſtrumentum, vel præceptum, aut aliqua ſcriptura publica, ſiue ſcriptura priuata, ſiue in uulgari, ſiue litteraliter ſcripta manu illius contra quem producitur, vel defuncti cuius eſt hęres, producatur, in quibus contineatur aliquid dari, vel fieri ſolui, vel reſtitui per eam perſonā cōtra quam producitur, vel defunctum, cuius eſt hæres, & petierit ipſum inſtrumentum, vel ſcripturas executioni mandari contra perſonā obligatam, vel hæredem ipſius, in ipſa cā procedi volumus ſummariè, ſine libello, & eam finiri omni ordine iudiciario prætermiſſo. Et aliqua exceptio declinatoria Iudicis aduerſarij indicij, ſiue fori, ſiue aliqua exceptio, qua propoſita, & probata, obligatio, vel contractus cuius executio peteretur perdictum inſtrumentum, ſiue ſcripturas, nulla eſſet, defectu perſonę alicuius contrahentium, ſiue eius, quę obligata eſt, ſiue exceptio præſcriptionis in dicta cauſa, ſiue lite, per aliquem quocūque nomine opponatur; Teneatur opponens, ipſas exceptiones pereū oppoſitas, infra quinq; dies continuos, à die oppoſitionis ipſarū exceptionum computādos, probare, & probatas habere. Nec poſſit per Iudicem maior dilatio dari ad ipſas probandas, ēt ſi opponēs diceret, ſe habere probationes vltra mare, vel alibi: dummodò dictus opponens infra dictos quinq; dies ſtare, & permanere debeat coactus perſonaliter in palatio, vſq; quò dictas exceptiones probauerit per eum oppoſitas, & probatas habuerit infra dictos quinq; dies. Et ſi in palatio perſonaliter non ſteterit, ipſo facto pęnam centum ſol. incurrat, ſibi de facto per Iudicem auferendam, ad petitionem cuiuſcunq;, cuius pęnę medietas ſit Communis Racaneti, & alia partis, contra quā producitur: & ēt reficere teneatur oīa damna, & expenſas parti, contra quā oppoſuerit, & præciſè realiter, & pērſonaliter cogatur ad petitionē actoris, quouſq; actori fuerit integrè ſatisfactū, dū tn̄ exceptiones, vel aliqua ipſarū opponi, vel produci nō poſſint, niſi per principalē perſonā

Mulieribus, &

& pupillis dumtaxat exceptis. Prędicta autem non vendicent ſibi locũ in inſtrumẽtis,& ſcripturis Iudeorũ,vel Chriſtianorũ mani feſtè vſurariorũ,quib. antiqua iura ſeruētur. Sed ſi quis cõtra producērē aliquod inſtrumentum,& aliquam de ſcripturis ſupra declaratis, & petentem ipſum,vel ipſas executioni mandari,oppoſuerit ipſum eſſe excommunicatum,& ipſam exceptionem nõ probauerit infra terminũ à iure ſtatutum,vel per Iudicem competentem aſſignandum;ipſo facto pęnam decem librarum incurrat,ſibi de facto per Iudicem,coram quo ęppoſuerit auferendam ; cuius pęnę medietas ſit Communis Racaneti, & alia partis,contra quam oppoſuerit,& ſtatim tẽrmino elapſo, in cauſa,ipſis exceptionibus non obſtantibus, procedatur. Si quis autem inſtrumentum,vel ſcripturas ſupra ſpecificatas in iudicio produxerit,& ipſa petierit executioni mandari, contra aliquem tanquam contra hęredem alicuius ſui debitoris,& ille contra quem,tanquam contra hęredem peteretur executioni mandari,vel alius eius nomine,oppoſuerit, vel allegauerit, ſe nondum adiuiſſe hæreditatem illius debitoris, cuius dicebatur eſſe hæres, vel ſe velle adire, vel adiuiſſe cum beneficio inuentarij,& tempus cõficiendi, & complendi inuentarium non eſſet elapſum,vel petierit terminũ ad deliberandum,ſiue dixerit,ſe velle deliberare,& vtrum velit eſſe hęres,vel nõ; ſtatim producẽti ipſum inſtrumentnm,vel ſcripturas,& petenti executioni mandari,ſi voluerit probare,quòd ipſe,qui prædicta oppoſuerit,vel allegauerit,vel terminum petierit,ſiue dixerit,ſe velle deliberare, vel ille, cuius nomine oppoſitũ , allegatum, vel terminus petitus, ſiue dictum fuerit poſſi dere, aliqua bona hęreditaria illius, cuius dicebatur eſſe hęres,& quæ ip ſe defunctus poſſidebat tempore mortis ſuę, vel adiuiſſet hęreditatem ipſius,licet pro hęredem geſſiſſe, a duobus menſibus retrò ante talem oppoſitionem,vel allegationem,per iudicem terminus competens ſtatuatur ad prędicta probanda,quæ ſi probauerit,ipſo facto prędicta opponens,allegans,vel tantum petens, vel dicens ſe velle deliberare, cẽtum ſolldorum pęnam incurrat de facto,per Iudicem auferendam,cuius pęnę medietas,ſit Communis Racaneti, & alia partis contra quẽ, prædicta oppoſuerit,allegauerit, petierit, vel dixerit. Et nihilominus prædictis non obſtantibus, facta probatione prædicta,contra eum tanquam contra hęredem procedatur.

Sed ſi quis in iudicio interrogatus fuerit, in caſu in quo a iu-

re interrogatio fieri permictitur, an ſit hęres alicuius in ſolidum, vel in partem, & reſponderit ipſe, vel alius eius nomine, ſe hęredem eſſe cum beneficio inuentarij, vel velle eſſe hęredem, vel adire cum beneficio inuentarij, & inuentarium non dum eſſe inceptum, vel complectum, vel petierit terminum ad deliberandum, vtrum velit eſſe hęres, vel non, ſtatim parti interroganti, vel ad cuius petitionem interrogatio per Iudicem facta fuerit, ſi probare voluerit ipſum interrogatum, & ſic reſpondentem, vel cuius nomine reſpondetur poſſediſſe aliqua bona hęreditaria illius defuncti, cuius interrogatur an ſit hęres, & quę ipſę defunctus poſſidebat tempore mortis ſuę, vel adiuiſſe ipſius hæreditatem, vel ſe pro hærede geſſiſſe à duobus menſibus retrò ante interrogationem factam per Iudicem, terminus competens ſtatuatur ad prędicta probāda, quæ ſi probauerit, ipſo facto ſic reſpondens, quocunque nomine reſ̃deat, pęna centum ſolidorum incurrat, ſibi de facto per Iudicem auferendam, cuius pęnę medietas ſit Communis Racaneti, & alia partis aduerſę, & tali reſponſione non obſtante, contra eum, tanquam hæredem procedi poſſit. Si autem in aliqua cauſa, vel ordinaria, ſiue extraordinaria pendente, vel futura contra actorem, vel reum, vel procuratorem ipſius, vel tutorem, Scindicum, vel quẽcumque alium, qui nomine ipſius actoris ageret, vel nomine rei defenderet opponatur, vel proponatur per principalem perſonam, vel procuratorem ipſius, vel alium quecunque nomine, quod ipſe actor, vel reus, vel eius procurator, vel tutor, curator, vel actor, Scindicus, vel quęcunque alia perſona, quæ nomine ipſius agit, vel defendit, ſit minor etatis legitimę, vel non habeat legitimam perſonam ſtandi in iudicio, ſiue procurator alicuius, ſiue quilibet alius, qui alieno nomine agit, vel defendit, qui per conſtituentem reuocari poſſit, per conſtituentem reuocatus, vel quod tutela actoria, vel cura alicuius agentis, vel defendentis dictis nominibus ſit finita, ſiue quod actor, vel qui eius nomine agit, vel ad eius vtilitatem ſit debitor Communis Racaneti, ſiue quod de quęſtione, lite, vel cauſa de qua agitur ſit alias initiatum iudicium in aliqua curia, ſiue appellatum, ſiue recurſus habitus, vel compromiſſum, opponens, vel proponens quocunque nomine, teneatur, & debeat prædictas exceptiones, vel propoſitiones per eum oppoſitas, vel propoſitas, infra quinque dies continuos à die propoſitionis, vel oppoſitionis ipſarum exceptionum, vel propoſitionũ,

compu-

computandos probare,& probatas habere. Si autem propoſitiones ip ſas, vel exceptiones infra dictum terminum non probauerit,& probatas habuerit; elapſis dictis quinque diebus,propoſitione,& oppoſitione ipſarum non obſtantibus,in cauſa procedatur. Et opponẽs, vel proponens, quocunq; nomine, ipſo facto pęna centum ſol. incurrat, ſibi de facto auferendam per Iudicem, cuius pęnę medietas ſit Communis Ciuitatis Racaneti, & alia partis contra quam oppoſuerit, vel propoſuerit: dum tamen quando de minori ętate opponitur, ſi opponens, vel proponens petierit de minori ętate pronumptiari per Iudicem, per aſpectũ corporis illius, de cuius ętate opponitur, vel proponitur teneatur ille de cuius ętate opponitur, vel proponitur infra dictos quiq; dies, probationis coram Iudice comparere, quo comparente teneatur Iudex ad petitionem opponentis, vel proponentis de ętate pronumptiare. Si autem infra dictos quinque dies, ille de cuius ętate opponitur, vel proponitur, non comparuerit coram Iudice in cauſa, per Iudicem procedatur, prædicta oppoſitione, vel propoſitione non obſtante, & iudicium valeat, & teneat, ac ſi cum maiore, & legitimè ętatis, factum eſſet. Prędicta autem non vendicent ſibi locum in litibus, & cauſis Iudeorum, vel Chriſtianorum, qui ſint manifeſte vſurarij. Quod ſi aliquis per propriam ſcripturam, propria ſua manu factam promiſerit, vel fieri debeat. Et teneatur Poteſtas, & quilibet Officialis prædictę Ciuitatis, talem ſcripturam contra talem debitorem ſic ſcribentem, ſiue in vulgari, ſiue literaliter, illam executioni mandare, ſicut publica inſtrumenta. Si quis autem in iudicio negauerit aliquam ſcripturam, contra eum in iudicio productam, quæ diceretur eſſe ſcripta manu illius contra quem producitur, qua peteretur aliquid dari licet fieri eſſe ſcriptam manu propria, & poſtea conuictus fuerit, de facto cogatur ſoluere Communi vigintiquinqne librarum den. Et nihilominus cogatur ad ſoluendum, & ſatisfaciendum ſuo creditori, ante quam diſcedat de loco. Poteſtas autem, & Iudex teneantur, & debeant dictum ſtatutum, & omnia, & ſingula in eo contenta, & in qualibet parte ſui obſeruare, & obſeruari facere, ſub pęna quinquaginta librarum den. de eorum ſalario ſoluenda Communi. Dummodo contra inſtrumentũ, vel ſcripturam publicam, vel priuatam ſcriptam manu illius a quo aliquid peteretur dari, licet fieri, vel reſtitui, vel manu defuncti cuius eſſet hæres, ille a quo peteretur literaliter, vel vulgariter ſcripta, directè

contra ipſas ſcripturas non poſſit opponi, niſi quinque exceptiones tantum, ſcilicet ſolutionis, quietationis, falſitatis, termini non tranſacti, & rei finitę per ſententiam, vel ſacramentum a parte parti delatum, & præſtitum. Quas exceptiones probare ſtudeat infra terminum quinque dierum ſupra ſpecificatum, quas, vel ſi quam ipſarum ſi legitimè probauerit opponens cum refectione expenſaium a iudice abſoluatur, & petens querimonia expoſita, in tantundem condemnetur Cõmuni. Et quod opponens, vel proponens dictas exceptiones ſtare, & permanere debeat coactus in palatio, donec infra dictum terminum dictas exceptiones probauerit, & probatas habuerit; in cuius probatione ſi defecerit, ad petitionem actoris, ſiue creditoris, realiter, & perſonaliter debitor ſoluere, aut ſatisfacere cũ effectu cogatur. Et ſi quis exceptionem falſitatis opponeret, & in eius probatione deficeret, pęnam vigintiquinque librarum incurrat. Præter has quinque exceptiones ſupra dictas, nulli liceat directè, vel indirectè aliquãm exceptionẽ iuris, vel facti ſub quacunq; conceptione, vel probatione, contra ipſa inſtrumenta, ſcripturas, vel pręceptum opponere, vel executionem ipſarum impedire, vel aliter retardare: quod ſi fieri contingerit, vigore præſentis ſtatuti pro non oppoſitis haberi volumus, & his oppoſitionibus non obſtantibus, vinculo ſacramenti, Iudex effectualiter ad executionem procedat. Quæ locum habere volumus inter legitimos tantum fidei ortodoxę. Et hoc capitulũ locum habeat in pręteritis, præſentibus, & futuris. Volumus etiam, quod nulla exceptio contra inſtrumentum procurationis tutelę, actorię, curę, nec contra aliquod aliud inſtrumentum poſſit opponi per procuratorem, niſi ipſe procurator ſponte velit ſe obligare, ſtare perſonaliter in locum ſui clientuli principalis detentus, ſecundum formam ſtatuti. Exceptis Procuratoribus mulierum, & Priore locorum, & Tutoribus, qui quantum ad hoc ſub diſpoſitione præſentis ſtatuti nullatenus comprehendantur.

De

De pœna illius, qui negauerit ſcripturam eſſe ſcriptam manu propria defuncti, cuius eſt hæres, & probatum fuerit contra eum. Rubr. XIIII.

TEmeritatem negare volentium cohercere volentes ſtatuimus, & ordinamus, quod ſi aliqua perſona produxerit in iudicio, & executioni mandari petierit aliquam priuatam ſcripturā ſcriptam propria manu alicuius defuncti, cuius ille contra quem producitur, & executioni mandari petitur eſt hæres, in qua contineatur aliquid dari, ſolui, fieri, vel reſtitui per defunctum, cuius eſt hęres, & opponeretur, vel negaretur illam ſcripturam eſſe ſcriptam manu propria defuncti, cuius ille contra quem producitur eſt hæres, ſtatim producenti, & executioni mandari petenti, ſi probare voluerit ipſam ſcripturam eſſe ſcriptam manu illius defuncti, cuius ille cōtra quem producitur, & executio fieri petitur eſt hæres, per Iudicem terminus competens ſtatuatur ad prædicta probanda, quæ ſi probauerti ipſo facto, opponēs licet negans, quocunque nomine opponat, vel neget ī decem librarum pęnam incurrat, ſibi de facto per Iudicem auferendam, cuius pęnę medietas ſit Communis Ciuitatis Racaneti, & alia partis, contra quam oppoſitum fuerit, vel negatum, & non obſtante dicta oppoſitione, vel nęgatione in cauſa procedatur. Si quis autem ſuam propria manu factā ſcripturam negauerit, & conta eum probatum fuerit propria eius manu fuiſſe ſcriptam, in quinquaginta libr. den. puniatur.

De executione perſonaliter facienda ſuper inſtrumentis guarentigię. Rubr. X V.

VT creditores ſuam pecuniam, & alias ſuas res libere, ſine litigio, ſed ſummariè, & de plano valeant rehabere; præſenti ſtatuto firmamus, & ordinamus, quod quicunq; habuerit aliquid inſtrumentū guarantigię aduerſus aliquem, in quo contineretur aliquid dari, vel fieri, & ipſum produxerit, ſeu oſtenderit coram noſtro Rectore, ſeu Iudice, præmiſſa vnica citatione tantum cnm termino quatuor, vel quinq; dierum, de

die præcedēti facta perſonaliter, vel ad domum ſolitę habitationis, primò ſolutis capitibus ſol. in eius contumacia, ſi nō comparuerit perſonaliter, & contumax fuerit non veniendo in termino dictę primę citationis perſonaliter, teneantur, & debeāt prædicti Dominus Poteſtas, & eius Iudex vinculo ſacramenti, & pęna vigintiquinq; librarum de eorum ſalario Communi applicanda, viſo dicto inſtrumento guarentigię, & dicta contumacia dicti debitoris citati, & contumacis, & dicta ſolutione capitum ſol. ſtatim, & incontinenti ad petitionem dicti creditoris dare, & concedere familiam pro capiendo ipſum debitorem perſonaliter, & ipſo perſonaliter, & capto; detineatur in logia palatij, vel in carceribus dicti Communis, prout dicto creditori placuerit. Si verò in dicto termino dictæ citationis comparuerit dictus citatus coram Domino Poteſtate, ſeu eius Iudice; dictus Dominus Poteſtas, vel eius Iudex teneatur, & debeat ipſum reum ſic comparentem perſonaliter detinere ad petitionem dicti creditoris, prout ſibi videbitur, & placuerit, donec ipſi creditori fuerit de eius debito prīcipali, & expenſis legitimis tunc factis integraliter ſatisfactum taxatione tamen ipſarum expenſarum per Iudicem primò facta. Liceat tamen dicto reo capto, & perſonaliter detento opponere exceptiones ſibi competentes per formam ſtatuti dicti Communis, & probare ſecundum formam dicti ſtatuti: verum tamen ſi oppoſuerit aliquā de dictis exceptionibus præmiſſis infra tempus ad opponendum, & probandū præfixum; non poſſit detineri, aliter termino elapſo, & probatione nō facta, ad captionem, & detentionem cum effectu procedi poſſit ſecundum formam prædictam. Quas exceptiones, vel aliquam ipſarum, ſi probauerit, prout ſupra in ſtatuto de exceptionibus opponendis in ciuilibus cauſis continetur; procedatur contra dictum actorem, ſeu reū, & inter ipſas partes in dicta cauſa ſecundum ius, & ſtatuta dicti Communis. Si verò capi perſonaliter non poſſet, procedatur contra bona ipſius ad captionem tenutæ ex vigore dictæ primæ citationis, & dicti inſtrumenti, & ſuper ipſa tenuta procedatur ſecundum formam ſtatuti. Inſtrumentum verò guarētigię intelligatur hoc modo videlicet, quod quandocunque aliquis mutuauerit, compræſtauerit, depoſuerit alicui, vel quocunq; modo alio contraxerit, in quo contineatur aliquid dari, vel fieri; Notarius qui inde fuerit rogatus, ſi dictum fuerit ſibi per contrahentes, præcipere, & mandare, & pręceptum facere, illi qui

ſe

ſe obligauerit de ſoluendo, & adimplendo contenta in inſtrumento, ſub pęna in dicto inſtrumento inſerta, vel alia pęna ponenda, dicendo ſub pęna guarãtitię, & dictum mãdatum cum dictis verbis, dictus Notarius rogatus, ſcribere, & ponere teneatur in pede, & in fine dicti inſtrumenti, dummodo prædicta non vendicet ſibi locum in inſtrumentis Iudeorum, & Chriſtianorũ vſurariorũ publicorum, & illorum, qui non ſunt fidei ortodoxę.

Quod in cauſa ciuili nullus audeat opponendo negare filiationem, paternitatem & matrimonium. Rubr. XVI.

PRÆTEREA pro cauillationibus remouendis; Nullus in iudicio proprio nomine, vel procuratorio, ſeu alterius nomine quocunque audeat opponendo negare paternitatem, ſeu filiationem, ſeu matrimonium alicuius litigantis, vel alterius, de quo exercendo in iudicio, vel agendo mentio, aut allegatio fieret, ſeu notariatum, conſanguinitatem, vel affinitatem, quod ſi obijciendo negauerit, & de filiatione, paternitate, matrimonio, & alijs appareret per probationẽ a iure communi traditam, obijciens pęnam cẽtum ſol. pro qualibet vice incurrat. Quod locum habere volumus inter noſtros tantum ſubiectos, & de his qui eſſent noſtræ iuriſdictionis ſolummodò.

Quod debitor Communis non audiatur in aliquo ſuo iure, niſi primo ſatisfecerit Communi. Rubr. XVII.

DEBITORES ex quacunq; cauſa, vel obligatione noſtro Communi obligatos, volentes agere, ſeu defendere in cauſa ciuili, omnis ſibi claudatur iuris ſui proſecutio, & non præmiſſa ſatisfactione de debito integrali, Rectoris, ſeu Iudicis audientia denegetur. Quod ſtatutum, & contenta in eo, Poteſtas, & ſui Officiales, teneantur, & debeant ad petitionem cuiuſcunq; petẽtis executioni mãdare, pęna l. lib. Coĩ applicãda, ſi negligẽs fuerit ĩ obſeruãdo prędicta.

Quod victus, ſeu condemnatus ante ſolutionem non reconueniat actorem.
Rubr. XVIII.

CONDEMNATVS alicui, ſeu victus, ante ſolutionem debiti, ſiue rei, quibus condemnatus eſt ex confeſſione, ſeu probatione, nõ reconueniat ſuum actorem. Si verò debitor non haberet vnde ſolueret, & fideiuſſores de ſoluendo infra terminum ſibi ſtatutum a Iudice non poſſet præſtare, realiter, & perſonaliter voluntate creditoris, ad ſoluendum cogatur, nec ſibi proſit confeſſio, ſeu alienatio de ſuis bonis in fraudem creditorum, quocunque titulo obligationis facta: quia tunc, ex nunc tanquam fictitium reuocamus, ſi poſt contractum debitum factum eſſe patuerit.

De reo perſonaliter capiendo, & detinendo ad petitionem creditoris producentis inſtrumentum publicum. Rubr. XVIIII.

VT reorum ſubterfugijs obuietur, hac lege municipali ſancimus, quod Poteſtas, ſeu Iudex ſub pęna pręſtiti ſacramenti, & centum lib. de eorum ſalario, teneantur, & debeant viſo publico inſtrumento præcepto, ſeu ſcriptura propria manu debitoris ſcripta non vitiatis, non cancellatis, nec in aliqua parte ſui abolitis, ad petitionem creditoris capi facere debitorem, & ipſum retineri facere in carceribus, vel alibi, prout de ipſius creditoris proceſſerit voluntate, primò tamen de quantitate contẽta, in inſtrumẽto, pręcepto, ſeu ſcriptura prædicta, perſolutis capitib. ſolidorum, & miſſis incippum Communis, ad quam ſolutionem capitum ſol. debitor adminus bis vna die, pro altera debeat citari. Et hoc reo exiſtente contumace: ſed ſi comparuerit, non detineatur, ſi exceptiones oppoſuerit, infra tẽpus, quo poteſt opponere exceptiones pręmiſſas, ſed eo elapſo, ſi nõ probauerit cũ effectu, detineatur, oĩb. ſuis exceptionib. ab alijs ſtatutis permiſſis ad integrum reſeruatis, quibus vti valeat, prout de ipſius proceſſerit voluntate. Bxcepto quod hoc locũ non habeat in inſtrumentis Iudeorum, & vſurariorum forenſium, ſtatuto, ſeu ordinamento aliquo in contrarium loquẽte non obſtante. Et quod famuli euntes ad exequendum prædicta, habeãt pro eorum ſalario infra Ciuitatem, & burghos xij. den. pro quolibet, extra verò Ciuitatem duos ſol. pro quolibet tantum, & non plus.

De

De libro Iuſtitiæ. Rubr. X X.

FINEM litibus imponere cupientes, & ipſas lites inpoſterum decidere ſublatis omnibus, & ſingulis dilationibus ſubterfugijs, cauilloſis reiectis, ne quis fatigetur indebitè, ſumptibus, laboribus, & expenſis. Et volentes prouidere mutuantibus, & debẽtibus recipere ex quocũq; cõtractu proprio, vel in proprio, & quibuslibet creditoribus, qui inpoſterum, contra aliquos ſuos debitores quibuſcunq; cauſis haberet, aliquod ius, ſtatuimus, quod fiat vnus liber Iuſtitię per Notarium, qui nunc eſt, & pro tempore erit, qui vocetur liber Iuſtitiæ, & ordinetur hoc modo, quod ipſę liber continuè ſit pęnes Notarium reformationum, & quęlibet perſona, quoad feminas, & maſculos non legitimę ętatis, volumus præſens ſtatutum ſe extendere maſculus, vel fęmina ſi ſe obligat in aliquo contractu, vel quaſi, vel ratione iudiciorum, vel quolibet alio mõ cum ſacramẽto, ſine interuentione alicuius conſanguinei, vel affinis, vel aliorum proximiorum, qui, & quæ voluerit alicui perſonę mutuare, deponere, præſtare, vel dare aliquam pecunię quantitatem, vel in auro, vel in argento, vel in qualibet alia re, vel prędicta recipere ab ipſa perſona quæ reciperet, vel in prædictis ſe obligare vellet, ac voluerit recipere promiſſionem, & cautelam, de reſtituendo ipſam pęcuniam, vel aliam rem ad terminum, vel terminos communiter inter ipſas partes, & perſonas contrahentes, vel quaſi contrahentes conueniendos, vel etiam ſi aliquis terminus inter partes prædictas non ordinaretur ſolutioni, & redditioni rerum, ad quas ſe aliquis obligaret, quod ſi ipſę perſonę huiuſmodi contrahentes ſponte, & communiter voluerint, poſſint liberè ire, & perſonaliter accedere, vel per ſuũ procuratorem legitimè, coram dicto Notario, qui nunc eſt, vel pro tẽpore erit, ad ipſum librum Iuſtitiæ, ad recipiendũ ipſum terminum, & cautelam, ſcribendam promiſſionis in dicto libro per dictem Notarium, vel ſubrogatum ipſius, vel quemlibet alium Notarium de dicta Ciuitate, quæ ſcriptura valeat, ac etiam ſi ſummariè ſcriberetur cum ſubſtantia contractus, & qualitatibus eius, vel cum abreuiatura ipſius, cum ſubſcriptione Notarij, etiam ſine aliquo ſigno,

dicti Notarij. Saluo quod dictus Notarius reformationum, non teneatur ſe ſubſcribere ſingulis inſtrumentis, vel contractibus, ſed ſufficiat ſi in principio libri, vel fine, inueniretur eius ſubſcriptio; quod de prædictis contractibus fuerit rogatus cui; contractui ſic ſummariè ſcripto, pleniſſima adhibeatur fides, ac ſi eſſet extenſus cum omnibus clauſulis, & ſolemnitatibus, quę communiter per Notarium in contractibus conſueuerint apponi, ſiue prædictę res, quantitates, & & iura fuerint traditę, vel non traditę, dummodo confeſſatæ reperiantur in inſtrumentis, cum promiſſione reſtituendi, vel ſine promiſſione, ſiue contineatur partem fuiſſe præſentem, ſiue abſentem. Sed intelligantur omnia ſolemniter, & efficaciter acta, Et ſemper intelligatur in ipſis contractibus appoſita bonorum obligatio, etiam ſi in inſtrumentis non contineretur, quæ ſcriptura in dicto libro reperta, ſcripta per dictum Notarium reformationum, vel aliquem alium, qui in dicto libro ſcriberet; babeatur, & haberi debeat in omnibus, & per omnia vera, & publica ſcriptura, autentica. Et ipſi ſcripturæ fides pleniſſima adhibeatur, vigore cuius repertus obligatus in ea, vel in aliqua earum in aliqua quantitate, vel qualibet alia re vigore contractus, vel quaſi, ſeu alterius ſtipulationis, ad petitionem debentis recipere, vel procuratoris ipſius perſonaliter capiatur in quocunque loco perſiſtat ſubiecto Communi, & Ciuitati prædictę, ſiue in domo propria, vel aliena: Excepto in Eccleſia; & captus, ad petitionem creditoris, ſiue creditorum permanere debeat in palatio Communis, vel in carcere, quemadmodum creditori placuerit, cuiuſcunque ſtatus, & conditionis exiſteret debitor prædictus, donec dictis creditoribus, & cuilibet eorum fuerit de ſorte, & quantitate, ſen alia re in dicto libro ſcripta, & expenſis, ac intereſſe legitimis plenariè ſatisfactum. Et nulla exceptio iuris, vel facti, atque defenſio opponi, vel obijci poſſit, nec debeat contra ipſam ſcripturam, vel cautelam dictæ promiſſionis, repertam, vel reperiendam in dicto libro iuſtitiæ, ſcribendam per dictos Notarios, vel aliquem ipſorum, ac etiam contra executionem dictæ ſcripturæ opponi poſſit contra mandatum procurationis debentis recipere, excepto dumtaxat exceptione ſolutionis opponenda, & probanda legitimè infra quinque dies a die oppoſi-

poſi-

poſitionis in antea computandos, & peremptoriè. Ita quod nullo modo valeat per Iudicem prorogari. Quod ſi dicta exceptio infra dictum terminum non eſſet oppoſita, & probata; fiat executio dictæ ſcripturæ, ſeu ſcripturarum, ac ſi nulla eidem debitori omninò competeret exceptio, dummodo dictus opponens interim debeat permanere coactus in quocunque loco placuerit eius creditori. Nec ſufficiat oblatio cautionis dictorum debitorum, & cuiuſcunque ipſorum, Poteſtas dictæ Ciuitatis, & eius Iudices, & Officiales, qui nunc ſunt, & pro tempore fuerint; & quilibet ipſorum teneantur, & debeant ſummariè, ſine libelli oblatione, & petitione, & copię dictæ ſcripturæ; cui ſcripturæ obijci non poſſit, quod non fuerit ſcripta manu Notarij de quo in ea ſit mentio, & quod ſcribens non habuerit auctoritatem ſcribendi, & non fuerit Notarius, vel priuatus Notariatus officio, & abſque ſtrepitu, & figura iudicij, nulla omnino exceptione, vel defenſione iuris, vel facti audita, vel recepta, niſi tantum Exceptione ſolutionis, vt dictum eſt, omni iuris ſolemnitate, & ordine omiſſis, de facto, ſummariè, & de plano dictos debitores, & quemlibet ipſorum huiuſmodi promiſſores repertos ſcriptos in dicto libro Iuſtitiæ, cogere conſtringere, & detinere realiter, vel perſonaliter, & de facto carcerare, & cogi, conſtringi facere expenſis, & ſumptibus dictorum debitorum, & quamlibet aliam executionem facere ad voluntatem, & petitionem dictorum creditorum, & cuiuslibet ipſorum, donec eis, & cuilibet eorum de re, & quantitate debita, prout in dicto libro ſcriptum inueniretur, expenſis, & intereſſe plenariè ſatisfactum fuerit. Quæ executio fieri debeat primò ſolutis capitibus ſolidorum in cippo Communis, videlicet duodecim denarioris pro qualibet libra ab eo, qui executionem fieri petierit, & ante quam executio fiat, quæ ſi fieret ante ſolutionem capitum ſolidorum prædictorum euaneſcat, & ſit nullius valoris, & etiam parte nullo modo citata, vel requiſita. Quod ſi per aliquem Officialem fuerit contrafactum, ſit pęna Poteſtati centum librarum paruorum denariorum in noſtra Ciuitate currentium, quinquaginta librarum dictæ monetę eius Officialibus,

libus, pro quibus eſſe debeat obligatus, auferenda ab eis, vel altero eorum vice qualibet de facto, & de plano ſine ſtrepitu, & figura Iudicij, etiam durante ipſorum officio, vel poſſit de ipſorum ſalario detineri, dummodo prædicta omnia, & ſingula non intelligantur in contractib. Iudeorum, & in publicis fęneratoribus, & ſub vſuris mutuantibus, & intelligatur liber Iuſtitiæ ille, quem Notariuc prædictus reformationum compoſuerit, & fecerit ſub vno volumine librorum, vel pluribus, & eum ſic nominauerit in ſua ſubſcriptione in principio libri, vel in fine: non obſtantibus aliquibus ſtatutis vel reformationibus, vel aliquo iure canonico, vel ciuili, vel naturali, quod in prædictis, vel aliquo prædictorum modo aliquo contradiceret directè, vel per indirectum, quibus intelligatur in prædictis eſſe totaliter de rogatum hoc tñ excepto, quod pręſens ſtatutum locum non habeat, ſi derogaret alicui conſtitutioni Eccleſię, & ſpecialiter ſtatuto poſito in primo libro ipſorum ſtatutorum, ſub rubrica de renouatione ſtatutorum, & in ſecundo libro, ſub rubrica de pluribus ſe in ſolidum obligantibus, & ſtatuto poſito in dicto volumine ſecundi libri, ſub rubrica de contractibus, & iudicijs per minores agitatis in ciuilibus cauſis.

Quod in præcepto fiat mentio de inſtrumento, & e contra. *Rubr. X X I.*

QVOTIES ad petitionem agentis, inſtrumẽtum, vel ſcripturam publicam producentis, ſeu ſe habere allegantis præceptum fieret alicui per Iudicẽ, vel Rectorem, in ipſa ſcriptura pręcepti fiat mentio de inſtrumento producto, ſeu allegato. Sed & ſi is, cui præceptum fuerit, cautionem creditori fecerit de debito in præcepto contento, in ipſa cautione fiat mentio præcepti, ne bis debitum exigatur, quod non patitur bona fides.

De creditore, qui tacitus ſtabit de ſuo debito per quindecim annos. Rubr. XXII.

CREDITORES ſollicitos reddere volentes, & cautos, hac lege ſtatuimus, quod creditor, qui tacitũ ſtabit per quindecim annos, & debitum a ſuo debitore in iudicio coram Iudice Poteſtatis noſtræ Ciuitatis non petet; poſt dictum tempus per Iudicem in petendo dictum debitum in iudicio, nullatenus audiatur, ſed ſuę actioni per debitorem, ſit præſcriptum, quæ præſcriptio, niſi per binam citationem, & pronuciationem Iudicis, non poſſit interrumpi, dum tamen quando peteretur in iudicio debitum, de quo appareret inſtrumentum publicum, vel ſcriptura publica, vel priuata teneatur petens dictum debitum, ad petitionem debitoris exceptionem præſcriptionis ſupraſcriptę opponentis, dictum inſtrumentum, vel ſcripturas producere in iudicio, & facere fidem Iudici per ipſum inſtrumentum, vel ſcripturas, de tempore dicti debiti; qua fide facta, ſi per ipſum inſtrumentum, vel ſcripturas apparebit de taciturnitate per dictum tẽpus, per Iudicem vlterius petens dictum debitum non audiatur. Si autem petens dictum debitum, inſtrumentum vel ſcripturas ad petitionem debitoris in iudicio producere recuſauerit, amplius vllo tempore in iudicio de contentis in dicto inſtrumento, vel ſcripturis non audiatur. Prædicta autem locum ſibi non vendicent in dotibus petendis, vel repetendis, neque in actionibus pupillorum, nec Communis Racaneti. Et prædicta locum habeant in præteritis præſentibus incoatis, & futuris incoandis.

De ſequeſtratione in iudicio ante ſententiam non facienda niſi contra forenſem, & non ſubiectum noſtri Communis. Rubr. XXIII.

SI quęſtio aliqua de re immobili coram iudice alicui mota fuerit, ante quam ipſa quęſtio, ſeu lis per ſententiam diffinitiuam terminetur, de fructibus ipſius rei ex officio alicuius Officialis, vel ad petitionem alicuius partis, ſequeſtratio fieri non poſſit, & ſi fieret ipſo iure non valeat: in cauſa verò appellationis ſemper ipſis fructibus communia iura ſeruentur. Volumus tamẽ, ad hoc ne ciues, & ſubiecti Ciuitatis noſtræ à ſuis debitoribus faciliter ſuis creditis defraudentur, quod Poteſtas Ciuitatis Racaneti, qui nunc eſt, & pro tempore fuerit, & eius Iudices, & Officiales teneantur, & debeant ad petitionem cuiuſcunq; noſtri Ciuis, vel habitatoris Ciuitatis Racaneti creditoris, vel creditorum alicuius forenſis, & non ſubiecti noſtri Communis, ſequeſtrare, & ſequeſtrari facere de bonis, & rebus mobilibus, & immobilibus ipſius forenſis pro debito noſtri Ciuis, & habitatoris noſtræ Ciuitatis, valentibus quantitatem debiti dicto noſtro Ciui, ſiue habitatori Racaneti, ſi de bonis ipſius forenſis inueniuntur: quod ſi de bonis ipſius forenſis non inuenirentur; teneantur prędicti Poteſtas, Iudices, & Officiales dicti forenſem, vel forenſes debitores dicti noſtri Ciuis, vel habitatoris dictæ noſtræ Ciuitatis ad petitionem ipſius Ciuis, vel habitatoris Ciuitatis Racaneti, perſonaliter detinere, donec idem forenſis fideiuſſores idoneos eidem Ciui licet habitatori Ciuitatis Racaneti, præſtiterit de iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo, dummodo dictus Poteſtas, & Iudices, ſeu alter eorum, habeat fidẽ ſummariã de debito, ſub pęna Pōtati, & Iudicibus quinquaginta librarum denariorum, de eorum ſalario ſi negligentes fuerint in prædictis.

Quod

Quod prius conueniatur principalis, quàm fideiuſſor.
Rubr. XXIV.

PRO alio vt fideiuſſor, ſeu principalis ſe, ſi quis obligauerit in iudicio, vel contractu; non poſſit, nec debeat, pro ipſo debito in iudicio moleſtari, nec ab eo exactio fieri, niſi prius principali conuẽto, & bonis ipſius excuſſis. Si verò fideiuſſor coactus, vel non ſoluerit, vel condemnatus extiterit, aut ei lis mota fuerit; cogatur principalis pro quo ſe obligauerit, ipſum ab omni damno, & expenſis conſeruare indemnem, & ſine omni ſtrepitu, & figura iudicij realiter, & perſonaliter ad petitionẽ fideiuſſoris, ſeu ſe aliter obligantis per Iudicem cogi poſſit, pęna vigintiquinque librarum Officiali, coram quo querimonia poneretur, ſi negligeret in prædictis. Sed ſi idem fideiuſſor, ſeu ſe obligans, petierit ſe extrahi de fideiuſſione, vel obligatione contracta; principalis ipſum de fideiuſſione, ſeu obligatione ſummariè, prętermiſſio iuris ordine extrahere compellatur, ad quod perſonaliter cogi poſſit; de quo vtrum fuerit fideiuſſor, vel ſe pro alio obligauerit, creditoris ſacramento credatur. Si quam autem alienationem de bonis ſuis idem debitor principalis poſt obligationem ſui fideiuſſoris, vel aliter obligantis pro eo fecerit, præſumatur in fraudem fideiuſſionis prędictę, & ea non obſtante, valeat fideiuſſor, ſeu ſe obligans vſq; ad quantitatem indemnitatis ſuę, ad bona alienata habere regreſſum, ſine figura iudicij, veritate comperta, nec huic ſtatuto renunciatio facta teneat per ipſos fideiuſſores, vel ſe pro alio principaliter obligantes.

De pluribus debitoribus ſe in ſolidum obligantibus. *Rubr.* XXV.

DEBITORIBVS pluribus in vna obligatione ſe principaliter, & in ſolidum obligantibus, non obſtante ipſa obligatione in ſolidum facta, creditor non poſſit ipſos, vel ipſorum aliquem conuenire, niſi prorata debita, ſiue alij ſint ſoluendo, & ſint præſentes, ſiue non, ſiue renunciauerint beneficio iuris de duobus reis, ſiue

non

non renumptiauerint. Nec huic ſtatuto renuciatio facta per ipſos obligantes inſolidum eis prȩiudicet, tamen renuciationem ipſam, præſentis ſtatuti auctoritate, volumus non tenere. In alijs verò contractibus, & obligationibus debitores, ſe obligãdo, ſi ſtatuto, ſeu ſtatutis in eorum fauorem loquentibus renunientnon interueniente vi, vel metu; ipſa renunciatio teneat, & habeat iuris effectum.

De re Communi diuidenda. Rubr. XXVI.

QVONIAM nemo in commune debet retineri inuitus. Si quis rem communem mobilem, vel immobilem cum alio, ſeu alijs habeat, Et volens a communione recedere ſocium, vel ſocios pro re diuidenda vocari fecerit ad iudiciũ teneatur Iudex ſocium, ſeu ſocios ſic vocatos cogere, vt rem ipſam diuidant, vel diuidi faciant expenſis communibus. Diuiſione verò facta primò partẽ capiat, qui primo ad iudicium properat. Sed ſi prouocatus voluerit aliquam pecunię quantitatem offerre prouocato, vt diuidat; teneatur ipſę prouocans capere, & diuiſionem facere, vel prouocato referre de ſuo tantundem pecunię pro diuiſione facienda ſoluendo. Cum autem res quo modo diuidi non poſſet, licitũ ſit alteri parti rẽę xtimare ſuo arbitrio, quam extimationem ſi altera pars acceptauerit, medietatem ęxtimationis ſocio ſuo offerat, & rem ſibi retineat, aliter ille, qui ęxtimauit, medietate extimationis data, integram rem habeat. Quod ſi rem eſſe communem negaretur, Iudex ante omnia ſummariè, & de plano cognoſcat, an res ſit communis, vel non. Et ſecundum quod ex probationibus ſibi patuerit, procedat. Quę omnia locum habere volumus in maribus, & mulieribus maioribus vigintiquinque annorum, & minoribus, dum tamen puberibus, ſcilicet maſculis ſupra quatuordecim annĩs, & mulieribus duodecim annis ſupra conſtiſtitutis.

Si queſtio fuerit de terminis, & ſenaytis. Rubr. XXVII.

SI inter vicinos de ſenaytis, & terminis queſtio fuerit mota, ſine iudicij ſtrepitu per iudicem volumus terminari, recepta probatione vicinorum, qui ipſos terminos immiſerunt, ſi viuunt, vel eorum, qui ipſos terminos longo tempore iacere fixos viderit, aliter per vicinos legales, qui veriſimile eſſet, vt melius noſcerent viritatẽ, termini ipſi ponãtur. Quod locum habere volumus tàm in queſtionibus terminorũ, tàm poſitorũ, quàm de terminis in futurum ponendis. Nec audeat aliquis iuxtà términos per ſpatium vnius pedis laborare pena viginti ſolid.

De tenuta portanda ad domum creditoris. Rubr. XXVIII.

BAiuli, ſeu exactores, quib. preceptum fuerit, vel cõmiſſum dare aliquam tenutam per Iudicem Ciuitatis Racaneti, ipſam dent, accipiant, & aſſignẽt, infra tres dies, & ad domum creditoris portare teneantur, ſi res mobiles acciperent ad bannum quĩque ſolid. ac etiam ſi prædicta non obſeruauerint, tàm diu detineantur in carcere Communis ad petitionem creditoris, quàm diu dictam tenutã dederĩt, & aſſignauerĩt, & decem ſolid. Cõmuni pro banno ſoluãt. Si autem debitum, pro quo tenuta dari deberet excederet ſummam xl. ſol. teneatur Iudex mictere duos de familia cum baiulo ad dandum dictam tenutam, pena viginti quinque librarum, vt riſſe non oriantur. Quod ſi debitum excederet quantitatem centum ſol. vel in ipſa quantitate pro quo infra tres dies tenuta per baiulos data non fuerit, à tempore ſolutionis capitum ſol. quod per Iudicem mandatum fuerit, teneatur Notarius Poteſtatis coram quo ſoluta fuerunt capita ſol. ire perſonaliter cum baiulo, & creditore ad dandũ dictã tenutã in ſuis libris, ſeu quaternis loquentib. de tenutis ſcribere, pena, & banno centũ ſol. de ſuo ſalario. Nec pro tenuta danda diſcoperiãtur foueę frumenti, vel bladi, vel extrahatur vinũ de. Vegete, aut accipiãtur panni de lecto, ſeu capiãtur boues aratorij,

quan-

quandiu debitoris de alijs rebus debitoris poſſet dari tenuta ſufficiẽs ad quantitatem petitam, & expenſas. Si verò quęſtio eſſet pro debito Communis, pro tenuta non accipiantur portę, Campanæ, ſiluę, prata, caſtra vel alię res immobiles dicti Communis.

Quod de nulla quęſtione in Poteſtatem, vel alium Officialem, vel in Arbitrũ, vel Arbitratorem valeat compromitti. Rubr. XXIX.

IN Poteſtatem, vel aliquem alium noſtræ Ciuitatis Officialem forenſem, tanquam in arbitrum, vel arbitratorem, de iure, ſeu de facto, de nulla quęſtione compromiſſum fieri poſſit; quod ſi contra prohibitionem huius ſtatuti in eos, vel aliquẽ eorum compromicteretur; compromiſſum non teneat, & quicquid ſequeretur ex eo, ſententia, compoſitio, ſeu arbitratio, nullo iure ſubſiſtant, ac etiam ei poſſit non parere impunè. Qui aũt cõtrafecerit, pęna vigintiquinque librarum incurrat, tàm ipſe, qui compromiſſum reciperet, quàm ipſe qui compromictere attentaret.

Quod laudum, arbitratio, & arbitrium ſummariè executioni mandentur. Rubr. XXX.

NE lites ex litibus oriantur, omne laudum, arbitrationem, arbitrium, ſeu amicabilem compoſitionẽ, quod, vel quæ prolatum, ſeu prolatę eſſent, vel proferi contingerent in futurum, ex forma compromiſſi inter partes in aliquem, vel aliquos facti de iure, vel facto tanquam in arbitrum, & arbitratorem, ſeu amicabilem compoſitorem, quocunq; nomine, vel varietate verborum fuerit conceptum, ſiue cum pęnę obligatione, vel alterius cuiuſcunque rei, ſiue ſine, ſacramento interueniẽte, vel non, Poteſtas, Iudex, & eius Officiales omni ordine, & iudicij figura poſtpoſitis, ad petitionem victoris, vel eius, pro quo arbitrium, vel arbitrio latum fuerit, poſt decem dies vinculo ſacramenti, & pęna quinquaginta librarum, ſi negligerent, teneantur exequi, & executioni mandare, ſecundum for-

formam ipſius ſententię, arbitrij, ſeu arbitrationis prolatę, quæ locum
habere volumus tàm in compromiſſis, laudis, & arbitrationibus iam
prolatis, & factis, quàm impoſterum faciendis. Teneantur quoque
arbitri, vel arbitratores, ſeu arbitri tantum in quos, ſeu in quem ali-
qua lis, ſeu quęſtio fuerit compromiſſa, cognoſcere, finire, & termina
re, & de ipſa laudum, ſeu ſententiam ferre infra vnum menſem compu
tandū a die facti compromiſſi diebus feriatis, vel non feriatis de pla-
no, ſimpliciter, ſummariè, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, omni iuris or
dine, & ſolemnitate omiſſis, niſi dictum tempus vnius menſis fuerit
prorogatum de voluntate partium, pęna decem librarum. Et quod Po
teſtas, ſiue quiuis alius Officialis dictæ Ciuitatis ordinati ad iuſtitiam
reddendam teneantur, & debeant ad inſtantiam partium, ſeu compro
mittentium, ſeu alterius earum tales arbitros, ſeu arbitratores quocū
que nomine cenſeantur, realiter, & perſonaliter conſtringere, & pęnā,
ſeu multam exigere pro commmuni pro ſuo arbitrio voluntatis, ali-
quo ſtatuto loquente in contrarium non obſtante.

De quęſtionibus Mercatorum per Conſules decidendis. Rubr. XXXI.

MERCATORVM quęſtiones, ſeu inter Mercato
res terrigenas, vel forenſes ortę, vel oriundę, per
duos Conſules ab ipſa fraternitate Mercatorum e-
lectos, ſummariè cognoſci volumus, & finiri, ipſo
rum quoq; Conſulum ſententiam, & diffinitiones
ſicut a Rectore, vel Iudice latę eſſent, debeant exe
cutioni mandari. Et ſi qui Mercatores, ſiue alij
quicunque ad inuicem conuenerint, adire Cōſules fraternitatis Mer-
catorum dictæ Ciuitatis pro eorum negotijs, ſiue fuerint in dando ſi-
ue in faciendo, & eorum rationes, & pacta, & conuentiones ſcribi, ſeu
ſcribere fecerint in libris dictorum conſulum, teneantur, & debeant il
la eorum negotia, pacta conuentiones, & promiſſiones ad inuicem ob
ſeruare, & cum effectu adimplere. Et ſi ipſi, vel aliquis eorum præ-
dicta non obſeruauerint, ſeu obſeruare contempſerit, poſſint, & de-
beant, & teneantur prædicti domini Cōſules præciſè, & de facto ipſū,

vel ipſos cõtrafaciẽtes, vel prædicta nõ obſeruantes, realiter, & perſonaliter conſtringere, quouſque promiſſa, & geſta inter ipſos obſeruauerint cum effectu, prout, & ſicut in dictis libris Conſulum ſcriptum reperitur. Et nihilominus punire de facto pro eorum arbitrio voluntatis, ſecundum negotij quantitatem, & qualitatem, & prout eis videbitur, & placebit Poteſtas verò, & Iudex, & quilibet alius Officialis dictæ Ciuitatis, qui de hoc fuerit requiſitus, teneatur, & debeat pęna quinquaginta librarum, prædicta omnia, & ſingula obſeruare, & obſeruari facere, & executioni mandare de facto ad inſtantiam dictorum Conſulum, vel alicuius eorum, ſeu alterius partis petentis ſibi fieri, & obſeruari prædicta, nullo alio capitulo, lege, ſeu conſtitutione in contrarium loquentibus obſtantibus. Et Poteſtas, & quilibet alius Officialis, qui prædicta non obſeruauerit, vel fuerit negligens, vel remiſſus, ẽt in quinquaginta libris vice qualibet debeat condemnari, & de ſuo ſalario detineri: dummodo aliqua obligatio, vel promiſſio, vel ſcriptura in dicto libro ſcribi non poſſit, nec debeat, quę tangerent, & fierent inter Iudeos, & Chriſtianos, vel alios vſurarios.

Quod ſtetur quaterno Mercatoris vſq; ad quantitatem viginti ſol. & ſacramento ipſius, & quod Mercator cogatur edere quaternum.
Rubr. X X X I I.

QVATERNO, ſeu libro Mercatoris approbati per Conſules Mercatorum legales, vſque ad quantitatem viginti ſol. tantum ſumma aliqua non diuiſa, cum ſacramento ipſius Mercatoris affirmantis ſibi deberi ſtari volumus, pro ſufficienti probatione, & plena. Volumus inſuper ne per Mercatores ſub prętextu ſuę legalitatis tàm ciues, quàm forenſes valeant defraudari; quod quilibet mercator Ciuitatis Racaneti, ſiue ciuis, ſiue forenſis, ſiue habitans in Ciuitate prædicta, ſeu quis alius, teneatur, & debeat ad requiſitionem, ſeu poſtulationem cuiuslibet petentis aſſerentis ſe fore creditorem oſtendere, & producere librũ, ſiue quaternũ, in quo creditor diceret, ſeu allegaret fore ſcriptum aliquid per quod veritas debiti petiti pateſieret. Et quicquid ſcriptum eſſet in dicto libro, quod

redun-

redũdaret ad vtilitatem creditoris, manu propria debitoris ſcriptum, habeatur pro plena probatione. Si verò dictus Mercator, ſeu quicunque alius a quo peteretur, librum ſuum recuſaret oſtendere,& producere ipſum, cogatur ſoluere vigintiquinque libras denar. Camerario Communis Racaneti. Et nihilomiuus habeatur pro confeſſo plene, & pleniſſimè de debito, quod ab eo peteretur, & etiam ſtet perſonaliter coactus, donec oſtendat dictum librum, ſeu ſoluat debitum petitum,& poſt recuſationem producẽdi dictum librum, ſit in poteſtate creditoris, vtrum velit debitorem coactum producere librum, an ſoluere debitum petitum.

Quod nulla mulier bonæ famæ cogatur intrare palatium Communis, vel alium locum pro teſtimonio ferendo. Rubr. XXXIII.

RATIONE teſtimonij ferendi in criminali cauſa, vel ciuili, vel alia quauis occaſione, excepto delicto ex quo pęna perſonalis deberet imponi, intrare palatium Communis, vel aliam domum, ſeu locum quẽcunque nulla mulier bonę conditionis,& famę, de qua Priorum Populi dicto ſtetur, modo aliquo cogi poſſit. Sed ſi pro ipſo teſtimonio, vel alio actu iudiciali agendo neceſſe fuerit mulierem coram aliquo Officiali, Iudice, vel Notario comparere, idem Officialis in Eccleſia Sancti Dominici, vel Sanctæ Mariæ de mercato ipſam vocari faciat, ad perhibendum teſtimonium, vel ad alium actum de quo agitur, in præſentia vnius ipſius mulieris affinis, vel conſanguinei agitandum, pęna vigintiquinque librarum iniuncta contrafacienti.

INCIPIT SECVNDA PARTICVLA ſecundi libri de contractibus, & obligationibus.

De Officio Notariorum non officialium. Rubr. XXXIV.

NOTARII qui de contractibus, ſeu obligationibus quibuſcunque ſcribendis, & publicandis rogantur, fideliter ſuum exercentes officium; vt omnis tollatur materia quęſtionis, contractum, ſeu obligationem in præſentia contrahentium prius in protocollum per ſcripturam redigant, deinde vocatis teſtibus contractum, vel obligationem vulgariter narratam cõtrahentes, ſeu obligantes, ad inuicem ſtipulari faciant, & ſe de ipſo rogare; ipſum quoque contractum ad petitionem, & requiſitionẽ cuius intereſt, & rogantis in publicam formam redigãt, & competenti mercede idem recepta ſecundum formam infraſcriptorum ſtatutorum, ſi quęſtio idem fuerit infra octo dierum ſpatium reſtituant pęna viginti ſolid. quam contrahens poſt requiſitionem ſi ſalarium publicantis infra ipſum terminum non ſoluerit incurrat. Sed & ſi Notarius exercens tabellionatus officium rogatus fuerit de aliqua facienda ſcriptura, ſeu requiſitus de aliqua exemplanda, ſeu trãſcribẽda, teneatur ipſã publicare, & trãſcribere, & exemplare, alias eadem pęna plectatur. Adijcientes quod quilibet Notarius de Ciuitate Racaneti teneatur, & debeat ad petitionem, & requiſitionem cuiuſcunque petentis ſcribere omnes, & ſingulas accuſationes damnorum datorum, & maleficiorum ſub pęna centum ſolid. denar. pro quolibet Notario, & qualibet vice, qua contrafecerint, & recuſauerint prædicta facere: pro quibus accuſationibus, videlicet pro accuſatione damnorum datorum, habere debeat pro ſcriptura vnum groſſum a xxij. ab accuſatore. Et pro qualibet accuſatione maleficij dictus Notarius ſcribens, habere debeat ab accuſatore tres ſolid. & ſex den. Teneãtur etiam ſcribere petitiones, & querelas dandas contra Poteſtatem, & eius Officiales, & contra quoſcunque alios Officiales tempore eorum ſindicatus ſecundum formam ſtatuti poſiti ſub rubrica de Electione Rationatorum, ſeu Scindicatorum Poteſtatis. Volumus inſuper, quod quilibet Notarius, qui rogatus fuerit de aliquo contractu, vel vltima voluntate teneatur poſtquam ſe rogauerit infra octo dies, con

tractum, vel vltimam voluntatem, de qua rogatus fuerit regiſtrare in quodam libro, qui ſemper ſit pęnes Commune, ſi pars voluerit, pro qua ſtipulatur, pęna decem libr. pro qualibet vice, & habeat pro rogatura à parte cuius intererit, ſiue a partibus bononenos tres.

De protocollis Notarij mortui ad publicandum alij Notario committendis. Rubr. XXXV.

CASVS mortis, vel alterius impedimenti in perſona Notarij rogati cōtigens, ne alteri ſit damnoſus, qui Notarius publicus in ſuà vltima voluntate cōmittendi cui vult alteri legali Notario ſuas ſcripturas, & rogationes publicandas, liberam habeat poteſtatem. Si verò ab inteſtato deceſſerit, ſuper ipſa commiſſione nulla diſpoſitione parente; hæres cum tribus defuncti conſanguineis proximioribus poſſit committere publicandas, dummodo in vtroq; caſu per reformationē Conſilij generalis, cui cōmiſſum fuerit, concedatur auctoritas publicandi. Cum autem in aliqua rogatione commiſſa inueniretur verbum, & cętera teneatur ipsā rogationem extendere ſecundum illam formam, quam defunctus notarius conſueuerat in ſuis rogationibus ſimilibus obſeruare; ad cuius ſubrogati Notarij requiſitionem infra triduum hæres defuncti omnes & ſingulas rogationes, & protocolla, ſub pęna vigintiquinque librarū ſibi ſtudeat aſſignare, quo termino elapſo, ſi infra aliud triduum requiſitus eos aſſignare ceſſauerit, vt falſatius puniatur, contra quem denūciatione facta Poteſtas, & Iudex ad eum puniendum procedant. Quod locum habere volumus in rogationibus non ſolum futuris, ſed in omnibus iam commiſſis. Teneaturq; hęres defuncti Notarij infra quintam diem a die mortis dicti Notarij, pęna vigintiquinq; librarum, omnia protocolla, & rogationes dicti Notarij mortui, propria manu ipſius Notarij ſcripta, cōſignare integrè, ſine aliqua diminutione corā Prioribus fraternitatis Iudicum, & Notariorum de Racaneto, & ipſis conſignatis ſeruata ſupraſcripta forma, ipſa protocolla alteri Notario ad publicandum committere teneatur, ſi per dictum Notarium mortuum in ſua vltima voluntate ſeu teſtamento non eſſet aliud diſpo-

ſitum de prædictis.

Qui debeant eſſe tutores pupillorum. Rubr. X X X V I.

PVPILLO, ſeu pupillę, cui per patrem, ſeu auum paternum in ſua vltima voluntate tutor non fuerit relictus, detur per Iudicem, ſeu conſtituatur, tutrix, primò mater, ea renuente detur auia ſi viuit, & ſint legitimę ętatis bonę conditionis, & famæ, & ſecundas nuptias non contrahentes. Si verò perſonę prædictę tutelam ſubire noluerint, vel non potuerint, proximior coniunctus, ſeu conſanguineus pupillo, ſeu pupillę in tutorem detur: dummodò quoties tutor, vel tutrix per Iudicem conſtitueretur, non valeat, niſi in præſentia trium, vel quatuor proximiorum conſanguineorum approbantium idonitatem, & legalitatem tutoris, vel tutricis, datio facta fuerit.

De contractibus in iudicijs per minores agitatis. Rubr. X X X V I I.

VIGINTIQVINQVE annis minorum, maiorũ quatuordecim annis maſculorum, duodecim mulierum, ſacramento præſtito non venire contra, ratione minoris ętatis ſe obligantium, contractus omnes, & obligationes. Nec nõ iudicia tàm ciuilia quàm criminalia per eos agitata, vel agitanda, & omnia alia, quæ per ipſos fierent in conceſſionibus ſeu alienationibus, ſolutionibus factis, & receptis firma ſint, & tanquam facta, & geſta eſſent a maioribus vigintiquinque annorum, rata perpetuò habeantur, nec poſſint prætextu minoris ætatis, ad uerſus ea venientes, reſtitutionem integrum petere, vel aliud auxilium impetrare. Sed perſonam legitimam habeant in contractibus, & iudicijs, agẽdo, vel defendẽdo, in ciuilibus, & criminalibus, vt maiores, dummodo contractus, qui fieret per eos fiat in præſentia & voluntate duorum ex

proximioribus conſanguineis maſculis, & ſi non haberet, duobus affinibus diſcretis, & legitimæ ætatis ipſorum minorum, & decreto Iudicis, & inſinuatione in actis fienda, aliter non obſtante ſacramento, poſſint, & valeāt ſi ex ipſis contractibus apparerent læſi iure reſtitutionis in integrum vti, ſecundum formam iuris Cōmunis, imò vigore præſentis ſtatuti in fauorem ętatis eorum non teneat ipſo iure.

De curatore prodigi, ſeu furioſi. *Rubr.* XXXVIII.

FVRIOSO, ſeu dementi cuiuſcunq; ętatis, & prodigo viginti quinq; annorum maiori bona paterna, vel propria diſſipanti, ad petitionem, & requiſitionem duorum proximiorum conſanguineorum, vnus ex dictis conſanguineis idoneus facultatibus, & moribus per Iudicem conſtituatur curator, ſine cuius conſilio, cōſcientia, & voluntate nihil poſſit gerere, contrahere, alienare, vel ſe in aliquo obligare: & vt in notitiam perueniat ſingulorum, ad petitionem curatoris cōſtituti commiſſione Iudicis præueniente, banniatur per terram, quod nullus cum eo cōtrahat, vel ſibi eum obliget poſito, quod ei fuerit bonorum adminiſtratio interdicta.

De ratione reddenda a tutoribus, & curatoribus. XXXIX.

TVtores, & curatores quibuſcunq; perſonis conſtituti, ad petitionem duorum proximiorum conſanguineorum eorum, quibus tutores, ſeu curatores ſunt conſtituti, infra menſem, pęna viginti quinq; libr. requiſiti ſuę adminiſtrationis teneantur reddere rationem, ex cuius rationis redditione, ſi inuenti fuerint ſuſpecti, gerendo inutilia, & vtilia negligendo, perſonas, & res malè tractando, bona, ſine legitima cauſa minuendo, remoueantur per Iudicem in locum eorū alijs idoneis legitimę conſtitutis. Teneantur etiam Tutores prædicti, & curatores, tutrices, & curatrices quolibet anno de mēſe ianuarij reduci facere in ſcriptis in publicam formam omnes introitus, & exitus cum inuentario per eos confecto, & coram Iudice minoris ſummę, & Notario extraordinariorum Poteſtatis de menſe ianuarij quolibet an

no producere teneantur. Qui Notarius dictos exitus, & introitus, cum copia dicti inuentarij in vno libro debeat regiſtrare, de quibus inuentario, ītroitibus, & exitibus, omnibus petentibus copiam facere teneatur, vt ipſorum pupillorum iura, clarius videri, & ſciri poſſint. Et ſi prędicti tutores, & curatores, vel aliquis eorum inuenti fuerint nōn benè feciſſe, & adminiſtraſſe eorum officium, ſiue dolum, vel fraudem commiſiſſe in eo, a dicta tutela, vel cura remoueantur, & alius, vel alij dentur, ſecundum formam ſuperius declaratam: & ſi prædicti tutores, & curatores prędicta non fecerint, ſiue facere neglexerint, pęnam decem librarum pro quolibet, & vice qualibet incurrant. Et nihilominus ad petitionem cuiuslibet conſanguinei pupilli, vel pupillę quandocunq; petitum fuerit prædicta facere teneantur.

De curatore bonis dando. Rubr. XL.

BONIS alicuius ſine hærede decedentis abſentis, vel alio quocunq; modo vacantibus, ad petitionē creditoris, ſeu creditorum curator per Iudicem cōſtituatur legitimus, in pręſentia trium, vel quatuor proximiorum conſanguineorum defuncti abſentis, vel aliter ad ſui defenſionem per ſe, vel alium non comparentis, de cuius vita, vel morte in dubium reuocatur. Qui curator ſatiſdationem præſtet idoneam, de ipſis bonis fideliter adminiſtrādis, & defendēdis; perſonam quoq; legitimam habeat pro ipſis bonis agendo, & defendendo in omnibus cauſis ciuilibus: ita tamē, quod ab omni alienatione, & diminutione ipſorum bonorum, niſi quatenus neceſſarium fuerit pro ipſis cauſis agendis, & defendendis abſtineat cum effectu.

De contractibus in quibus interueniunt arrę. Rubr. XLI.

INuenditione cuiuſcunq; rei mobilis, vel immobilis, ſi aliquid loco arrarum datum fuerit; venditor pręciſè cogatur rem vendere, & cartam venditionis ad ſenſum ſapientis emptori facere, ſe idoneè obligando, & emptor cogi debeat ad prætium conuentum integrè perſoluendum, iudicij omni ordine prætermiſſo. Quod ſi poſt datas arras vēditor

ditor inuentus fuerit non legitimus, ad rei defenſionem, ſeu euictioné; cogi debeat fideiuſſores idoneos præſtare emptori, pro defenſione rei venditę idoneè fienda.

Quod venditor cogatur poſſeſsionem rei venditę emptori dimittere.
Rubr. XLII.

RE vendita qualicunq; prætio eius ſoluto, vel venditori de ipſo aliter ſatisfacto, aut ex parte emptoris modo aliquo adimpleto contractu, ad petitionem emptoris, infra triduum per Rectoré, vel Iudicem de poſſeſſione rei venditę, venditor exire cogatur, eandem expeditam, & diſconboratam emptori liberè relinquendo, omni contradictione ceſſante, in quo ſi Rector, vel Iudex neglexerit, vigītiquinq; librarum pęna ſit Communi aſtrictus.

De re mobili publicè empta. Rubr. XLIII.

QVicunq; rem mobilem, vel ſe mouentem emere voluerit, ferramenta, arma, ſtrumenta ad opus rurale deputata, veſtes factas, vel alias quaſcũque ſupellectiles, boues, ſomerios, vel aliud quodcũq; animal publicè, vel palàm de die in mercato cõmunis, vel alio loco publico in præſentia duorum teſtiũ notorum emere ſtudeat, aliter repetenti domino rei, vel animalis reſtituat, ab ipſo domino prætio non recepto. Si verò ſecundum formam prædictam emerit, ſuum prætium non amittat, ſed a vẽditore exigat: quod ſi venditor non appareret, vel non ſoluendo eſſet, dominn rem petenti, prætium emptori reſtituatur. Pręterea ſi quis pignus aliquod a Scindico, maſſario, exactore collectarum, vel alio Officiale Communis emerit quandocunq;, infra decem dies debitori repetenti, & verũ prætium emptę rei reſtituerit, ipſam rem emptam, vel pignus reddere compellatur; de quo prætio ſi dubium fuerit, quaterno vendentis ſtetur: elapſo vero decennio rem ſibi in proprietatem habeat, nec aliter reſtituere cogatur.

Quod

Quod venditor bobum aratorium teneatur de morbo, & vitio quod haberet. Rubr. XLIIII.

ARATORES boues, ſeu vaccas ſi quis vendiderit, quocunq; pacto inter emptorem, & venditorem facto non obſtante, ſi infra octo dies inuenti fuerint morboſi, vel vitioſi; emptori teneatur ſi voluerit emptor, prætium reſtituere, & boues, ſiue bouem recipere. Idem facere teneatur ſi bos emptus renuntiatus fuerit infra vnam diem a tempore emptionis ſuia ſufficienter non arat.

De contractu venditionis ſimulatę ſuper pignore dato conceptę. Rubr. XLV.

VENDITIONE ſimulatè concepta ſuper re mobili, vel immobili pignorata, in qua emptor ſe obligat reuendere ipſam rem ad certum terminum ſtatutum, vel etiam terminum non ſtatutum, aut ipſi venditori locat ad laborandum; contractus emptionis ſic celebratus, in fraudem pignoris præſumatur: Ideoq; emptor non obſtante venditione, ſic ſimulatè concepta, ſiue terminus reuenditionis fiendę elapſus fuerit, ſiue non, omni iudicij ſolemnitate remota, ipſam rem tanquam pignus per Iudicem, vel Rectorem, pęna vigintiquinque librarum reddere, ſeu reſtituere cogatur, recepta pecunia mutuata, vel alio pro quo pignus acceperit, computatis tamẽ fructibus ex re pignorata perceptis. Sed & ſi creditor non benè coluerit rem pignoratam, vel fructus ex ea percipere neglexerit, inuitus debitor recolligere cogi non poſſit.

De

De inſtrumentis donationum inter viuos coram Prioribus Populi notificandis. Rubr. XLVI.

MATERIAM ſuſpitionis, & falſitatis tollere volentes, quę ſępè ſępius fieri contingit in donationibus inter viuos in rebus immobilibus, viuentibus, ſeu decedentibus ipſis donantibus, hoc ſtatu to firmamus; quod omnia inſtrumenta donationũ inter viuos, quę apparerent eſſe facta per aliquẽ, ſeu aliquos de quibuſcunque rebus immobilibus in Ciuitate, & territorio Racaneti, quod ipſi, ſeu ipſę cui, vel quibus facta diceretur eſſe dicta donatio inter viuos de dictis rebus immobilib. teneantur, & debeant, ipſam donationem inter viuos notificare corã Prioribus Populi dictę Ciuitatis, qui pro tempore erunt, infra octo dies poſt dictos contractus ſic factos, cum rogatione Notarij, declarando de quibus bonis dicta donatio facta eſt, & per quem; & dicta inſtrumenta ſint, & eſſe debeant ſcripta, & publicata manu Notarij, ſeu Notariorum, qui ſint de collegio, & fraternitate Iudicum, & Notariorum de Recaneto, & quod ipſis inſtrumentis, ſeu contractibus ipſorum inſtrumentorum inter ſint, & intereſſe debeant duo Notarij, qui ſint de dicto collegio, ſeu fraternitate, aliter dicta inſtrumenta, ſeu inſtrumentum non valeant, niſi eſſent ſcripta, & publicata manu dictorũ Notariorum, qui ſint de dicta fraternitate. Et ſi dictis contractibus nõ interfuiſſent duo Notarij, qui ſint de fraternitate prædicta, vt ſupradictum eſt; & ſi infra dictum terminum octo dierum, dicta inſtrumenta non fuerint notificata coram dictis Prioribus Populi modo, & forma ſupra declaratis; Quod elapſo dicto termino octo dierum, dicta inſtrumenta, ſeu inſtrumentum habeantur pro ſuſpectis, & non veris, & ex nunc nullo iure ſubſiſtant, & pro irritis, & caſſis, & nullius valoris habeantur auctoritate præſentis ſtatuti. Et hoc non intelligatur, nec locum habeat in donationibus de quibus ipſi donatarij veram, & corporalem poſſeſſionem acciperent, & haberent de dictis bonis, ſeu in eorum apprețijs apparerent ipſa bona.

Apud

Apud quem deponi debeat pecunia ex contractu debita.
Rubr. XLVII.

CVM ratione alicuius obligationis, vel contractus, pecuniam aliquis vellet ſoluere, & ſuus creditor recuſaret recipere, vel non haberetur, ſeu haberi non poſſet copia ſui; poſſit debitor pecuniam, vel rem apud Maſſarium Communis deponere, dandam, & ſoluendã ei, cui debebitur finita quęſtione: dummodo ipſa depoſitio fiat cum rogatione Notarij, & ſi dubium fuerit appareat publicum inſtrumentum. Maſſarius quidem apud quem ipſa depoſitio facta fuerit, cui reſtitui debebit, infra triduum requiſitus reſtituere cõgatur, aliter depoſitio facta non habeat vigoris effectum; Saluo quod in refectione capitum ſolidorum præſens ſtatutum non vindicet ſibi locum.

Quod filius emancipatus cogatur debitum patris ſoluere ante emancipationem contractum.
Rubr. XLVIII.

FILIVS emancipatus poſſidens bona ſibi in præmium emancipationis conceſſa, debitum patris ante emancipationem contractum, ſoluere teneatur. Si autem ipſę filius voluntate patris aliquod contraxerit debitum, etiam ipſę pater, nõ ſolum filius ſit obligatus ad debitum ipſum reddendum; aliter nec pater pro filio, nec filius pro patre in contractibus, ſeu Ciuilibus cauſis ſit aliqua obligatione aſtrictus.

De naulo, & penſione domus. *Rubr.* *XLIX.*

DOMVM, vel foueam ſi quis ad penſionem locauerit, poſſit de rebus proprijs ipſius cõductoris, vel alienis inductis, inuectis, & miſſis in domum, vel foueam retinere tantum, quod ſufficiat ad ſummam penſionis ſibi promiſſę; nec liceat conducenti aliquid extrahere de domo, vel fouea, niſi prius penſione ſoluta, quam ſi ſoluere recuſauerit ad terminum inter eos ſtatutum, vel termino non ſtatuto, medietatem in in principio temporis locationis, aliam medietatem in medio tempore, pęnam xx. ſolid. incurrat. Liceat etiam locanti finito tempore locationis, ſua auctoritate res omnes in domum, vel foueam per conductorem immiſſas extrahere, & cõductorem de domo expellere ſine metu banni, & pęnę; & etiam ſolutione nõ facta in terminis, vel termino, dominus claudere ſibi domum, & ipſum conductorem non permittere habitare donec pẽſio ſoluenda ſibi integrè data fuerit. Adijcientes, quod quandocunq; contingerit dominum, ſeu locatorem alicuius domus per ſe, vel baiulum Communis ipſam domum claudere conducẽti propter ſolutionem penſionis non factam, ſi conductor dictam domum ſibi clauſam aperuerit ſua auctoritate abſque licentia curię, vel ipſius domini, vel locatoris, pęnam centum ſolid. pro qualibet vice ſoluere teneatur; & nihilominus domino, vel locatori iterum ipſam claudere liceat pro ſuo libito voluntatis, donec ei fuerit de dicta penſione ſatisfactum.

De pluribus habitantibus in vna domo. *Rubr.* *L.*

SI plures in vna domo habitauerint vnus deſuper alter deſupter. Neuter eorum alteri damnum, tediũ inferat, vel iacturam, ſub pęna viginti ſol. de quo ſtetur ſacramento accuſantis, & cõquerentis. Cum autem aliquis in aliena domo gratis, vel pręcario cum domino domus, vel non habitauerit, ad petitionem domini domus dimittere, & relinquere teneatur, aliquo lapſu temporis non obſtante, niſi iuſtum, & verum titulum pretenderet, quo ſe de iure tueri poſſit.

De contractu inter Dominum, & pactualem. Rubr. LI.

LICEAT domino famulum, ſeu pactualem ſuum, qui ſe obligauerit ad certum tempus ſibi ſeruire, ſi ab eo aufugerit, ipſum inuitum ad domum reducere, ipſumq; per capillos capere, & verberare moderatè, de quo accuſatio non audiatur, nec contra dominum procedi poſſit ad aliquam pęnam. Nihilominus totum lucrum, quod fecerit domino ſuo reſtituat, & decem ſolidorũ pro die qualibet, qua ſe abſentauerit ſine iuſta, & legitima cauſa, eius domino reddat; pręmiſſa tamen proteſtatione per dominum facienda pactuali, quod ad ſeruiendum ſibi redeat. Si verò quęſtio inter eos orta fuerit, ſiue de mercede, ſiue de tempore, quo ſeruire debet, vel de quacunque alia re durante tempore, quo ſe obligauerit ſeruire, vel poſt tempus de his quęſtionibus, quę in ipſo tẽpore ſeruitij originem haberent ſacramento domini ſtetur, niſi voluerit referre ſeruienti. Ita tamen quod dominus teneatur infra xv. dies finito tempore inter eos conuento, petere a ſuo pactuali quicquid ab eo conſequi debet; & vltra terminum dictum nullatenus audiatur. Quam quęſtionem Iudex ſummariè, ſine omni iuris ordine debeat terminare. Nec audeat aliquis durante tempore conuentionis ſeruitij inter eos habitę, ipſum famulum, ſiue pactualem recipere, pęna centum ſolid. ſi ſciens contra fecerit. Caueat etiam vnuſquiſque ſeruiens, ſeu ſamulus, ne inuito, ſeu ignorante domino bergulum ſuper ſalmam lignorũ, cauſa ſui lucri portare, quod ſi contra fecerit, tàm ipſe, quàm emens bergulum, pęna viginti ſolid. incurrat. Nec poſſit durante tempore ſeruitij tenere per ſe aliquod animal, ſub pęna viginti ſol. de qua medietas ſit Communis, altera ſit accuſatoris, de quo etiam ſacramẽto ſui domini ſtetur; famulus verò, ſeu pactualis durante tempore, quo domino ſeruire tenetur, ad nullum obſequium reale, vel perſonale teneatur, neque ad collectam ſoluendam, niſi pro appretio rerum ſuarũ, ſi quas haberet, hoc ſemper proſpecto ne fraus aliqua fiat, & continuè cum domino ſuo maneat ad vnam vitam, aut cum domino in domo domini, & ad eius ſeruitium aſſiduè commoretur.

De inſtrumento dotali facto durante matrimonio. Rubr. LII.

MATRIMONIO contracto,& eo durãte, ſi vir inſtrumentum aliquod, vel obligationem mulieri, vel alteri ex parte ipſius fecerit ſuper dote; in fraudem creditorum, ſeu fideiuſſorum factum eſſe prçſumatur, niſi aliter appareret, vel de amiſſione primi inſtrumenti, vel quod ipſa dos in veritate conſtante matrimonio fuerit ſoluta, vel data marito.

De promiſſionibus, cautionibus, confeſſionibus dotis, caſu quo matrimonium conſumatum non fuerit. Rubr. LIII.

NE ex contractu, qui de iure non ſortitur effectum aliquis moleſtetur,& vt omnis materia ſcandali in noſtra Ciuitate,& diſtrictu tollatur; præſenti lege ſtatuimus, quod omnes promiſſiones, cautiones, conceſſiones, ſiue confeſſiones cuiuſcunque quantitatis, vel ſummç pecuniç, vel alicuius rei immobilis, ſeu mobilis, ſiue ſe mouentis, vel nominum debitorum nomine dotis hactenus factas, vel in futurum fiendas per quamcunq; perſonam, quocunq; noĩe ſiue de prædictis conſtet per publicũ inſtrumentum, vel ſcripturam publicam, ſiue, non ſi matrimonium, ſiue ſponſalia per verba de preſenti, vel de futuro, cuius occaſione dictç promiſſiones, cautiones, ſiue confeſſiones nomine dotis factç fuerint, vel in futurum fierent defectu ętatis viri, vel mulieris, vel vtriuſq; ipſorum per carnalem copulam conſumatum, vel conſumata non fuerit, vel in futurum erunt, vel aliqua alia legitima cauſa diſiunctum, ſiue diſiuncta; auctoritate præſentis ſtatuti ex nunc, prout ex tunc caſſa ſint,& vana, ac inania,& nullius valoris,& efficaciç, nec ex dictis promiſſionibus, cautionibus, cõceſſionibus, ſiue cõfeſſionibus, vel inſtrumentis ſi apparent inſtrumenta aliquod ius, actio, ſiue petitio, vel executio alicui competere poſſit. Nec etiam retentio partis dotis, quã vir lucratur ex beneficio ſtatuti vxore prædecedente, vel petitio ipſius

ſius partis. Et petens in quolibet ſupra dictorum caſuum, vel retinere volens, in iudicio nullatenus per iudicem audiatur. Et ſi aliquando petitum fuiſſet in iudicio, vlterius per Iudicem non audiatur, non obſtante quod dicta dos promiſſa, cautio cōceſſa, vel cōfeſſata, ſiue pars dictæ dotis, quam vir lucretur per principalem perſonam, vel aliū nomine eius aliquo tempore in iudicio petita fuerit, vel etiam libellus datus, vel etiam vlterius proceſſum.

De re dotali voluntate mulieris alienata.
Rubr. L I I I I.

SI quis voluntate mulieris, vel nurus, vel ipſa vxor, vel nurus de voluntate mariti, ſeu ſoceri rē dotalē alienauerit, vel obligauerit; firma, & ſtabilis perſeueret venditio, ſeu obligatio, tàm conſtante matrimonio, quàm ſoluto, & hoc tàm in prçteritis, quàm in futuris. Et hoc locū hēat in maiorib. vigintiquīque annis; & hçc in præſenti capitulo contenta demum locum habeant, ſi dicti contrahentes iurauerint obſeruantiam dicti contractus, & interuenerit conſenſus trium proximiorum conſanguineorum dictæ mulieris. Aliter dictus contractus factus non teneat, nec valeat, & nullius ſit valoris, vel effectus.

De filijs, & filiabus ſimul remanentibus Patre defuncto.
Rub. L V.

PAtre inteſtato defuncto de bonis ſuis nullatenus diſponente, & filijs cum filiabus relictis, fratres teneantur ſorores dotare dote idonea inſpecta qualitate perſonarum, & conditione patrimonij conſtituta, cuius dotis idoneç declaratio fiat, & ſtetur dictç declarationi duorum proximiorum conſanguineorum dictç ſororis, ſiue puellç, infra quīdecim annos a tempore ſui ortus. Si autem pater aliquid reliquerit pro dote earum, vel aliquid ſimpliciter, & iuſſerit eas eſſe contentas; ipſo relicto, ſint contentç, nec vlterius ad bona paterna, vel materna tanquam

quam

quam ſucceſſores earum, in vtroque caſu præmiſſo poſſint habere regreſſum. Sed ipſi filij maſculi in bonis paternis, & maternis vniuerſales hæredes exiſtant; quod ſi contingerit aliquem ex dictis fratribus eſſe abſentem, non ratificare dotem per alios fratres conſtitutam, non teneatur ſtare conſtitutioni dotis per fratres, ſed mulier regreſſum habeat aduerſus fratrem ipſum abſentem pro portione dotis eum tangẽte: ſed ſi aliqua ipſarum filiarum tempore mortis patris eſſet ętatis decem, & octo annorum; infra biennium, vel triennium, fratres eam ſtudeant maritare, aliter ipſa ſe maritare poſſit, fratribus etiam ignorantibus, & inuitis, quibus neceſſitas immineat ipſas dotare, vt ſuperius eſt expreſſum.

De certa parte dotis apud virum remanenda per mortẽ mulieris, ſine filijs matrimonio diſſoluto. Rubr. L V I.

CONGRVVM iuri, & naturali ęquitati videtur, vt quia propter onera matrimonij, quę vir ſuſtinet, multis grauatur expenſis, ſibi recompenſatio fiat, ne grauetur ad totius dotis integram reſtitutionẽ, prędecedente vxore. Ideoq; ipſam ęquitatẽ ſequentes, præſenti ſtatuto firmamus, quòd ſi cõ-aliquam mulierem decedere ſine liberis in matrimonio ſuperſtite ſibi eius marito, vel ex ea ſic decedente remaneat filius, vel filia, vnus, vel plures non excedens ętatem pupillarem, & tempore mortis dictorum filiorum patrem eorum viuere contingat; dictus maritus prædecedentis mulieris lucretur medietatem dotis, & omnium, quę obuenerint ipſi mulieri conſtante matrimonio, vel eius liberis, quocunq; pacto aliquo in contrarium edito, etiam ſi eſſet iuramento vallatum, non obſtãte. Si verò dicti filij, qui ex muliere decedente in matrimonio, remanerent, ætatem pupillarem exceſſerint, non obſtante pacto quocunque de dote matris ędito, ſuę matri legitimè ſuccedant, & liceat eis de dicta dote diſponere ſeruata forma iuris, quemadmodum de facultate patrimoniali ſibi liceret. Et ſi dicti filij inteſtati decedant, volumus eis ſuccedere venientes ab inteſtato in dictis bonis maternis, pacto, vel conuentione in contrarium ędita non obſtante. Quę locum habere in ma-

trimonijs pendentibus volumus,& futuris. Volumus etiam,& ordinamus,quod nulla mulier cōſtante matrimonio poſſit, nec debeat dare, alienare,donare,vendere,cedere, nec concedere aliqua alia ſua bona ad ſe pertinentia , ſeu ſpectantia quocunq; iure, modo, vel cauſa,nec contrahere cum aliquibus ſine expreſſa licentia,præſentia,& conſenſu dicti viri,& trium proximiorum conſanguineorum dictę mulieris,ſi extiterint,ſecundum formam ſtatuti poſiti ſupra,ſub rubrica de redotali voluntate mulieris alienata;& ſi fieret non valeat, nec teneat vllo modo,& hoc locum habeat in præteritis,præſentibus,& futuris. Poſſit tamen dicta mulier teſtari, & teſtamentum facere de ipſa medietate dictorum ſuorum bonorum tantùm, dummodo prædicta non intelligantur, nec locum habeant in matrimonijs iam diuiſis,& corruptis, ſeu diſſolutis,ſed in matrimonijs pendentibus,prę ſentibus,& futuris.

INCIPIT TERTIA PARTICVLA ſecundi libri de ſucceſſionibus ex teſtamento, vel ab inteſtato decedentium.

De ſucceſſione, vel legato ex teſtamento proueniente. *Rubr. LVII.*

TESTATOR legitimus, vel aliter volens de ſuis bonis diſponere,liberam habeat facultatem relinquendi bona ſua cui vult, capaci tamen per modum inſtitutionis,& ſubſtitutionis, legatorum, ſeu relictorum, vel quacunq; alia diſpoſitione legali. Ipſę quoque hæres,vel ſubſtitutus directo, ſeu legatarius poſſit ſua auctoritate hęreditatem, vel bona per ſubſtitutionem relicta, ſeu legata ſine requiſitione cuiuſcunque capere, apprehendere, ſiue retinere.

De ſucceſsione ab inteſtatò. Rubr. *L V I I I.*

SI quis ab ĩteſtato deceſſerit filijs, filiabus, ſeu nepotibus, vel neptibus ex filio non relictis, patre, vel matre non ſubſiſtentibus, ſi fratres carnales ſunt ſoli, vel cum filijs alterius fratris in ſtirpem ſuccedant. Si autem remanſerit ſoror tantũ illa ſuccedat. Si filij, & filię ſororis, tantum maſculi ſuccedant, deinde in antea proximior in gradu ſuccedat: quod locum habere volumus in prętcritis, & futuris.

Quòd filiæ dotatæ ſint contentę dote ſua, & ad bona paterna non poſsint habere regreſſum. Rubr. *L I X.*

QVANDÒ mulier dotata ſit, ſeu fuerit a patre, vel auo paterno, ſiue a fratribus carnalibus ex parte patris, & ſuperſit maſculus filius ex aliquo prædictorum dotantium, dote ſibi data ſit contenta, nec poſſit patre, vel auo paterno, vel fratribus carnalibus ex parte patris, ſeu liberis eorum viuentibus, ad bona paterna, aui paterni, vel fratris, ſeu fratrum carnalium habere regreſſum, vel aliquid petere occaſione hęreditatis alicuius dictarũ perſonarum, vel alia quacunq; occaſione, ſiue renunciauerit, ſiue non. Si verò mulier dotata fuerit, vel ſit ab aliqua alia perſona, quam a patre, vel auo paterno, ſiue a fratribus carnalibus ex parte patris; auctoritate præſentis edicti, poſſit ipſa mulier ex teſtamento, vel ab inteſtato dotanti ſuccedere, tanquam ſi ab eo nulla ſibi fuiſſet dos conſtituta. Quæ locum habere volumus in matrimonijs pręſentibus, & futuris. Si autem quis deceſſerit relictis pluribus filiabus, vel neptibus tantum quęlibet in virili, ſeu ęqualiter ſuccedant. Quod ſi ex ipſis aliqua, ſeu aliquę ipſarum fuerint nuptę, tantum minus accipiant de ſucceſſione, quantum fuerit quantitas ſuę dotis. Cęterum ſi pater, vel auus pater-

nus, vel frater carnalis ex parte patris, ipſis filiabus, vel neptibus nuptis aliquid reliquerit vltra dotem, vltra petere non poſſint, occaſione legitimę, vel alia quacunq; viuentibus fratribus maſculis, vel patruis, vel eorum liberis.

De mulieribus ad ſecundas nuptias tranſeuntibus, vel aliter luxuriātib. R. LX.

SI qua mulier poſt mortem viri in adminiſtratione filiorum remanſerit, deinde ad ſecundum matrimonium tranſierit maiori dote conſtituta, ſeu data ſecundo viro, quam habuerit a primo; niſi legitimè probauerit id, quod ſupra dotem primi viri dederit, vel promiſerit ſecundo viro, aliunde ſibi ad veniſſe, vel habuiſſe, pręſumatur de bonis ipſorum filiorum ipſam habere. Ideoq; ipſis ſuis filijs, vel filiabus integrè reſtituere cogatur. Sed ſi vir vxori ſuę vſum fructum, vel habitationem reliquerit, ipſa ad ſecundas nuptias tranſeunte, concubinatum, vel adulterium cōmittente, vel aliter luxuriante, ipſum vsū fructum, & habitationem ipſo facto amittat, & auctoritate præſentis ſtatuti cū proprietate recōſolidetur, ipſumq; vsūfructū, & habitationē proprietarius, ſine alicuius requiſitione capere valeat, & retinere.

De ſucceſsione matris remanentis poſt mortem filiorum. Rubr. *L X I.*

FOrmam iuris in ſucceſſione matris remanentis, poſt mortem filiorum ſequentes hoc ſtatuto prouidimus, quod ſi aliqua mulier remaneret poſt mortem uiri ſui, cum filio, filia, filijs, vel filiabus ſuis, & dicti ſui viri; ipſis filijs, ſeu filiabus, vel aliquo, ſeu aliqua ipſorum, vel ipſarum decedentibus, ſeu decedente in pupillari ętate, pro legitima, trebellianica, falcidia, & debito iure naturę, quæ ſibi eueniret de bonis dictorum filiorum, ſeu filiarum ſic decedentium, quartā partem tantum bonorum dictorum pupillorum, ſeu pupillarum, vel pupilli, ſeu pupillę mortuę, auctoritate præſentis ſtatuti, mater petere, & habere debeat: a ſucceſſione verò, quę ipſi matri cōpeteret poſt mortem ipſorum filiorum, vel filiarum mortuarum, ipſam matrem excludimus omni iure. Et prædicta intelligantur, & locum habeant, ſolum,

&

& dumtaxat, ſi tali filio, vel filię decedenti ſupererit frater, vel ſoror vtrinque coniunctus, vel coniuncta, & non in alio caſu, aliàs ſtetur diſpoſitioni iuris Communis, vbi præſens ſtatutum non loquitur: cum non ſit conueniens matrem excludi a luctuoſa filij ſucceſſione. Si autem dictis pupillis decedentibus, ſeu pupillo, vel pupillę ſuperuiuente alio cõſanguineo, ſeu cõſanguineis ipſorum pupillorũ, ſeu pupilli, vel pupillę, ex parte patris vſque ad tertium gradum, ipſos cõſanguineos, ſiue conſanguineum ipſorum pupillorum in omnibus alijs bonis reſiduis ipſorum pupillorum, vel pupillarum ſuccedere volumus omni modo. Si verò dicti conſanguinei in dicto tertio gradu dictis pupillis pertinentibus non inuenirentur, ſeu non haberent, matrem ipſorum pupillorum ſuccedere volumus in omnibus bonis dicti pupilli, ſeu pupillarum, ſeu pupillorum.

Quod gradus conſanguinitatis, & affinitatis numeretur ſecundum ius Canonicum. Rubr. LXII.

ITEM ad remouendum dubia, quę plurimum occurrunt circa caſus occurrẽtes qualiter gradus conſanguinitatis, & affinitatis, debeat numerari, videlicet an ſecundum ius ciuile, an ſecundum ius canonicum. Volentes igitur dictam ambiguitatem, quantum nobis eſt poſſibile præcidere, & in clarum, & lucidum deducere, vt in quocunque actu, de quo propter gradum prædictum vergeretur dubitatio, dicta dubitatio terminetur; ſtatuimus, & ordinamus, quod prædictus gradus debeat numerari ſecundum ius Canonicum: volumus tamen, quod prædicta non ſe extendant ad præterita, nec ad præſentia, ſed ad futura tantum, hoc eſt ad ea tantum, quę ortum haberent, vel habere poſſent originem ex futuro tantum, & non ex præterito, nec expendenti.

Quod ille, qui poſſediſſet in præteritum aliquam rem immobilem per quindecim annos ſuper ipſa moleſtari non poſſit. Rubr. LXIII.

CVM propter nouitates in noſtra Ciuitate téporibus retroactis occurſas, multis probatio defenſionis rerum immobilium ſuarum deficiat; ne ius deficiat, quamuis deficiat defenſionis probatio, & ne propter iniuſtám petitionem, ſcandali materia ſuſcitetur, pręſenti lege decernimus. Quod ſi quis pacificè, & quietè, ſine lite, & controuerſia in iudicio coram Iudice Poteſtatis noſtræ Ciuitatis ſibi de dicta re mota per citationes, libelli oblationem, & litis conteſtationem in dicta lite, & controuerſia in iudicio legitimè factas, ſiue inter abſentes, ſiue inter præſentes, aliquam rem immobilem per tempus quindecim annorum hactenus poſſidiſſet; et alio titulo non interueniente; auctoritate præſentis ſtatuti, ex nũc, prout ex tunc, per talem poſſeſſorem, ipſa res immobilis ſit præſcripta: nõ obſtante, quod in quocunq; contractu, ante dictum tempus quiudecĩ annorum, de ipſa re facto, appareret ipſum poſſeſſorem, ſe conſtituiſſe ipſam rem immobilem ſic poſſeſſam, alterius nomine poſſidere: nec ſuper reſtitutione ipſius rei ab aliquo moleſtari poſſit, vel ĩquietari, vel ipſa res vindicari. Et petens ipſam rem ſic præſcriptam ſibi reſtitui, in iudicio per iudicem non audiatur. Et ſi poſt dictum tempus quindecim annorum ipſa res in iudicio petita fuiſſet, reſtitui quandocunq; per citationes, libelli oblationem, litis contęſtationem, vel quodcunq; ipſorum factas ſuper petitione reſtitutionis dictę rei immobilis, ſic pręſcriptę, per quas citationes, libelli oblationem, litis conteſtationem, vel quodcunq; ipſorum, præſcriptio prædicta interrupta eſſe non intelligatur, nec ſit. Sed quoad interruptionem dictæ præſcriptionis, auctoritate præſentis ſtatuti, pro non factis habeantur, nec quo ad præſcriptionem completam dicte rei, in aliquo pręiudicent, ſiue obſtent, vlterius in dicta cauſa per Iudicem non audiatur, facta dicto Iudici quandocunque fide, in quolibet ſupraſcriptorum caſuum, de poſſeſſione ipſius rei per dictum tempus, quindecim annorum, & quod in ſuo apprętio ſit tempore litis mote. Prędicta autem locum non habeant, in bonis

immo-

immobilibus in dote datis, vel pro dote obligatis, nec in bonis immobilibus pupillorum, vel Cõmunis Ciuitatis Racaneti. Quod ſtatutũ, & contenta in eo vendicent ſibi locũ, a currẽtibus annis domini 1328. ind. vj. tempore domini Benedicti Papæ xiij.

De præſcriptione rei immobilis pacificè per tempus quindecim annorum poſſeſſæ. Rubr. LXIIII.

AD excitandum homines ad petendum res eorum immobiles, & ad negligentiam non petentium puniendum, præſenti lege ſtatuimus, quod ſi quis pacificè, & quietè ſine aliqua lite, vel controuerſia mota in iudicio coram Iudice Poteſtatis noſtræ Ciuitatis de dicta re, ſiue inter abſentes, ſiue inter præſentes, deinceps aliquam rem immobilem per tempus quindecim annorum poſſidebit, & in appretio ipſius apparebit, etiam alio titulo non interueniente; ipſam rem auctoritate præſentis ſtatuti præſcribatur. Si verò aliquam rem immobilem poſſediſſet in præteritum aliquo tempore, non tamen per quindecim annos completos ad præſens poſſidet, & in futurum poſsidebit, tanto tempore, quòd continuato, & computato tempore præcedenti cum futuro poſſederit per quindecim annos completos pacificè, & quietè ſine lite, & controuerſia mota in iudicio coram Iudice Poteſtatis noſtræ Ciuitatis de dicta re, & in appretio ſuo apparebit, completo tempore quindecim annorum, etiam titulo alio non interueniente, res ipſa ſit præſcripta. Quæ præſcriptio in quolibet ſupradictorum caſuũ, interrumpi poſsit ſolummodò per litis conteſtationem, & ſolutionẽ capitum ſol. factas ſuper petitione reſtitutionis ipſius rei, ſiue per pronũciationem Iudicis de dando tenutam ipſius rei, & ſolutionem capitum ſol. in caſu quo lis conteſtari non poſsit, per contumaciam poſſeſſoris, & non aliter. Petens verò dictam rem immobilem præſcriptam poſt præſcriptionem completam, ĩ quolibet ſupraſcriptorum caſuum ſibi reſtitui, in iudicio per Iudicem nullatenus audiatur, dummodò Iudici legitimè conſtet de poſſesſione per dictum tempus quindecim annorum, & quod ſit in appretio poſſeſſoris tempore litis motæ. Prædicta autem locum non habeant in rebus immobilibus in dote datis, & pro

ıote obligatis,neq; in rebus pupillorum', neq; Communis Ciuitatis Racaneti. Quod ſtatutum,& contenta in eo vẽdicent ſibi locum a cur rentibus annis Dñi 1328.ind.vj.tempore Domini Benedicti Papę xij.

De præſcriptione non numeratę dotis. Rubr. *L X V.*

QVia ſuper contractibus dotalibus ſolent communiter duę fieri obligationes, vna de cõfeſſione ex parte mariti, altera de promiſſione dotis, non obſtante confeſſione præmiſſa ex parte vxoris, accidit ſępę, quod inſtrumentum ſolutionis, ſeu numerationis dotis non apparet, ipſę dotes perduntur obſtante exceptione promiſſionis dotis non ſolutę. Quare in fauoré dotis ordinamus, quod ſi quis infra tempus quinquenij tacuerit, quod dotem ſibi promiſſam nõ petierit; ex tunc præſcriptum ſit exceptioni de dote nõn ſoluta ſibi competenti, & actioni, quam ex promiſſione dotis hẽbat. Ita quod nõ obſtãte inſtrumento obligationis dotis ſoluendę, poſſit conueniri ex prima obligatione, qua confeſſus fuit, ſe recepiſſe dotem, ac ſi repetens dotem inſtrumentum verę ſolutionis haberet.

De quęſtionibus ortis, & oriundis inter cõſanguineos, & affines. Rubr. *LXVI.*

PReſenti lege duximus ordinandum, quod ſi quo tempore contingerit eſſe, ac exoriri quæſtionem, vel litem, lites, vel quęſtiones quaſcunq; inter aliquos hoĩes, vel quaſcũq; perſonas Ciues huius Ciuitatis Racaneti tantùm adinuicem attinentes vſque in tertium gradum conſanguinitatis, vel affinitatis, computando gradum ſecundum ius canonicum, quacunq; re, iure, titulo, vel cauſa, quod ipſi teneantur dictã eorum litem, cauſam, & quęſtionem, vel lites, cauſas, & quęſtiones, de iure, & facto compromittere in duos eorum conſanguineos communes, vel ſi de eorum communi voluntate proceſſerit in duos communes amicos. Qui teneatur de iure, & de facto, dictam quęſtionẽ, & litem, vel quęſtiones, & lites cognoſcere, decidere, diffinire, & ſententiare ſummariè, ſine ſtrepitu, & figura iudicij: & ſi dicti duo non eſſent in concordia, quod tunc per Priores Populi dictæ Ciuitatis, qui pro tempore fuerint, adhibeatur, & eligatur tertius hõ communis non ſuſpectus, cum prædictis duobus. Qui eligendus vna cum prædictis duobus, & ipſi duo cum ipſo eligendo, dictam litem, & quęſtionẽ,

vel

vel lites,& quęſtiones,cognoſcant diffiniant,& decidant de iure,& de facto,ſummariè,& ſine ſtrepitu,& figura iudicij,omni iuris ſolemnita te,& ordine prætermiſſis, & omiſſis,infra ſpatium duorum menſium ad plus,ſub pęna dictis eligendis,dictas lites non terminātibus,& non diffinientibus infra dictum terminum, decem libr. pro quolibet ipſorum. Et omne illud,& quicquid per ipſos fuerit cognitum, ſententiatum,deciſum,& diffinitum de dicta lite,& quęſtione, vel litibus, & quęſtionibus oriundis inter huiuſmodi conſanguineos, & affines ſupradictos,plenam iuris obtineat firmitatem,& plenum robur, & executioni mandetur operis per effectum. Et Poteſtas dictæ Ciuitatis Raceneti,qui pro tempore fuerit,teneatur, & debeat prædicta facere executioni mandari,ſub pęna vigintiquinq; libr.rauēnę de ſuo ſalario,dicto Cōmuni integraliter perſoluendarū,ſi in prędictis fuerit negligēs, vel remiſſus. Sed ſi de ipſarum partium,aut alicuius ipſarum proceſſerit volūtate,quod dicta eorum quęſtio,lis,ſeu cauſa,quęſtiones, lites, ſeu cauſę per Poteſtatem Ciuitatis prędictę finiantur,& terminentur, quod Poteſtas qui nunc eſt,& pro tempore fuerit teneatur,& debeat, ad petitionē cuiuſcunq; petentis, de ipſis quęſtionibus, litibus,& cauſis cognoſcere ſummariè,& de plano ſine libello,ſeu petitione,& ſine ſtrepitu,& figura iudicij,omni ſolēnitate ordine,& ſubſtantialitate iuris omiſſis, & ipſas terminare, & diffinire de iure, infra terminum vnius menſis continui,a die qua fuerit ab eo petitum. Et quicquid per dictum Dominum Poteſtatem in prædictis, & circa prædicta factum fuerit, per partes obſeruari debeat, nec contra illo per partes, vel aliquam ipſarum aliquid fieri,licet peti poſſit, pęna contrafacienti xxv. libr. in quibus per Poteſtatem debeat condemnari. Volumus inſuper, quod ſi qualis quęſtio, vel diſcordia fuerit orta inter aliquos mercatores,vel de aliqua mercantia,vel dependenti ab ea, vel connexa; dicta quęſtio,lis,diſcordia,& differentia,debeat compromitti in duos amicos communes, eligendos per partes. Qui ſic electi teneantur,& debeant,cauſas cōpromiſſas cognoſcere, terminare,& finire infra dictū tempus ſub dicta pęna.

FINIS SECVNDI LIBRI.

RV-

RVBRICAE TERTII LIBRI SVPER MALEFICIIS.

DE modo, & forma procedendi ſuper maleficijs per accuſationem, & denunciationem. Rubrica 1.

De copia proceſſius mittenda ad cameram. Rubr. 2.

Quod fiat proceſſus ante excuſationem, & quod dilatoria exceptio ante litis conteſtationem non poſſit opponi. Rubr. 3.

De citatione accuſati, denunciati, vel inquiſiti, & quod nullus condamnetur, vt contumax niſi bis fuerit requiſitus. Rubr. 4.

De termino quinq; dierũ dãdo ad defẽsã cuilibet denũtiato accuſato, vel inquiſito. Rubr. 5.

Quod Poteſtas non recipiat ad excuſam reum, nec teſtes ad dicta, ſine Officiali ad hoc deputato, & quod ſentẽtiã nõ ferat, ſine præsẽtia duorũ ex Priorib. 6.

Quod non obſtante pace, ſuper delicto poſſit cognoſci. Rubr. 7.

Quod bannimentum in cauſis criminalibus habeatur loco citationis. Rubr. 8.

Quod Poteſtas de maleficijs commiſſis non poſſit cognoſcere in tempore ſui regiminis præcedentis Poteſtatis. Rubr. 9.

Quod in proceſſibus criminalibus cauſę, nõ poſſit fieri cõmiſſio, nec peti cõſilium ſapientis, & in quantum tempus debeãt proceſſum criminales expediri. 10.

Quod non poſſit infringi proceſſus crĩalis cauſę, rõne ſolẽnitatis omiſſę. R. 11.

De maleficijs commiſſis inter Terrigenã, & Forenſem. Rubr. 12.

Quod nullus rõne delicti ſibi ĩpoſiti poſſit ĩ palatio detineri, ſi vult dare fideiuſſores. R. 13.

De pęna Poteſtati, & eius Officialibus retinentibus aliquem in palatio occaſione alicuius maleficij, vltra tres dies. Rubr. 14.

De pęna Poteſtati cuius officij tẽpore aliquis detineretur in Palatio, vel alibi vltra quatuor dies pro teſtimonio perhibendo. Rubr. 15.

Quod nemo ante cõdẽnationẽ de delicto grauetur facere depoſitũ, vel dare pignora, ſi vult dare fideiuſſores, & quod Põtas poſſit delinquẽtes cõfinare. 16.

Quod filij familias, & puberes in iudicijs crĩalibus legitimã gerãt perſonã. 17.

De tormẽtis alicui nõ ĩferẽdis cã extorquẽdi cõfesſionẽ ſuper delicto. R. 18.

Quod contumax non comparens poſt notificationem ei factam, quod iuditia contra eum procedunt non audiatur. Rubr. 19

Quod contra teſtes in criminali cauſa receptos, tantum quatuor exceptiones opponi poſſit. R. 20.

Quod mulieres, & minores in delictis ad teſtimonium admittantur. Rubr. 21.

De teſtimonio ſocij delinquentis. Rubr. 22.

De

De pœna blaſphemãtis Deũ, Sacratiſſimã eius Matrẽ, et alios eius ſanctos. 23.
De non mittendo magnatam in Ciuitate Racaneti. Rubr. 24.
De pœna rumorẽ attentãtis, & delictorum tempore rumoris cõmiſſorũ. R. 25.
De pœna forenſis, qui tempore rumoris extra domum habitationis ſuę inuentus fuerit. Rubr. 26.
De pœna habentis in domo aliquod guarnimentum. Rubr. 27.
De pœna facientis conſpirationem, adunantiam, ligam, ſiue iuram. Rubr. 28.
De pœna opponentis ſe hominibus fraternitatis Populi trahentibus ad palatium Communis tempore rumoris. Rubr. 29.
De pœna offendentis aliquem, qui officium Prioratus exerceret, & verbum iniurioſum contra eos prorumperit. Rubr. 30.
De pœna præſumentis auferre vexillum Communis, & Populi ſeditionis tempore, vel rumoris. Rubr. 31.
De pœna contendentis de parte guelfa, vel gibellina. Rubr. 32.
De pœna offendentis Poteſtatem, vel eius Officiales, vel Baiulos Cõis. R. 33.
De pęna offendentis aliquem Officialem infra annum poſt depoſitum officiũ. 34.
De pęna homicidium committentis. Rubr. 35.
De pęna aſſaſinantis aliquem, & qualiter, quis puniatur vt aſſaſinus. R. 36.
De pęna baliſtantis, ſagiptantis, vel lanceantis contra aliquem. Rubr. 37.
De modo capiendi, & capi, & occidi faciendi malefactores, & prouiſione fienda capientibus, & occidentibus ipſos, & arbitrio Priorum circa prędicta. 38.
De prouiſione fienda capientibus, vel occidentibus aliquem de infraſcriptis malefactoribus. Rubr. 39.
De cuſtodiendo terrenum, & paſſus a malis hominibus. Rubr. 40.
De pęna auxiliantum, loquentium, & fauorem præſtantium exbannitis Communis Racaneti, & non capientium ipſos. Rubr. 41.
De pęna forenſiũ de ſua Ciuitate exititiorũ habitantium in noſtra Ciuitate. 42.
De modo, & forma inueſtigandi pro hominibus malę conditionis, & famę habitantibus in noſtra Ciuitate. Rubr. 43.
De pœna retinentium in domo, ſiue portantium arma guelfa, vel gibellina. 44.
De pęna ſtazzonariorum, & aliorum non trahentium ad capiendum malefactores, & de his qui præſtiterint eis ad euadendũ conſiliũ auxiliũ, & fauorẽ. 45.
De reimproperatione homicidij, & vulnerum. Rubr. 46.
De non reconciliando aliquem exbanditum, & condemnatum ad mortem, & de pęna proponentium, arẽgantium, & petentium. Rubr. 47.
De pęna illius, qui cartam falſam fecerit, & eius qui introduxerit. Rubr. 48.

De

De pęna illius, qui falſum teſtimonium tulerit, & eius qui introduxerit. R. 49.
De pœna illius, qui rem vendiderit duobus. Rubr. 50.
De pęna cancellantis, vel radentis ſtatutum, vel condemnationem. Rubr. 51.
De pęna illius, qui pręſumpſerit officialem corrumpere. Rubr. 52.
De pęna Scindici Communis negligenter, vel culpabiliter ſe gerentis. Rubr. 53.
De pęna adulterij ſtupri, & raptu viginum. Rubr. 54.
De pęna committentis inceſtum cum conſanguinea, affine, vel cõmatre. R. 55.
De pęna cognoſcentis monialem in monaſterio, vel extrà. Rubr. 56.
De pęna committentis lenocinium. Rubr. 57.
De pœna abſcindentium, vel debilitantium membrum. Rubr. 58.
De pęna enormiter percutientis cum armis, vel concuſſionem, & linorem carnis facientis, vel percutientis cum manica, vel pomo armorum, & de pęna percutientis cum armis in capite. Rubr. 59.
De pęna percutientis aliquem in facie cum armis. Rubr. 60.
De pęna percutientis aliquẽ cũ baculo, fuſte, lapide, cuſpide, cerbelleria, & his ſimilibus, & de pęna proijcientis lapides. Rubr. 61.
De pęna capientis aliquem per capillos, & proſternentis in terram; & quod moderatè percutiens ſine ſanguine, vel per capillos capiens impuberes, vel in vna familia exiſtentes, vel damna dantes, vel furta facientes, vel rixantes diuidentes non teneantur ad pęnam. Rubr. 62.
De pęna dilacerantis pannos alicui. Rubr. 63.
De pœna percutientis aliquem cum manu. Rubr. 64.
De pœna inſultantis aliquem cum armis, vel ſine. Rubr. 65.
De pęna inſultantis aliquem ad domum cum comitiua hominum armatorum. Rubr. 66.
De pœna amenantium manu vacua, vel cum armis. Rubr. 67.
De congregatione, ſeu conuenticula non facienda a quinq; hominibus ſupra, & eorum pęna. Rubr. 68.
De pęna dicentis alicui verba iniurioſa, & offendentis meretrices. Rubr. 69.
De pęna incendiarij. Rubr. 70.
De pœna frangentis domum, molendinum, vel casſinam alterius, & quod liceat capere furem nocturnum. Rubr. 71.
De pœna derubantis, & furtum facientis in ſtrata maris, & alibi. Rubr. 72.
De pœna facientis casſinam extra Caſtrum Portus. Rubr. 73.
De pęna furantis canem, columbos, & apes. Rubr. 74.
De pęna aucellantis cum ſcuto rubeo. Rubr. 75.

De pęna inuadētis poſſeſſionē alterius, vel turbātis aliquē ī ſua poſſeſſione. 76.
De pęna furantis lapides Communis. Rubr. 77.
De pęna cedentis actionem. Rubr. 78.
De pęna alienantis rem immobilem alicui non ſubiecto, vel non habitanti in noſtra iuriſdictione. Rubr. 79. (Rubr. 80.
De pœna laborantis terrā extrà diſtrictū noſtræ Ciuitatis poſitā, vel intra diſtrictum cuius dñs, vel poſſeſſor recuſet ſoluere collectas per noſtrū Cō. īpoſitas.
De pęna illius, qui Ciuitatem dimiſerit tempore guerrę. Rubr. 81.
De pęna illius, qui domum deuaſtauerit cauſa mercandi. Rubr. 82.
De pęna trahentis terminum, vel ſemitam. Rubr. 83.
De pęna illius, qui præſumpſerit actionem acquirere in bonis alterius. R. 84.
De modo portandi ornamenta mulierum. Rubr. 85.
De pœna tripudiantium, & haſtiludentium contra formam ſtatutorum, & de aurificibus conuocandis, quando dubitatur de valore, vel pōdere argenti, vel auri, poſiti in ornamentis mulierum. Rubr. 86.
De pœna excedentium in luctu mortis tempore alicuius, & deferentium cereos vltra numerum. Rubr. 87.
De pœna cauantis iuxta vias publicas. Rubr. 88.
De pęna proijcientis immunditiā in ſtratis locis publicis, & Eccleſiis. R. 89.
De pęna proijcientis immūditiā propè portas. De officio Notariorū cuſtodię cōtra deuaſtantes fortilitias Communis. Rubr. 90.
De proijcientibus immunditiam, & cauantibus in mercatali Communis. R. 91.
De pœna habentis vxorem, & amaſiam. Rubr. 92.
De pœna habentis duas vxores. Rubr. 93.
De pœna publicarum meretricum habitantium in Ciuitate, & burgbis, vel iuxtà foſſum Communis. Rubr. 94.
De pœna vendentis piſces, & ementis contra formam Statutorum, & eorum extimationē, ſeu valorē. Rubr. 95.
De pœna facientis fractam, lacum, vel foueam in ſiluis Communis ſine licentia Dominorum Priorum. Rubr. 96.
De pœna deuaſtantis panteriam alterius. Rubr. 97.
De pęna extrahentis de noſtro territorio pinguia. Rubr. 98.
De pœna extrà diſtrictum Ciuitatis euntis ad triturandum frumentum. R. 99.
De pœna Hiſtrionū, & buffonū eūtiū per aras pro impetrando frumentum, aut ad nuptias non vocati. Rubr. 100.
De pęna ferētis ferrum lanceę ante ſe, & non euntis per Ciuitatem ante currū,

&

vel deſerentis ligna per tranſuerſum. *Rubr.* 101.

De pena laboratorum non laborantium terram alienam. *Rubr.* 102.

De pena vendentium territorium poſitũ in quinta ſenaita verſus Caſtrum montalium, & Varchum Marchiſiang. *Rubr.* 103.

De pena vendentis domum, plateam, terrã, vel foueam iuxtà quam aliquis tenet a duobus. *Rubr.* 104.

De pena non deſerentis vinũ cũ barile bullato tẽpore vindemiarũ Rubr. 105.

De pena capientis equos alienos. *Rubr.* 106.

De pœna vendentis Incenſum, ſiue Thus contrafactum. *Rubr.* 107.

De pena illius qui exiuerit aliunde, quàm per portas, vel palangatum, vel trauatam deuaſtauerit. *Rubr.* 108.

De pena illius, qui inuaſerit, ſeu apprehenderit tenutam datam. *Rubr.* 109.

De pena illius, qui reſtiterit, ſiu parauerit nuncio Communis. *Rubr.* 110.

De pœna illius, qui reuelauerit credentiam. *Rubr.* 111.

De pena committentis crimen leſe maieſtatis contra noſtram Ciuitatem, & eius qui tentauerit vt aliquis in priuatum carcerẽ deducatur, & premium vendicantis huiuſmodi delictum. *Rubr.* 112.

De pœna non referentium aliquem tractatum, qui eſſet contra pacificum ſtatũ, Communis & Populi Recaneti. *Rubr.* 113.

De pena ludentiũ ad ludum azardi. *Rubr.* 114.

De pena arma portantis. *Rubr.* 115.

De pena currentis cum arma ad rixam, & proijcientis lapidem in rixa. R. 116.

De pœna mandantis, vel hortantis maleficium committi. *Rubr.* 117.

De modo, & forma relaxandi carceratos in die veneris Sancti. *Rubr.* 118.

De modo, & forma concedendi licentiam portandi arma defenſibilia. R. 119.

De pœna popularis ſi decumbentis pro non populari. *Rubr.* 120.

De pena illius qui inuentus fuerit poſt tertium ſonum campanæ. *Rubr.* 121.

De pœna delictorum de nocte commiſſorũm. *Rubr.* 122.

De pœna offendentis aliquem in ſtrata magna. *Rubr.* 123.

De arbitrio Poteſtatis, & Officialium in bandis mittendis, & bannis imponẽdis inobedientibus. *Rubr.* 124.

De pœna facientium ſe innouari de aliqua re quam alius habuerit in emphyteoſim. *Rubr.* 125.

De pœna committentis aliquid turpe, & inhoneſtum in die feſti Sacratisſimæ Virginis de Laureto. *Rubr.* 126.

De

De pęna ementis vinum forenſe cauſa Nauigandi. Rubr. 127.
De pęna Carrarij vehentis vinum extrà territorium noſtræ Ciuitatis. Rubr. 128.
De pęna portantis pannos debito breuiores. Rubr. 129.
De pęna ſeducentis, vel deuiantis alterius coniunctam. Rubr. 130.
De pęna Baiuli vendentis, vel pignorantis pignora, & creditoris, vel emptoris recipientis ea. Rubr. 131.
Quod currens ęquum exclamans ter guarda guarda excuſetur. Rubr. 132.
De pęna laborantis die ſabbati poſt ſonum campanę magnę Communis. R. 133.
De animalibus non vendendis in platea Communis. – Rubr. 134.
De pęna ludentis ad ludum cartarum. Rubr. 135.
De pęna dannum paſſo iniuriantibus. Rubr. 136.
De pęna mallificiorum in quibus non eſt certa pęna determinata. Rubr. 137.
De pęna incidentis vineam, vel arbores fructiferos. Rubr. 138.
Quod Rector teneatur ſingulis menſibus de proceſſibus ſuis ſ. ntentias ferre, & quod in condemnationibus plura capita continentibus, declaret quantitates ſingulas pro ſingulis delictis. Rubr. 139.
Ne abolitio peti poſſit ſuper accuſationibus, & de pęna non probãtis accuſatioñe. Rubr. 140.
De pęna parãtis, ſeu dãtis venenũ, & rẽ aliã in aliquo vaſę imittẽtis. R. 141.
De pęna eripientis aliquem de manibus curiæ, & familię Poteſtatis. R. 142.
De pęna occidentis, v. l vulneratis animal alterius. Rubr. 143.
De pęna permittentis ire Porcos per Ciuitatem ſine cuſtode. Rubr. 144.
De pęna emẽtis aĩal, vel rẽ prędatã poſt bãnimẽtũ factũ, qd nullus emat. R. 145
Quibus diebus iudei mancãt in occulto. Rubr. 146.
De pęna Iudei intrantis palatiũ Poteſtatis, niſi certo tempore. Rubr. 147.
De pęna dantis de ſerò comedere ſęnatoribus. Rubr. 148.
Quibus operarijs dentur expenſę, & quibus non. Rubr. 149.
De executione ſummaria. Rubr. 150.
Quod omnia bona delinquentis a tempore commiſſi delicti ſint obligata Communi. Rubr. 151.
Quod domus non deuaſtetur, vel depopulatio fiat rõne commiſſi delicti. 152.
Quod in delictis filiorum pater teneatur vſq; ad quantitatẽ legitimę eis debitę. Rubr. 153.
Quod fideiuſſor repręſentãs principalem in delictis ſit a fideiuſſione liberatus. Rubr. 154.

De

De beneficio pacis ſuper maleficijs conceſſo. Rubr. 155.
De beneficijs conceſſis ſoluentibus condemnationem infra tempus xv. dierum, & delictum confitentibus. Rubr. 156.
Quod omnes condemnationes, & banna facta contra exititios dictæ Ciuitatis ſint caſſę, & irritę, & de pęna impoſita Poteſtati contrafacienti. Rubr. 157.
De modo, & forma ſeruanda in caſſationē condemnationum, & de pęna arrengantis, vel proponentis caſsatione poſt partitum perditum. Rubr. 158.
De pœna Officialium, & aliorum conductorum, & ſalariatorum a Communi, ſine licentia ſe abſentantium. Rubr. 159.
De electione, & officio damnorum datorum. Rubr. 160.
De damnis datis perſonaliter ſine beſtijs. Rubr. 161.
De pęna damnum dantis perſonaliter in horto. Rubr. 162.
De pęna damnum dantis in arboribus fructiferis bactendo fructus arborum pro beſtijs. Rubr. 163.
De pęna damnum dantis in glandibus. Rubr. 164.
De pęna colligentis agreſtas, & vuas. Rubr. 165.
De pęna metentis granum, vel ouos exportantis. Rubr. 166.
De pęna deferentis herbas de fenarijs ſuis, vel alienis certis temporibus, & damnum dantis in eiſdem cum beſtijs groſſis. Rubr. 167.
De damnis dantis cum animalibus, & eorum punitione, & per quos debeat emēdari damnū ſi non reperitur dans damnum, et quod dominus teneatur pro ſuo pactuali bubulco non exiſtente ſoluendo. Rubr. 168.
De pœna ducentis, vel paſculari facientis beſtias minutas per mageſes alienas Kalendis Septembris impoſterum. Rubr. 169.
Quod non liceat giſſare vltra duos modiolos terrę, & de pęna dantis damnum in eā. Rubr. 170.
De pęna paſculantis in prima, ſecunda, vel tertia ſenaita cum porcis vltra numerum v. porcorum. Rubr. 171.
De custodibus faciendis ſuper denunciationē damnum dantium. Rubr. 172.
De modo, & forma procedendi ſuper damnis datis. Rubr. 173.
Quod in damnus datis pęne integraliter perſoluentur. Rubr. 174.

FINIS.

INCIPIT TERTIVS LIBER SVPER MALEFICIIS.

De modo, & forma procedendi ſuper maleficijs per accuſationem, & denunciationem. *Rubrica I.*

DE omni delicto commiſſo Poteſtas, ſeu Rector, vel Vicarius, ſeu Iudex ad maleficia deputatus cognoſcere, & ſententiare poſſit, & valeat cuiuſcunque ipſis pęna deberet imponi, diebus feriatis, & non feriatis, per modum accuſationis, & denunciationis. Per inquiſitionem autem procedere poſſit Poteſtas, ſeu Officialis in caſibus inſertis hoc ordine videlicet, quod contra eũ, contra quem inquirere intendit, inquiſitionem formet qua formata, & copia proceſſus mittenda ſcrineario Cõmunis, eum citari faciat per baiulos Communis ſecundum formam ſtatuti infra poſiti ſub rubrica, quod nullus condamnetur, vt contumax, niſi fuerit bis requiſitus, pręcedente fama, vel nõ pręcedente, de delicto, ſeu delictis, de quibus inquiritur cum denunciatione, vel ſine. Nec poſſit inquiſitus petere copiam famę, de his de quibus procedetur, vel proceſſus formabitur contra eum, & ſi petierit ante formationẽ proceſſus, in ipſa formatione, vel poſt dari ſibi nõ debeat, nec ſuper dicta petitione, quomodolibet audiatur, lege, vel ſtatuto loquente in contrarium non obſtante. Quo citato, vt ex forma ſtatutorum inferius declaratur, procedatur. Caſus verò de quibus per inquiſitionem procedi poſſit, ſunt de omnibus, & ſingulis maleficijs commiſſis in Palatio Communis, vbi ipſe Dominus Poteſtas cum ſua familia reſidentiam facit in habitando, & ius reddendo. Et de omnibus maleficijs coram eo, & ſuis Officialibus, vbicunque commiſſis, pręter quam de verbis iniurioſis, de quibus procedere poſſit ſecundum formam traditam a ſtatuto infra poſito, ſub rubrica de pęna dicentis alicui verba iniurioſa. Item de homicidio, falſitate quocunque modo commiſſis, furto, rubaria, aſſaſinatu, raptu mulierum, virginum, & aliarum, de malefi-

ficijs enormibus de percuſſionibus cum armis cum ſanguine, vel ſine ſanguine, de incendio, inciſione vinearum, & arborum fructiferarum; & de omnibus maleficijs nocturno tempore commiſſis; & de omnibus maleficijs in rixa quomodocunq; commisſis; & de maleficijs perſonalibus, & offenſionibus alicuius, vel aliquorum commiſſis, vel committendis, dummodo perſona offenſa ſit tacta offendentis manu, pede, vel armis, de blaſphemãtibus Deum, vel ſanctos ſecundum formã ſtatuti infra poſiti, ſub rubrica de pęna blaſphemantis Deum, & ſanctos. De ludo taxillorum, vel alio ludo prohibito. Et in omnibus maleficijs ex quibus reſultaret pęna ſanguinis, & a decem libr. ſupra. De maleficijs verò ex quibus, ſiue ex quo reſultaret pęna decem libr. vel minus, niſi in aliquo de ſupradictis caſibus nullo modo poſſit inquirire, nec etiam de adulterio, niſi ſecundum, quod patet per formam ſtatuti poſiti ſub rubrica de pęna adulterij. Hoc etiam addito, quod de omnibus, & ſingulis maleficijs, exceſſibus, & delictis, de quibus contra maſculum procedi poteſt, etiam valeat contra mulierem procedi; de adulterio tamen non poſſit contra mulieré procedi, niſi per accuſationẽ inſtitutam per eos, vel aliquem ex ijs, quibus per formam noſtrorum ſtatutorum de tali delicto liceat accuſare.

De copia proceſſus mittenda ad Cameram. Rubr. II.

NE maleficia remaneant impunita, & homines de iniurijs eis illatis iuridicè vlciſci valeant; ſtatuimus, & ordinamus nè proceſſus occultetur, quod quilibet Poteſtas, qui nunc eſt, & pro tempore fuerit, & eorum Iudices teneantur, & debeant ſub pęna pręſtiti ſacramenti, & centum librarum de eorum ſalario eiſdem per Scindicatores eorum tempore eorũ ſcindicatus auferenda, mittere infra tertiam diem copiam accuſationum, inquiſitionum, & denunciationum, & ante quam pars, ſeu delinquens, vel delinquentes citentur ad excuſam, & ſe excuſent de maleficijs per dictos delinquentes commiſſis, & cõtentis in accuſationibus, inquiſitionibus, ſeu denũciationibus; excepto de damnis datis, & extraordinarijs, de quibus accuſationis copiam mittere non teneantur, niſi pęna de dicto extraordinario delicto reſultaret a centum ſol. ſupra

quo

quo caſu tũc teneatur ut ſupra, mittere copiam camerę, prout de alijs maleficijs. Et ſi caperetur malefactor , antequam idem malefactor ſe excuſet , teneatur mittere copiam de maleficijs , de quibus proceditur,quomodocunq;,& qualitercunque,contra dictum malefactorem;quas copias ſcriptas manu notarij maleficiorum Domini Poteſtatis, qui pro tempore fuerit de verbo, ad verbum prout in accuſationibus,inquiſitionibus,& denunciationibus continetur, mittere teneantur,& dare debeant, ſcrineario , ſeu conſeruatori iurium Communis Racaneti infra terminum ſupra contentum. Et ſcrinearius , ſeu conſeruator iurium Communis teneatur, & debeat dictas copias ſibi trãſmiſſas conſeruare,& fideliter retinere;nec permittere,quod in ea vlterius aliquid addatur, minuatur, vel mutetur abſque conſenſu, & deliberatione Dominorum Priorum, qui erunt pro tempore , & in fine officij Poteſtatis,& ſuorum Officialium aſſignare,& demoſtrare,vt prędicti Scindicatores videre poſſint vtrum proceſſus ſint expediti , vel non, & ſi de dictis proceſſibus factę ſunt condemnationes, vel abſolutiones,nec ne. Et ſi dictus ſcrinearius,ſeu conſeruator iurium Communis negligens fuerit in prędictis, pęnam decem libr. incurrat.

Quod fiat copia proceſſus ante excuſationem,& quod dilatoria exceptio ante litem conteſtatam non poſſit opponi. Rubr. III.

SI contra aliquem proceſſum fuerit per inquiſitionẽ, accuſationem, denũciationẽ,vel alio modo; ipſi cõparenti, & copiam proceſſus ante excuſationẽ petẽti, accuſationis,denunciationis,& inquiſitionis copiã fieri iubemus, & in ſcriptis dari: exceptis falſitate,homicidio,rubaria, furto, proditione,aſſaſſinatu, incẽdio,inciſione arborum fructiferorum, in quibus caſibus ante excuſationem copiã non fiat: in alijs verò Iudex, vel Notarius dare teneatur,& tranſcribi permittat, ſeu exemplari; & ſi contra fecerit, incurrat pęnam , qua ipſę reus eſſet condemnandus, quod ſi ad denunciationẽ alicuius inquiſitio procederetur, vel formaretur,niſi in caſibus ſupradictis copia nominis denunciatoris,& ipſius denunciationis detur:& nulli ſit licitum denunciare , niſi illi ad quem ſpectat iniuria,exceptis populãribus,&publicis criminibus. Et ne pro

ceſſus propter obiectum exceptionum dilatoriarum valeat retardari; ſtatuimus,& ordinamus,quod nulla exceptio dilatoria, declinatoria, ſeu peremptoria cuiuſcunque generis,tàm iuris, & intentionis, quàm facti,quę in cauſa quacunq; criminali, mera, vel miſta opponeretur per aliquos,ſeu aliquem corã noſtro Poteſtate,Iudice,ſeu alijs noſtris Officialibus impediat, vel retardet litis ingreſſum, litis conteſtationem,ſeu excuſationem ipſorum,contra quos procederetur per inquiſitionem,denunciationem,ſeu accuſationem; & ſi aliqua ipſarum opponeretur,tunc ipſis non obſtantibus Poteſtas, Iudex,ſeu alius Officialis coram quo opponeretur,poſſit,& valeat,ac teneatur,& debeat ad vlteriora cauſę,ſuper proceſſu prędictæ accuſationis,denunciationis, ſeu inquiſitionis,quę facta,vel formata,vel producta fuiſſet contra eũ procedere,ipſis exceptionibus oppoſitis,non obſtantibus, ſine aliqua alia pronunciatione. Sed ſi oppoſitę fuiſſent ſint, & eſſe intelligantur reſeruatę in proceſſu cauſę,& poſt litis conteſtationem, ſeu excuſationem ipſius,& vnà cum negocio principali examinentur, & terminentur; lege aliqua canonica,& ciuili; ſtatuto,& ordinamento, ſeu cõſtitutione in contrarium loquentibus non obſtantibus.

De citatione accuſati, denunciati, vel inquiſiti; & quod nullus condemnetur, vt contumax niſi bis fuerit requiſitus. *Rubr.* *IIII.*

NVLLVS vt contumax condemnari poſſit de aliquo delicto, qđ diceretur per eũ cõmiſſo, niſi bis ad minus fuerit requiſitus perſonaliter, vel ad domũ hĩtationis ſuę ſi ciuis fuerit, & hĩtator noſtræ Ciuitatis per Baiulũ Coĩs, qui hẽatur pro vero, baiulo ſi publicè baiulatus officiũ exerceret. Si verò fuerit forẽſis nõ habitans in noſtra Ciuitate, vel diſtrictu, nõ condemnetur niſi bis fuerit requiſitus per bannitorem Coĩs in ſtrata publica ante palatium Coĩs ſono tubę, præmiſſo præſente Notario maleficiorum, & legente cauſam, ſeu delictum ſuper quo proceditur cõtra ipſum: inter quas requiſitiones ſemper interueniat ſpatium duorum dierum ad minus, de qua requiſitione, ſeu requiſitionibus ſtetur relationi dicti baiuli Coĩs, quam dixerit ſe feciſſe in præſentia alicuius perſonę infra quas

dila-

dilationes,ſeu poſtea,& infra terminũ in bãnimẽto infraſcriptũ, ad allegandum aſſignatum,ſi reus comparuerit volens ſe excuſare,eius excuſatio admittatur,& poſſit acta quęque facere, & producere, & alia facere in termino dicti bannimenti, quę fieri poterant ante quam fieret dictum bannimentum: dũmodò non ſe tantum arctet,quod de maleficio conſtare non poſſit infra tempus ſtatutum ad proceſſum expediendum. Si verò contingerit dictum reum inquiſitum,denunciatum, ſeu accuſatum de quocunque maleficio, ſeu delicto citari per binas literas,vel cedulas,vel per bannitorem Communis,vt dictum eſt,ſecundum formam noſtrorum ſtatutorũ,& non comparuerit ipſę, vel alius pro eo legitimè ad ſe excuſandum de delicto, de quo contra ipſum proceditur,& ſe a denunciatione, inquiſitione, ſeu accuſatione contra eũ formata,ſeu facta non excuſauerit,& idoneę non cauerit,ſeu detentus non extiterit,ſecundum delicti qualitatem,ſeu contumax fuerit, vſq; ad lapſum,ſeu finem termini in bannimento ad allegandum appoſiti. Quod bannimentum fieri debeat cum termino quinque dierum per bannitorem dicti Communis, mandato dñi Poteſtatis, ſeu ſuorum Iudicum,vel Officialium: in quo citatio, & vocatio accuſati, inquiſiti, vel denunciati,aut in banno poſiti per dictum Poteſtatem,& ſuam curiam occaſione alicuius maleficij,ſeu delicti vt compareant ad ſuas defenſiones,& allegationes faciendas ſecundum formam ſtatuti poſiti infra ſub rubrica, quod bannimentum in cauſis criminalibus habeatur loco citationis,quod ab illinc in poſterum elapſo termino dicti bannimenti non audiatur volendo ſe excuſare,nec etiam admittatur,& ſi admiſſus fuerit non valeat,nec teneat;ſed habeatur ex tunc in antea elapſo termino dicti bannimenti,pro confeſſo,conuicto, atq; teſtibus ſuperato, verè,& non fictè,& ac ſi de maleficio legitima confeſſione, ſeu probatione conſtaret. Et quod elapſo termino dicti bannimenti facti, de eo contra quem proceditur per inquiſitionem,denunciationem,ſeu accuſationem,de quocunque delicto,ſeu maleficio nominatim, ſeu generaliter,ſine expreſſione ipſius nominis dicendo,quod accuſati, denunciati,ſeu inquiſiti compareant, poſsit,& valeat inquiſitus, denunciatus,vel accuſatus condemnari,ſine aliqua alia citatione,ſeu requiſitione de eo facienda perſonaliter,vel ad domum ad ſententiam audiẽdam,vel ad alium actum. Et hęc etiam locum habeant in his, qui comparent,& ſe excuſarent, quod elapſo termino banni prædicti fiendi de

eis nominatim, vel ſub nomine appellatiuo accuſatus, inquiſitus, vel denunciatus, poſſint, & valeant etiam condemnari ſine aliqua alia citatione. Et Notarius maleficiorũ pęna x. libr. de ſuo ſalario, teneatur, & debeat ſemper, quãdo facit citare aliquem pro aliquo maleficio, cedulam dare baiulo, qui citet eum in ſcriptis; in qua ſcriptũ ſit nomen illius, qui eum accuſat, vel denunçiat; cauſa quare citatus, vel inquiſitus eſt, cum toto tenore, & effectu delicti, ſeu maleficij, de quo eſt accuſatus, denunciatus, vel inquiſitus; & dictam cedulam ei, vel ad eius domum dimittat.

De termino quinque dierum dando ad defenſam cuilibet denunciato accuſato, vel inquiſito. Rubr. V.

ITEM ſtatuimus, quod Poteſtas Ciuitatis Racaneti, qui pro tempore fuerit, teneatur, & debeat cuilibet accuſato, denunciato, vel inquiſito de aliquo maleficio in ſua curia, terminum quinque dierum dare, poſt eius excuſam ad ſuam defenſionem faciendam; nec dicto termino poſſit renunciari; quod locum habere volumus in his, qui comparuerint, & ſe excuſauerint ab eorum accuſis, & proceſſibus; & non qui fuerint contumaces: quæ non vendicent locum in latronibus, & furibus nocturnis, inſidiatoribus ſtratarum, aſſaſſinis, proditoribus, & damnis datis, pręſentibus, & futuris.

Quod Poteſtas non recipiat ad excuſam reum; nec teſtes ad dicta, ſine Officiali adhoc deputato, & quod ſententiam non ferat, ſine præſentia duorum ex Prioribus. Rubr. VI.

ITEM volentes tollere ſuſurrationes, quę de noſtris Officialibus ſępę exoriri cōtigūt, ſtatuimus, quod Poteſtas Ciuitatis Racaneti, qui pro tempore fuerit, & eius curia, nō debeat, nec poſſit aliquē accuſatum, denūciatum, vel inquiſitum de aliquo maleficio recipere ad excuſam, nec etiam ad torturam ponere, nec etiam teſtes contra ipſum ad dicta recipere, vel examinare ſine præſentia Officialis ad hęc deputati per Conſilium Priorum, & ducentorum Populi Ciuitatis Racaneti. Qui Notarius debeat de dictis excuſationibus, & teſtium atteſtationibus librum facere, & ea in publicam formam redigere, & Cōmuni relinquere in fine ſui officij. Et ſi dubium eſſet, ſeu quęſtio eſſet de dictis excuſationibus, & atteſtationibus, & receptionibus, credatur, & ſtetur ſcripturæ dicti Officialis, abſq; alia probatione, non obſtante alia ſcriptura in contrarium apparente. Item quod dictus Poteſtas non poſſit, nec debeat cōdemnationes, & ſententias ferre de ſuis proceſſibus, accuſationibus, & denunciationibus, abſq; præſentia duorum ex Prioribus Populi Ciuitatis Racaneti; quod ſi contrafecerit in quolibet dictorum caſuum incurrat pęnam centum libr. den. de facto ſibi auferendam pro qualibet vice in quolibet caſuum prędictorum.

Quod non obſtante pace, ſuper delicto poſſit cognoſci. Rubr. VII.

PAX facta, ſeu fienda inter aliquos rata ſit, & firma inter ipſas partes, ita tamen quod non obſtante pace, ſuper delictis, ſuper quibus pax facta fuerit, accuſatio poſſit recipi, & de ipſis delictis inquiri in caſibus a ſtatuto permiſſis: reſeruato tamen beneficio pacis ipſis pacem facientibus. Nullus tamen audeat, vel pręſumat facere contra pacem per eū factam cum aliqua perſona, facto, vel opere, directè, vel indirectè, palàm, vel occultè, ſub pęna dupli eius, quod continetur in ſtatuto dicti Communis de quocunq; delicto.

Quod

Quod bannimentum in cauſis criminalibus habeatur loco citationis. Rubr. VIII.

VT proceſſus, & ſententię in cauſis criminalibus liberius, & expeditius propter vtilitatē puniendi delicti valeant expediri, hac conſtitutione firmamus, quod in omnibus cauſis maleficiorum, & damnorū datorum ſufficiat abſq; alia citatione baiuli ad ſententiam audiendam, vox pręconis in locis conſuetis banniri, vocantis nominatim generaliter, & appellatiuo nomine, accuſatos, inquiſitos, vel denunciatos, aut in banno poſitos, vt veniant ad ſuas defenſiones, & allegationes faciendum, copiā actorum habere volentes accipiendum, aut etiam ad ſententiam audiēdam, partes requirentis, & monētis publicè ſono tubę præmiſſo. Quæ vocatio, admonitio, & requiſitio, habeatur pro vera, & legitima citatione, tanquam ſi facta eſſet oretenus tribus edictis, & peremptoriè.

Quod Poteſtas de maleficijs commiſſis non poſſit cognoſcere, niſi tempore ſui regiminis, vel regiminis pręcedentis Poteſtatis. Rubr. IX.

DE maleficijs tempore ſui regiminis, & de commiſſis tempore regiminis Poteſtatis proximè præcedētis, de quibus cognitum non fuerit Poteſtas, & eius Officiales cognoſcere, & ſententiare poſſint; de maleficijs verò commiſſis pręterito tempore ante regimen Poteſtatis proximè pręcedentis, cognoſcere, vel condēnare non poſſit. Niſi de maleficijs in appręhenſione rerum, & poſſeſſione Communis, in homicidio, incēdio, furto, rapina, inciſionum arborum, & vinearum, & non laborantibus terram alienam ſecundum formam capituli, & de crimine leſę maieſtatis contra Ciuitatem commiſſo, falſitate, & aſſaſinatu. Exceptis proceſſibus pendentibus pręcedentium regiminum inceptis per ipſos rectores, vel aliquē ipſorum, qui non eſſent ſententijs terminati, vel finiti, vel annullati eſſent ratione appellationis, vel alia quacunq; cauſā per quēcunque Officialem, vel Iudicem, in quibus Rector, Iudex, ſeu Vicarius procedere, cognoſcere, ſeu diffinire poſſit, vel reiterationē facere, prout in ſequenti ſtatuto continetur.

Quod

Quod in proceſſu criminalis cauſę non poſſit fieri commiſsio, nec peti Conſilium ſapientis, & infra quantum tempus debeant proceſſus criminales expediri. Rubr. X.

COMMITTERE, vel Conſiliū hēre in cā criminali, ſeu proceſſu tàm ī ipſa principali cauſa, quàm in alia incidēti, vel emergēti quęſtione, Poteſtas, & Officiales nō attentēt, ſed per ſe ipſos ipſas cās criminales principales, incidētes, ſeu emergentes diffiniant, & determinēt: quod ſi cōtra factū fuerit, Poteſtas in 50. libr. Et Iudex in xv. libr. pro uice qualibet cōdānetur. Et cōmiſſio facta, & quod ex ea ſecutum eſſet, non valeat. Et quod oēs proceſſus, & cauſę criminales cuiuſcūq; conditionis exiſtant, ſiue per modū accuſationis, vel denūciationis fuerint inſtituti, ſiue incepti corā poteſtate, ſeu aliquo Iudice dictæ Ciuitatis, cognoſci, finiri, & terminari debeant per ipſum Poteſtatē, Iudicē, ſeu cognitorē cauſę per diffinitiuā ſñtiam infra xl. dies continuos, computandos a die inſtitutę accuſationis, ſeu incepti proceſſus, condēnando, vel abſoluēdo Exceptis cauſis, & proceſſibus, in quibus aliqua incidēs, vel emergēs præiudicialis quęſtio incideret; quod tēpus de quo ipſa incidēti, vel emergēti quęſtione, cognoſcitur, in dictis xl. diebus nō debeat cōputari, dūmodo vltra alios triginta dies, vltra dictū tempus xl. dierum, nō excedat, & hoc in meris criminalibus cauſis locū hēre cenſemus. In alijs verò criminalibus cauſis miſtis cū ciuilibus, tēpus duorū menſiū, ad ipſas cognoſcēdum, & terminandū duximus ſtatuendum, poſſeſſionū aūt quęſtiones, & lites alicuius rei immobilis, quam quęlibet pars diceret ſe poſſidere, infra triginta dies, per Officiales dictæ Ciuitatis coram quibus quęſtio verteretur, cognoſci debeant, & fine debito terminari. Poteſtas verò, vel quilibet alius Officialis dictæ Ciuitatis, qui de huiuſmodi cauſa cognoſceret, ſi in prædictis, vel aliquo prædictorū inuentus fuerit negligens, vel remiſſus, puniatur, & condamnetur in quinquaginta libr. Communi prædicto, & teneatur, & debeat omne damnū, & intereſſe reficere dicto Cōi. Et nihilominus ad hoc vt rōne alicuius defectus delicta nō remaneāt īpunita, ſtatuimus, quod ſi cōtīgerit aliquē proceſſū criminalē, nō eē expeditū īfra tēpus ſupra ſtatuto Racaneti pręfixū, quod ipſę Pōtas, vel eius ſucceſſor, tēeatur, dēat,

& poſſit, & ſibi

ſibi liceat dictum proceſſum proſequi, vel reiterare, prout ſibi melius viſum fuerit, ita quod delictũ, de quo proceditur, reperta veritate nõ remaneat impunitum, & quod poſſit, quam vult dictarum viarum aſſumere, & eligere; & nihilominus vna electa ad aliã redire, & ipſis vijs, vel altera earum ſimul, & diuiſim, ſeu de perſe vti, prout ſibi melius viſum fuerit pro expeditione prædictorum aliquo; iure, ſeu lege, vel ſtatuto in contrarium loquente non obſtante: & nihilominus ipſę Poteſtas licet in ſupradictam pęnam inciderit teneatur, proſequi, & expedire dictum proceſſum infra tantundem tempus.

Quod non poſſit infringi proceſſus criminalis cauſę ratione ſolemnitatis omiſſę. Rubr. X I.

NE ratione ordinis iudiciarij, ſeu ſolemnitatis omiſſę delinquentes pęnas delictorum euadant; pręſente declaramus ſtatuto, vt in cauſis criminalibus cuiuſcunque conditionis, vel ſummę pęnę deberent imponi pecunialiter, vel perſonaliter; proceſſus, sẽtentię, interlocutiones, ſeu condemnationes non poſſint annullari, infringi, ſeu modo aliquo periclitari ratione iudiciarij ordinis omiſſi, ac etiam ſolemnitatis, & ſubſtantialitatis iuris, vel facti: ſed ſolummodò reperta veritate negocij, & quod de delicto cõſtet, Poteſtas huius Ciuitatis, & eius officiũ poſſit, & valeat procedere ad condemnationẽ non obſtãte, quod iudiciarius ordo ſeruatus non fuerit, & ſolẽnitas, & ſubſtantialitas omiſſa fuerit, quod prætextu ſolemnitatis, & ſubſtãtialitatis omiſſę, proceſſus aliquis, vel ſententia non valeat modo aliquo impediri, ſed ſententię cõdemnatorię in prędictis, & ſuper prædictis latę, valeant, & teneant, & plenã obtineãt roboris firmitatẽ, ac ſi pręceſſiſſet proceſſus legitimus, & in eo fuiſſent ſeruatę oẽs ſolemnitates, & ſubſtantialitates, & ordo iudiciarius, quę a iure canonico traduntur, vel etiam a iure ciuili, vel ex forma alicuius ſtatuti dictæ Ciuitatis, vel conſtitutione Curię generalis. Et idẽ dicimus, & locũ hẽre volumus in proceſſibus criminalibus, qui formati eẽnt, vel ĩpoſterũ formarẽtur contra aliquos, vel cõtra aliquas, vel procederetur per accãtionẽ, denũciationẽ, ſeu ĩquiſitionem in contumaciam ipſorum, quod factis citationibus, ſeu ex bannimen-

mentis,contra eos,contra quos de aliquo delicto procederetur ſecundum formam ſtatutorum noſtrorum,terminis ipſarum citationum,ſeu ex bannimentorum elapſis, habeantur tales, contra quos procederetur,pro confeſſis,& conuictis,& teſtibus ſuperatis. Et quod Poteſtas, & eius Officialis poſſit,& valeat contra ipſos contra quos de aliquo delicto procederetur, procedere ad condemnationem, nullo alio iudiciario ordine,& ſolemnitate, & ſubſtantialitate iuris, vel facti obſeruata. Et quod Poteſtas, & eius officialis in proceſſibus criminalibus non teneatur ad obſeruantiam alicuius ordinis iudiciarij,ſolemnitatis, & ſubſtantialitatis iuris,vel facti: ſed ſolum ad veritatem inueſtigandã, & reperiendam. Et ſuper prædictis, & in quolibet proceſſu criminali procedere poſſit prout eis videbitur expedire,ſummariè,& de plano, ac ſine ſtrepitu,& figura iudicij, lege, conſtitutione,& ſtatuto aliquibus in contrarium loquentibus non obſtantibus.

De maleficijs commiſſis inter Terrigenam, & Forenſem. Rubr. X I I.

MALEFICIVM ſi quod oriri contingerit meſclãtiam,ſeu rixam inter aliquem noſtrum ciuem, ſeu habitatorem noſtræ iuriſdictioni ſubiectum, & aliquem forenſem, ſeu noſtrę iuriſdictioni non ſubiectum, & noſter ciuis, ſeu habitator requiſitus ſuper delicto, quod diceretur per eum commiſſo cõparuerit,& ſe excuſauerit, & fideiuſſores idoneos de ſua condemnatione ſoluenda pręſtiterit, ſeu aliter noſtri Rectoris paruerit mandatis; forenſis verò ſe abſentaret, & citatus comparere ſe excuſare,parere,& ſatiſdare idoneè de ſua condemnatione ſoluenda ceſſaret,aut contra ipſum forenſem,vel noſtræ iuriſdictioni non ſuppoſitum per noſtrum Rectorem ad punitionem procedi non poſſet, vel per alios ſuos Iudices,de delictis per eum perpetratis congrua punitio non fieret,contra ipſum noſtrum ciuem,vel habitatorem ad ſententiã, vel condemnationem, ſeu aliquam aliam punitionem per noſtrum Rectorem,ſeu Officialem ſtatuimus non poſſe procedi. Quod ſi condemnatio,ſententia, vel aliqua impoſitio pęne alia attentaretur; ex nunc vigore pręſentis ſtatuti ipſo iure volumus eẽ nullã. Mãdãtes,quod nullus Officialis attentet ipſam exequi,ſeu executioni mandare,cõtrariũ

fa-

facienti, vel attentanti centum libr. imponimus pęnam. Et executio facta non teneat; immò Officialis, qui dictam condemnationem exigeret, de ſuo proprio lęſo teneatur reſtituere, & ipſum ab omni damno conſeruare indemnem. Si verò terrigena dictæ noſtræ Ciuitatis fuerit inceptor, & auctor dictæ rixæ, & meſclantię habitę inter ipſum, & dictum forenſem; & dictus terrigena comparuerit coram Poteſtate, ſeu Rectore Ciuitatis prædictę ad ſe excuſandum, & defendendum ab accuſatione, denunciatione, ſeu inquiſitione factis contra eum, occaſione maleficij commiſſi per eum in dicta rixa; Non obſtante, quod dictus forenſis ſe abſentauerit, & non comparuerit coram dicto Rectore ad excuſandum ſe ab accuſatione, denunciatione, ſeu inquiſitione factis contra eum de maleficijs commiſſis per eum in dicta rixa, & ad dā dum fideiuſſores idoneos de ſoluendo condemnationem fiendam de ipſo dicta occaſione. Quod dictus terrigena puniatur, & condamnetur per dictum Rectorem de maleficio commiſſo per eum in dicta rixa ſecundum formam ſtatutorum dicti Communis.

Quod nullus ratione delicti ſibi impoſiti poſſit in Palatio detineri, ſi vult darè fideiuſſores. Rubr. XIII.

PRO aliquo maleficio, vel alia occaſione, quod diceretur commiſſum per aliquem de Ciuitate noſtra, & diſtrictualem, vel habitatorem ipſius; Poteſtas, eiuſq; Iudex, vel Officialis non debeant inferre ei iniuriam, vel grauamen in perſonam, vel rem, nec ipſum in Palatio; vel alio loco detinere; Si dictus talis detentus poterit, & voluerit, dare, & pręſtare idoneos fideiuſſores de ſe rapręſentando, & de ſoluendo condemnationem ſui delicti. Niſi fuerit maleficium per eum commiſſum tale, quod exigeret perſonalem pęnam imponi purè, vel ſub conditione, ſeu inde fectu pęnę pęcuniarię infra terminum nō ſolutę, ne ſententia eluſoria exiſtat, pęna Poteſtati, & cuilibet Officiali ſi non obſeruauerint prędicta, quinquaginta libr. in iuncta: dummodo prædicta non vendicent ſibi locum in exactione cōdemnationum, & collectarū.

De pœna Poteſtati, & eius Officialibus retinentibus aliquem in Palatio occaſione alicuius maleficij, vltra tres dies. Rubr. *XIIII.*

QVIA vt plurimum contingit, quod Poteſtas noſtræ Ciuitatis detinet in palatio ſuę reſidentię Ciues, & incolas Racanatéſes, & alios iniuſtè, & indebitè per dies plurimos ſub diuerſis cauſarum coloribus; volentes igitur indemnitati dictorum ciuium, & incolarum, & aliorum prouideri, ſtatuimus, quod Poteſtas dictæ Ciuitatis Racaneti, aut aliquis eius Officialis non debeat aliquē cuiuſcunq; conditionis exiſtat, occaſione alicuius maleficij, vel exceſſus, retinere in palatio ſuę reſidentię, niſi dumtaxat tribus diebus ad plus; quibus elapſis ſi dictus Poteſtas ſuam habuerit intentionem, vel non habuerit debeat ipſum ſic detentum ad publicos carceres dicti Communi tranſmittere, & pro ipſo mittere ad dictos carceres, & inde eum habere vice qualibet, qua ſibi videbitur. Et cuſtos dictorum carcerum teneatur dicto Poteſtati, & eius Officialibus dictum carceratum dare, & conſignare ad omnem eorum petitionem, & requiſitionem, ad pęnam xxv. libr. den. quoties per dictum Poteſtatem, aut aliquem eius Officialē fuerit in aliquo prædictorum contrafactum, eis de facto per eorum Rationatores auferenda.

De pœna Poteſtati, cuius officij tempore aliquis detineretur in Palatio, vel alibi vltra quatuor dies pro teſtimonio perhibendo. *Rubr.* *XV.*

AD cōmodum, & vtilitatē Ciuium, & hi tantum dictæ Ciuitatis Racaneti, quos contingit frequētiſſimè vexari per curiam Poteſtatis dictæ Ciuitatis pro perhibendo teſtimonium veritati ſuper exceſſibus, & delictis, quę dicuntur committi in dicta Ciuitate, & eius diſtrictu, & in palatio per dies plurimos detineri, ex quo dāmno maximo dicti Ciues, & habitatores afficiuntur. Id circo volentes ſuper prædictis ſalubriter prouidere, ſtatuimus, & ordinamus, quod nullus poſſit in dicto palatio, vel alibi detineri cauſa teſtimonij perhibendi ſuper quibuſcunq; maleficijs, exceſſibus, ſeu delictis, niſi dumtaxat per quatuor dies ad plus, ad pęnam xxv. lib. den. ipſi Poteſtati, cuius officij tempore aliquis detineretur cōtra formam præſentis ſtatuti.

Quod

ceſſus propter obiectum exceptionum dilatoriarum valeat retardari; ſtatuimus, & ordinamus, quod nulla exceptio dilatoria, declinatoria, ſeu peremptoria cuiuſcunque generis, tàm iuris, & intentionis, quàm facti, quę in cauſa quacunq; criminali, mera, vel miſta opponeretur per aliquos, ſeu aliquem corã noſtro Poteſtate, Iudice, ſeu alijs noſtris Officialibus impediat, vel retardet litis ingreſſum, litis conteſtationem, ſeu excuſationem ipſorum, contra quos procederetur per inquiſitionem, denunciationem, ſeu accuſationem; & ſi aliqua ipſarum opponeretur, tunc ipſis non obſtantibus Poteſtas, Iudex, ſeu alius Officialis coram quo opponeretur, poſſit, & valeat, ac teneatur, & debeat ad vlteriora cauſę, ſuper proceſſu prędictæ accuſationis, denunciationis, ſeu inquiſitionis, quę facta, vel formata, vel producta fuiſſet contra eũ procedere, ipſis exceptionibus oppoſitis, non obſtantibus, ſine aliqua alia pronunciatione. Sed ſi oppoſitę fuiſſent ſint, & eſſe intelligantur reſeruatę in proceſſu cauſę, & poſt litis conteſtationem, ſeu excuſationem ipſius, & vnà cum negocio principali examinentur, & terminentur; lege aliqua canonica, & ciuili; ſtatuto, & ordinamento, ſeu cõſtitutione in contrarium loquentibus non obſtantibus.

De citatione accuſati, denunciati, vel inquiſiti; & quod nullus condemnetur, vt contumax niſi bis fuerit requiſitus. Rubr. IIII.

NVLLVS vt contumax condemnari poſſit de aliquo delicto, qđ diceretur per eũ cõmiſſo, niſi bis adminus fuerit requiſitus perſonaliter, vel ad domũ hĩtationis ſuę ſi ciuis fuerit, & hĩtator noſtræ Ciuitatis per Baiulũ Coĩs, qui hẽatur prò vero, baiulo ſi publicè baiulatus officiũ exerceret. Si verò fuerit forẽſis nõ habitans in noſtra Ciuitatę, vel diſtrictu, nõ condemnetur niſi bis fuerit requiſitus per bannitorem Coĩs in ſtrata publica ante palatium Coĩs ſono tubę, præmiſſo præſente Notario maleficiorum, & legente cauſam, ſeu delictum ſuper quo proceditur cõtra ipſum: inter quas requiſitiones ſemper interueniat ſpatium duorum dierum ad minus, de qua requiſitione, ſeu requiſitionibus ſtetur relationi dicti baiuli Coĩs, quam dixerit ſe feciſſe in præſentia alicuius perſonę infra quas

dila-

dilationes,ſeu poſtea,& infra terminũ in bãnimẽto infraſcriptũ, ad al legandum aſſignatum,ſi reus comparuerit volens ſe excuſare,eius excuſatio admittatur,& poſſit acta queque facere, & producere, & alia facere in termino dicti bannimenti, quę fieri poterant ante quam fieret dictum bannimentum: dũmodò non ſe tantum arctet,quod de maleficio conſtare non poſſit infra tempus ſtatutum ad proceſſum expediendum. Si verò contingerit dictum reum inquiſitum,denunciatum, ſeu accuſatum de quocunque maleficio, ſeu delicto citari per binas literas,vel cedulas,vel per bannitorem Communis,vt dictum eſt,ſecundum formam noſtrorum ſtatutorũ,& non comparuerit ipſę, vel alius pro eo legitimè ad ſe excuſandum de delicto, de quo contra ipſum proceditur,& ſe a denunciatione, inquiſitione, ſeu accuſatione contra eũ formata,ſeu facta non excuſauerit,& idoneę non cauerit,ſeu detentus non extiterit,ſecundum delicti qualitatem,ſeu contumax fuerit, vſq; ad lapſum,ſeu finem termini in bannimento ad allegandum appoſiti. Quod bannimentum fieri debeat cum termino quinque dierum per bannitorem dicti Communis, mandato dñi Poteſtatis, ſeu ſuorum Iudicum,vel Officialium; in quo citatio, & vocatio accuſati, inquiſiti, vel denunciati,aut in banno poſiti per dictum Poteſtatem,& ſuam curiam occaſione alicuius maleficij,ſeu delicti vt compareant ad ſuas defenſiones,& allegationes faciendas ſecundum formam ſtatuti poſiti infra ſub rubrica, quod bannimentum in cauſis criminalibus habeatur loco citationis,quod ab illinc in poſterum elapſo termino dicti bannimenti non audiatur volendo ſe excuſare, nec etiam admittatur, & ſi admiſſus fuerit non valeat,nec teneat;ſed habeatur ex tunc in antea elapſo termino dicti bannimenti,pro confeſſo,conuicto, atq; teſtibus ſuperato, verè,& non fictè,& ac ſi de maleficio legitima confeſſione, ſeu probatione conſtaret. Et quod elapſo termino dicti bannimenti facti, de eo contra quem proceditur per inquiſitionem,denunciationem,ſeu accuſationem,de quocunque delicto,ſeu maleficio nominatim, ſeu generaliter,ſine expreſſione ipſius nominis dicendo,quod accuſati, denunciati,ſeu inquiſiti compareant, poſsit,& valeat inquiſitus, denunciatus,vel accuſatus condemnari,ſine aliqua alia citatione,ſeu requiſitione de eo facienda perſonaliter,vel ad domum ad ſententiam audiẽdam,vel ad alium actum. Et hęc etiam locum habeant in his, qui comparent,& ſe excuſarent, quod elapſo termino banni prædicti fiendi de

eis nominatim, vel ſub nomine appellatiuo accuſatus, inquiſitus, vel denunciatus, poſſint, & valeant etiam condemnari ſine aliqua alia citatione. Et Notarius maleficiorũ pęna x. libr. de ſuo ſalario, teneatur, & debeat ſemper, quãdo facit citare aliquem pro aliquo maleficio, cedulam dare baiulo, qui citet eum in ſcriptis, in qua ſcriptũ ſit nomen illius, qui eum accuſat, vel denunciat; cauſa quare citatus, vel inquiſitus eſt, cum toto tenore; & effectu delicti, ſeu maleficij, de quo eſt accuſatus, denunciatus, vel inquiſitus; & dictam cedulam ei, vel ad eius domum dimittat.

De termino quinque dierum dando ad defenſam cuilibet denunciato accuſato, vel inquiſito. Rubr. V.

ITEM ſtatuimus, quod Poteſtas Ciuitatis Racaneti, qui pro tempore fuerit, teneatur, & debeat cuilibet accuſato, denunciato, vel inquiſito de aliquo maleficio in ſua curia, terminum quinque dierum dare; poſt eius excuſam ad ſuam defenſionem faciendam; nec dicto termino poſſit renunciari; quod locum habere volumus in his, qui comparuerint, & ſe excuſauerint ab eorum accuſis, & proceſſibus; & non qui fuerint contumaces: quæ non vendicent locum in latronibus, & furibus nocturnis, inſidiatoribus ſtratarum, aſſaſſinis, proditoribus, & damnis datis, pręſentibus, & futuris.

Quod Poteſtas non recipiat ad excuſam reum, nec teſtes ad dicta, ſine Officiali ad hoc deputato, & quod ſententiam non ferat, ſine præſentia duorum ex Prioribus. Rubr. VI.

ITEM volentes tollere ſuſurrationes, quę de noſtris Officialibus ſępę exoriri cõtigũt, ſtatuimus, quod Poteſtas Ciuitatis Racaneti, qui pro tempore fuerit, & eius curia, nõ debeat, nec poſſit aliquẽ accuſatum, denũciatum, vel inquiſitum de aliquo maleficio recipere ad excuſam, nec etiam ad torturam ponere, nec etiam teſtes contra ipſum ad dicta recipere, vel examinare ſine præſentia Officialis ad hęc deputati per Conſilium Priorum, & ducentorum Populi Ciuitatis Racaneti. Qui Notarius debeat de dictis excuſationibus, & teſtium atteſtationibus librum facere, & ea in publicam formam redigere, & Cõmuni relinquere in fine ſui officij. Et ſi dubium eſſet, ſeu quęſtio eſſet de dictis excuſationibus, & atteſtationibus, & receptionibus, credatur, & ſtetur ſcriptura dicti Officialis, abſq; alia probatione, non obſtante alia ſcriptura in contrarium apparente. Item quod dictus Poteſtas non poſſit, nec debeat cõdemnationes, & ſententias ferre de ſuis proceſſibus, accuſationibus, & denunciationibus, abſq; præſentia duorum ex Prioribus Populi Ciuitatis Racaneti; quod ſi contrafecerit in quolibet dictorum caſuum incurrat pęnam centum libr. den. de facto ſibi auferendam pro qualibet vice in quolibet caſuum prędictorum.

Quod non obſtante pace, ſuper delicto poſſit cognoſci. Rubr. VII.

PAX facta, ſeu fienda inter aliquos rata ſit, & firma inter ipſas partes, ita tamen quod non obſtante pace, ſuper delictis, ſuper quibus pax facta fuerit, accuſatio poſſit recipi, & de ipſis delictis inquiri in caſibus a ſtatuto permiſſis: reſeruato tamen beneficio pacis ipſis pacem facientibus. Nullus tamen audeat, vel pręſumat facere contra pacem per eũ factam cum aliqua perſona, facto, vel opere, directè, vel indirectè, palàm, vel occultè, ſub pęna dupli eius, quod continetur in ſtatuto dicti Communis de quocunq; delicto.

Quod

Quod bannimentum in cauſis criminalibus habeatur loco citationis.
Rubr. VIII.

VT processus, & ſententię in cauſis criminalibus liberius, & expeditius propter vtilitatē puniendi delicti valeant expediri, hac conſtitutione firmamus, quod in omnibus cauſis maleficiorum, & damnorū datorum ſufficiat abſq; alia citatione baiuli ad ſententiam audiendam, vox prçconis in locis conſuetis banniri, vocantis nominatim generaliter, & appellatiuo nomine, accuſatos, inquiſitos, vel denunciatos, aut in banno poſitos, vt veniant ad ſuas defenſiones, & allegationes faciendum, copiā actorum habere volentes accipiendum, aut etiam ad ſententiam audiēdam, partes requirentis, & monētis publicè ſono tubę præmiſſo. Quæ vocatio, admonitio, & requiſitio, habeatur pro vera, & legitima citatione, tanquam ſi facta eſſet oretenus tribus edictis, & peremptoriè.

Quod Poteſtas de maleficijs commiſſis non poſſit cognoſcere, niſi tempore ſui regiminis, vel regiminis prçcedentis Poteſtatis. Rubr. IX.

DE maleficijs tempore ſui regiminis, & de commiſſis tempore regiminis Poteſtatis proximè præcedētis, de quibus cognitum non fuerit Poteſtas, & eius Officiales cognoſcere, & ſententiare poſſint; de maleficijs verò commiſſis prçterito tempore ante regimen Poteſtatis proximè prçcedentis, cognoſcere, vel condēnare non poſsit. Niſi de maleficijs in apprçhenſione rerum, & poſſeſſione Communis, in homicidio, incēdio, furto, rapina, inciſionum arborum, & vinearum, & non laborantibus terram alienam ſecundum formam capituli, & de crimine leſę maieſtatis contra Ciuitatem commiſſo, falſitate, & aſſaſinatu. Exceptis proceſſibus pendentibus prçcedentium regiminum inceptis per ipſos rectores, vel aliquē ipſorum, qui non eſſent ſententijs terminati, vel finiti, vel annullati eſſent ratione appellationis, vel alia quacunq; cauſā per quēcunque Officialem, vel Iudicem, in quibus Rector, Iudex, ſeu Vicarius procedere, cognoſcere, ſeu diffinire poſſit, vel reiterationē facere, prout in ſequenti ſtatuto continetur.

Quod

Quod in proceſſu criminalis cauſę non poſſit fieri commiſſio, nec peti Conſilium ſapientis, & infra quantum tempus debeant proceſſus criminales expediri. Rubr. X.

COMMITTERE, vel Conſiliũ hẽre in cã crimi-nali, ſeu proceſſu tàm ĩ ipſa principali cauſa, quàm in alia incidẽti, vel emergẽti quęſtione, Poteſtas, & Officiales nõ attentẽt, ſed per ſe ipſos ipſas cãs criminales principales, incidẽtes, ſeu emergentes diffiniant, & determinẽt: quod ſi cõtra factũ fue rit, Poteſtas in 50. libr. Et Iudex in xv. libr. pro uice qualibet cõdãne-tur. Et cõmiſſio facta, & quod ex ea ſecutum eſſet, non valeat. Et quod oẽs proceſſus, & cauſę criminales cuiuſcũq; conditionis exiſtant, ſiue per modũ accuſationis, vel denũciationis fuerint inſtituti, ſiue incepti corã poteſtate, ſeu aliquo Iudice dictæ Ciuitatis; cognoſci, finiri, & terminari debeant per ipſum Poteſtatẽ, Iudicẽ, ſeu cognitorẽ cauſę per diffinitiuã ſñtiam infra xl. dies continuos, computandos a die inſtitutę accuſationis, ſeu incepti proceſſus, condẽnãdo, vel abſoluẽdo Exceptis cauſis, & proceſſi bus, in quibus aliqua incidẽs, vel emergẽs præiudicialis quęſtio incideret; quod tẽpus de quo ipſa incidẽti, vel emergẽti quęſtione, cognoſcitur, in dictis xl. diebus nõ debeat cõputari, dũmodo vltra alios triginta dies, vltra dictũ tempus xl. dierum, non excedat, & hoc in meris criminalibus cauſis locũ hẽre cenſemus. In alijs verò criminalibus cauſis mistis cũ ciuilibus, tẽpus duorũ menſiũ, ad ipſas cognoſcẽdum, & terminandũ duximus ſtatuendum, poſſeſſionũ aũt quęſtiones, & lites alicuius rei immobilis, quam quęlibet pars diceret ſe poſſidere, infra triginta dies, per Officiales dictæ Ciuitatis coram quibus quęſtio verteretur, cognoſci debeant, & fine debito terminari. Poteſtas verò, vel quilibet alius Officialis dictæ Ciuitatis, qui de huiuſmodi cauſa cognoſceret, ſi in prædictis, vel aliquo prædictorũ inuentus fuerit negligens, vel remiſſus, puniatur, & condamnetur in quinquaginta libr. Communi prædicto, & teneatur, & debeat omne damnũ, & intereſſe reficere dicto Coĩ. Et nihilominus ad hoc vt rõne alicuius defectus delicta nõ remaneãt ĩpunita, ſtatuimus, quod ſi cõtĩgerit aliquẽ proceſſũ criminalẽ, nõ eẽ expeditũ ĩfra tẽpus ſupra ſtatuto Racaneti pręfixũ, quod ipſę Pótas, vel eius ſucceſſor, tẽeatur, dẽat,

ſibi liceat dictum proceſſum proſequi, vel reiterare, prout ſibi melius
viſum fuerit, ita quod delictũ, de quo proceditur, reperta veritate nõ
remaneat impunitum, & quod poſſit, quam vult dictarum viarum aſſu
mere, & eligere; & nihilominus vna electa ad aliã redire, & ipſis vijs,
vel altera earum ſimul, & diuiſim, ſeu de per ſe vti, prout ſibi melius
viſum fuerit pro expeditione prædictorum aliquo; iure, ſeu lege, vel
ſtatuto in contrarium loquente non obſtante: & nihilominus ipſę Po-
teſtas licet in ſupradictam pęnam inciderit teneatur, proſequi, & expe
dire dictum proceſſum infra tantundem tempus.

Quod non poſſit infringi proceſſus criminalis cauſę ratione ſolemnitatis omiſſę. Rubr. XI.

NE ratione ordinis iudiciarij, ſeu ſolemnitatis omiſ-
ſę delinquentes pęnas delictorum euadant; pręſen
te declaramus ſtatuto, vt in cauſis criminalibus cu-
iuſcunque conditionis, vel ſummę pęnę deberent
imponi pecunialiter, vel perſonaliter; proceſſus, ſẽ
tentię, interlocutiones, ſeu condemnationes non
poſſint annullari, infringi, ſeu modo aliquo pericli
tari ratione iudiciarij ordinis omiſſi, ac etiam ſolemnitatis, & ſubſtan-
tialitatis iuris, vel facti: ſed ſolummodò reperta veritate negocij, &
quod de delicto cõſtet, Poteſtas huius Ciuitatis, & eius officiũ poſſit,
& valeat procedere ad condemnationẽ non obſtãte, quod iudiciarius
ordo ſeruatus non fuerit, & ſolẽnitas, & ſubſtantialitas omiſſa fuerit,
quod prætextu ſolemnitatis, & ſubſtãtialitatis omiſſę, proceſſus ali-
quis, vel ſententia non valeat modo aliquo impediri, ſed ſententię cõ-
demnatorię in prędictis, & ſuper prædictis latę, valeant, & teneant, &
plenã obtineãt roboris firmitatẽ, ac ſi pręceſſiſſet proceſſus legitimus,
& in eo fuiſſent ſeruatę oẽs ſolemnitates, & ſubſtantialitates, & ordo
iudiciarius, quę a iure canonico traduntur, vel etiam a iure ciuili, vel
ex forma alicuius ſtatuti dictæ Ciuitatis, vel conſtitutione Curię ge-
neralis. Et idẽ dicimus, & locũ hẽre volumus in proceſſibus criminali
bus, qui formati eẽnt, vel ĩ poſterũ formarẽtur contra aliquos, vel cõ-
tra aliquas, vel procederetur per accuſationẽ, denũciationẽ, ſeu ĩquiſitio
nem in contumaciam ipſorum, quod factis citationibus, ſeu ex banni-

men-

mentis,contra eos,contra quos de aliquo delicto procederetur ſecundum formam ſtatutorum noſtrorum,terminis ipſarum citationum,ſeu ex bannimentorum elapſis, habeantur tales, contra quos procederetur,pro confeſſis,& conuictis,& teſtibus ſuperatis. Et quod Poteſtas, & eius Officialis poſſit,& valeat contra ipſos contra quos de aliquo delicto procederetur, procedere ad condemnationem, nullo alio iudiciario ordine,& ſolemnitate, & ſubſtantialitate iuris, vel facti obſeruata. Et quod Poteſtas, & eius officialis in proceſſibus criminalibus non teneatur ad obſeruantiam alicuius ordinis iudiciarij,ſolemnitatis, & ſubſtantialitatis iuris,vel facti: ſed ſolum ad veritatem inueſtigandã, & reperiendam. Et ſuper prædictis, & in quolibet proceſſu criminali procedere poſſit prout eis videbitur expedire,ſummariè,& de plano, ac ſine ſtrepitu,& figura iudicij, lege, conſtitutione,& ſtatuto aliquibus in contrarium loquentibus non obſtantibus.

De maleficijs commisſis inter Terrigenam, & Forenſem. Rubr. XII.

MALEFICIVM ſi quod oriri contingerit meſclãtiam,ſeu rixam inter aliquem noſtrum ciuem, ſeu habitatorem noſtræ iuriſdictioni ſubiectum, & aliquem forenſem, ſeu noſtrę iuriſdictioni non ſubiectum, & noſter ciuis, ſeu habitator requiſitus ſuper delicto, quod diceretur per eum commiſſo cõparuerit,& ſe excuſauerit, & fideiuſſores idoneos de ſua condemnatione ſoluenda pręſtiterit, ſeu aliter noſtri Rectoris paruerit mandatis; forenſis verò ſe abſentaret, & citatus comparere ſe excuſare, parere,& ſatiſdare idoneè de ſua condemnatione ſoluenda ceſſaret,aut contra ipſum forenſem,vel noſtræ iuriſdictioni non ſuppoſitum per noſtrum Rectorem ad punitionem procedi non poſſet, vel per alios ſuos Iudices,de delictis per eum perpetratis congrua punitio non fieret,contra ipſum noſtrum ciuem,vel habitatorem ad ſententiã, vel condemnationem, ſeu aliquam aliam punitionem per noſtrum Rectorem,ſeu Officialem ſtatuimus non poſſe procedi. Quod ſi condemnatio,ſententia, vel aliqua impoſitio pęne alia attentaretur; ex nunc vigore pręſentis ſtatuti ipſo iure volumus eẽ nullã. Mãdãtes,quod nullus Officialis attentet ipſam exequi,ſeu executioni mandare,cõtrariũ

fa-

facienti, vel attentanti centum libr. imponimus pęnam. Et executio facta non teneat; immò Officialis, qui dictam condemnationem exigeret, de ſuo proprio ipſo teneatur reſtituere, & ipſum ab omni damno conſeruare indemnem. Si verò terrigena dictæ noſtræ Ciuitatis fuerit inceptor, & auctor dictæ rixæ, & meſclantię habitę inter ipſum, & dictum forenſem; & dictus terrigena comparuerit coram Poteſtate, ſeu Rectore Ciuitatis prædictę ad ſe excuſandum, & defendendum ab accuſatione, denunciatione, ſeu inquiſitione factis contra eum, occaſione maleficij commiſſi per eum in dicta rixa; Non obſtante, quod dictus forenſis ſe abſentauerit, & non comparuerit coram dicto Rectore ad excuſandum ſe ab accuſatione, denunciatione, ſeu inquiſitione factis contra eum de maleficijs commiſſis per eum in dicta rixa, & ad dandum fideiuſſores idoneos de ſoluendo condemnationem fiendam de ipſo dicta occaſione. Quod dictus terrigena puniatur, & condamnetur per dictum Rectorem de maleficio commiſſo per eum in dicta rixa ſecundum formam ſtatutorum dicti Communis:

Quod nullus ratione delicti ſibi impoſiti poſſit in Palatio detineri, ſi vult dare fideiuſſores. Rubr. XIII.

PRO aliquo maleficio, vel alia occaſione, quod diceretur commiſſum per aliquem de Ciuitate noſtra, & diſtrictualem, vel habitatorem ipſius; Poteſtas, eiuſq; Iudex, vel Officialis non debeant inferre ei iniuriam, vel grauamen in perſonam, vel rem, nec ipſum in Palatio, vel alio loco detinere; Si dictus talis detentus poterit, & voluerit, dare, & pręſtare idoneos fideiuſſores de ſe rapręſentando, & de ſoluendo condemnationem ſui delicti. Niſi fuerit maleficium per eum commiſſum tale, quod exigeret perſonalem pęnam imponi purè, vel ſub conditione, ſeu in defectu pęnę pęcuniarię infra terminum nō ſolutę, ne ſententia eluſoria exiſtat, pęna Poteſtati, & cuilibet Officiali ſi non obſeruauerint prędicta, quinquaginta libr. iniuncta: dummodo prædicta non vendicent ſibi locum in exactione cōdemnationum, & collectarū.

De pœna Poteſtati, & eius Officialibus retinentibus aliquem in Palatio occaſione alicuius maleficij, vltra tres dies. Rubr. XIIII.

QVIA vt plurimum contingit, quod Poteſtas noſtræ Ciuitatis detinet in palatio ſuę reſidentię Ciues, & incolas Racanatēſes, & alios iniuſtè, & indebitè per dies plurimos ſub diuerſis cauſarum coloribus; volentes igitur indemnitati dictorum ciuium, & incolarum, & aliorum prouideri, ſtatuimus, quod Poteſtas dictæ Ciuitatis Racaneti, aut aliquis eius Officialis non debeat aliquē cuiuſcunq; conditionis exiſtat, occaſione alicuius maleficij, vel exceſſus, retinere in palatio ſuę reſidentię, niſi dumtaxat tribus diebus ad plus; quibus elapſis ſi dictus Poteſtas ſuam habuerit intentionem, vel non habuerit debeat ipſum ſic detentum ad publicos carceres dicti Communi tranſmittere, & pro ipſo mittere ad dictos carceres, & inde eum habere vice qualibet, qua ſibi videbitur. Et cuſtos dictorum carcerum teneatur dicto Poteſtati, & eius Officialibus dictum carceratum dare, & conſignare ad omnem eorum petitionem, & requiſitionem, ad pęnam xxv. libr. den. quoties per dictum Poteſtatem, aut aliquem eius Officialē fuerit in aliquo prædictorum contrafactum, eis de facto per eorum Rationatores auferenda.

De pœna Poteſtati, cuius officij tempore aliquis detineretur in Palatio, vel alibi vltra quatuor dies pro teſtimonio perhibendo. Rubr. XV.

AD cōmodum, & vtilitatē Ciuium, & hi tantum dictæ Ciuitatis Racaneti, quos contingit frequētiſſimè vexari per curiam Poteſtatis dictæ Ciuitatis pro perhibendo teſtimonium veritati ſuper exceſſibus, & delictis, quę dicuntur committi in dicta Ciuitate, & eius diſtrictu, & in palatio per dies plurimos detineri, ex quo dāmno maximo dicti Ciues, & habitatores afficiuntur. Idcirco volentes ſuper prædictis ſalubriter prouidere, ſtatuimus, & ordinamus, quod nullus poſſit in dicto palatio, vel alibi detineri cauſa teſtimonij perhibendi ſuper quibuſcunq; maleficijs, exceſſibus, ſeu delictis, niſi dumtaxat per quatuor dies ad plus, ad pęnam xxv. lib. den. ipſi Poteſtati, cuius officij tempore aliquis detineretur cōtra formam præſentis ſtatuti.

Quod

Quod nemo ante condemnationem de delicto grauetur facere depoſitum, vel dare pignora, ſi vult dare fideiuſſores, & quod poſſit Poteſtas delinquentes confinare. Rubr. XVI.

ANTE condemnationem contra eum latam, nemo per Rectorem, ſeu Iudicem cogi poſſit pro delicto, de quo contra eum proceditur, quocunque proceſſu, grauetur in pecunia, vel rebus aliquibus depoſitum facere, aut pignora dare, apud aliquam perſonam, vel Officialem, dummodo accuſatus denunciatus, vel inquiſitus, fideiuſſores idoneos dare vellet de ſe repręſentando, & ſuam condemnationem ſoluendo, aliter cogi, & detineri poſſit, donec aliter ſatisfecerit, vel idoneè cauerit de tanta quantitate ſoluenda, quanta deberet eſſe pęna delicti, & augmentum eius ratione negligentiæ infra tempus debitum non ſoluentis, in quo augmento ratione fideiuſſionis, idem fideiuſſores dati pro maleficijs, alios fideiuſſores non cogantur pręſtare. Exceptis furibus, latronibus, Incendiarijs, falſarijs, exbanditis, & homicidis, & alijs atrociter delinquentibus. Quos Rector pro maleficijs ſupradictis retinere poſſit, & eos grauari prout delicti qualitas, & perſonarum conditio exigerent faciendum; in quibus delictis, & alijs minoribus, prout diſcretioni Rectoris videbitur, perſonarum, delictorum, & temporis qualitate inſpectis, poſſit in Ciuitate vel extra quemlibet delinquentem confinare, & ad confinia mittere, pro eo tempore quo ſibi videbitur conueniri.

Quod

Quod filij familias, & puberes in iudicijs criminalibus legitimam gerant partem. Rubr. X V I I.

NE prætextu iuris Communis, minoribus, & in poteſtate conſtitutis fauentis, circa eorum perſonam, delinquentes proceſſus ſuorum delictorum valeāt irritare, equum eſt pręſenti prouidere ſtatuto, vt in iudicijs quibuſcunque criminalibus, & damnorum datorum maſculi, & feminę maiores decem annorū, qui ſunt doli capaces, ſiue ſint ſui iuris, ſiue in Poteſtate conſtituti, in agendo, & defendendo, accuſando, & excuſando pro ſe, & ſuo nomine, perſonam gerant legitimam, tanquam maiores, & legitimę ętatis, & ſui iuris conſtituti, nec egeant in ipſis proceſſibus conſenſu, vel auctoritate parentum, tutorum, vel curatorum, nec prætextu ętatis, vel primę poteſtatis, proceſſus eorum in agendo, & defendendo valeant irritari, nec contra aliquem actum in ipſis criminalibus iudicijs per eos agitatis interlocutionem aliquam ſententiam, vel condemnationem per eos, vel alios poſſit in integrum reſtitutio peti.

EXPLICIT PRIMA PARTICVLA tertij libri. Incipit ſecunda de probationibus ſuper maleficijs recipiendis.

De tormentis alicui non inferendis cauſa extorquendi confeſſionem ſuper delicto. Rubr. X V I I I.

TORMENTA alicui habitatori noſtrę Ciuitatis, vel eius diſtrictus inferri cum lapide, vel coctione ſępi, olei, ſiue aliquo alio genere tormentorum, moleſtari pro aliquo facto inquirendo, prohibemus, niſi eſſet publicus fur, & latro, ſeu homicida, vel magnum maleficium de nocte cōmiſſerit, & tunc legitima fama præcedente, vel alijs legitimis iudicijs pręcedentibus: quod ſi

contra factum fuerit per Poteſtatem, ſeu Officialem, pœnam centum libr. incurrat. Dicimus etiam quod, Poteſtas poſſit cogere malefactorem ad cõfitendũ maleficium de quo eſſet accuſatus, vel inquiſitus, dummodò de ipſo maleficio conſtaret de viſu per vnum teſtem non ſuſpectum, vel alijs legitimis indicijs præcedentibus, & dummodò etiã ad torturam ponere non poſſit, ſine pręſentia Officialis ad hęc deputati, iuxta formam noſtri ſtatuti, ſupra poſiti ſub rubrica de pœna Poteſtatis recipientis reum ad excuſam.

Quod contumax non comparens poſt notificationem ei factam, quod Indicia contra eum procedunt non audiatur. *Rubr.* *XIX.*

I VRE cautum dicitur, vnicuiq; moram eſſe nocíuam. Si ergo aliquis accuſatus, vel inquiſitus maleficium de quo proceditur contra eundem negauerit, & receptis probationibus contra ipſum in proceſſu examinatus fuerit, is contra quem proceditur pro parte Curiæ perſonaliter, vel domi ſolitę manſionis requiſitus per binas citationes diuerſis diebus factas, cum termino duorum dierum ad minus præfigendo in vtraque citatione inſcriptis fienda per cedulam manu Notarij maleficiorum continentem, quod accuſatus, vel inquiſitus compareat in iudicio coram Poteſtate, vel Iudice, cum præcedãt contra ipſum indicia legitima, quæ neceſſariò præcedere debent, vbi prædicta præcedant indicia, & non comparuerit in termino alicuius dictarum citationũ, ſi contumax fuerit, addentes ſtatuto ſuper proximè poſito, ſub rubrica de tormentis alicui non inferendis; Volumus eundem non comparẽtẽ haberi pro cõfeſſo, & conuicto, ac ſuperato teſtibus; & elapſis terminis citationum prædictarum, eundem non comparentem audiri non debere: ſed poſſe, ac debere condemnari, tanquam ſi ſpontè maleficium, de quo contra eum proceditur fuiſſet confeſſus in iudicio, aut maleficium prædictum extitiſſet probatum legitimè contra eum.

Quod

Quod contra teſtes in criminali cauſa receptos, tantùm quatuor exceptiones opponi poſſint. Rubr. XX.

CONTRA teſtes in criminali cauſa receptos, quatuor tantùm exceptiones poſſint opponi, & probari, ſcilicet quod ſit domeſticus, vel familiaris producentis, vel quod producenti attineat vſque in ſecundum gradum incluſiuè; vel quod ſit inimicus capitalis illius contra quem producitur. Et quod falſum teſtimonium in dicta cauſa tulerit; vltra dictas exceptiones volens aliquam aliam opponere non debeat audiri.

Quod mulieres, & minores in delictis ad teſtimonium admittantur. Rubr. XXI.

PVBLICE vtile eſt maleficia quęcunq; perpetrata puniri. Ideoque non obſtante iure Communi, volumus ſuper quocunque maleficio, ſeu delicto, poſſe recipi tàm marium maiorum quatuordecim annorum, quàm mulierum maiorum duodecim, ita quòd prętextu ętatis, & ſexus mulieris teſtimonium in criminali cauſa infringi non poſſit; ſi aliter idonei cenſeantur.

De teſtimonio ſocij delinquentis. Rubr. XXII.

SOCII, vel participes in criminibus rubariæ, incendij; arborum, & vinearum inciſionis, ſeu depopulationis, furti, & rapinæ teſtimonium recipiatur, & fidē faciat, ſicut alterius cuiuſlibet legitimi teſtis: ita quod prætextu ſocietatis, ſeu participationis prędictū teſtimonium nullo modo poſſit infringi.

INCIPIT TERTIA PARTICVLA

tertij libri de pęnis maleficiorum primo publicorum ſecundo priuatorum.

De pęna blaſphemantis Deum, Sacratiſſimam eius matrem, & alios eius ſanctos, Rubr. XXIIII.

QVECVNQVE perſona tàm maſculus, quàm femina, omnipotentem Deum, vel Sacratiſſimam Virginem Mariam eius matrem maledixerit, vel in blaſphemiam protumpserit, pro tanti facinoris punitione pęnę centum librar. den. paruorum laqueo volumus ſubiacere. Et etiam ſi quis iurauerit, ſeu dixerit [redacted] ſeu [redacted] Dei, vel Sacratiſſimę Marię Virginis eius matris, vel dixerit ad malgratum, vel ad diſpectum Dei, vel Marię Virginis eius matris, pro quolibet verbo, quod dixerit, & vice qualibet condamnetur per Poteſtatem, & eius curiam in dictis centum libr. den. paruorũ, in quam, vel quas ſoluendam, vel ſoluendas, ſi inops inuentus fuerit, vel ſoluere non potuerit, vel recuſauerit ſoluere, firmamus eius linguã pręcidi, & totaliter demutulari: Ita quod a corpore ſeparetur, infra quindecim dies a die latę ſententię, niſi pręſtiterit fideiuſſorem de ſoluendo ſecundum formam inferius traditam. Et quia ſimilitudines maledictionis, & blaſphemię multipliciter aſſummuntur: propterea ne intelligatur Deum blaſphemare, qui dixerit Dio nolo potria fare, pęnam centum ſolid. pro vice qualibet, qua dicta verba, vel eis ſimilia prolata fuerint, dicentem incurrere volumus; quam pęnam ſi delinquens infra quindecim dies poſt latam ſententiam non ſoluerit; duplum dictæ pęnę, videlicet libras decem auctoritate pręſentis ſtatuti ſoluere compellatur. Si verò ſanguinem, vel corpus Dei iurauerit decem ſol. pro qualibet vice ſoluat, de quibus per formam etiam inquiſitionis ex ſuo officio Rector cognoſcere poſſit. Si verò aliquis blaſphemauerit aliquem ſanctum, vel ſanctam omnipotentis Dei; pro qualibet vice infra dictos quindecim dies a die latę ſententię ſoluat Communi decem libras. In cuius ſolutione ſi defecerit, vel ſoluere noluerit, vel recuſauerit

rit ſoluere, pęnę corporalis ſcilicet fuſtigationis per totam Ciuitatem Racaneti ſubiaceat vltioni. Et licitum ſit vnicuiq; delinquentes in prędictis, vel aliquo prædictorum accuſare, & denunciare, cum duobus teſtibus fide dignis, & bonę famę, & nomen accuſatoris, vel denunciatoris teneatur in ſecretum. Et ſi Poteſtas, vel eius Officialis reuelauerit alicui nomen dicti denunciatoris, vel accuſatoris, quod ſit ei pęna xxv. libr. den. vſualis paruę monetę, & de eorum ſalario per Rationatores ipſius de facto auferatur. Volumus tamen quod in ſupradictis caſibus ſpontè confitentibus delictum, propter dictam confeſſionem tertia pars ſuę condemnationis remittatur, iuxtà formam ſtatuti loquentis de beneficio cōceſſo delictū cōfitētib. Volumus ēt quod delinquēs ſeu delinquētes ī prædictis, ſeu aliquo prædictorū relapſentur fideiuſſoribus per eoſdem delinquentes præſtandis; & ſi condemnatio contra delinquentes per Poteſtatem, ſeu Officiales lata, ſeu ferenda, non fuerit ſoluta infra quindecim dies a die latę ſententię, quod fideiuſſores ipſius delinquentis ſoluant medietatem plus, quam fuerit condemnatus, & vltrà condemnationem fiendam de eo delinquente Maſſario Cōmunis. Et ad huius tantę iniurię facinus detegendum per Priores Populi, in principio primi menſis cuiuslibet regiminis Pōtis, quatuor per quarterium eligantur ſecretò. Qui officium habeant contra facientes ſecretò denunciare Rectori, quorum ſingulorum, ſeu vni eorum dicto cum duorum teſtium fide dignorum teſtimonio ſtetur pro probatione legitima. Quod etiam Rector banniri faciat, & pęnas in poſitas ſingulis menſibus ſui regiminis, & omnia exequi ſtudeat, pęna centum libr. & vinculo ſacramenti. Et nihilominus teneatur Poteſtas ſub dicta pęna mittere Notarios ſuos in quolibet quarterio in locis publicis, & congruis ad inquirendum de prædictis, & quolibet prædictorum quolibet menſe ſemel adminus, & dictas inquiſitiones ſic factas, in actis dictorum Domini Poteſtatis, & Communis ordinatè ſcribi faciat cum effectu.

De non mittendo maginatam in Ciuitate Racaneti. *Rubr.* XXIIII.

QVIA vbi maius periculum ineſt, ibi cautius eſt prouidendum dicimus, & ordinamus, & præſenti conſtitutione firmamus, quod nulla perſona cuiuſcunq; ſtatus, vel conditionis exiſtat, præſumere audeat mittere maginatam, vel guarnimentum, vel quantitatem hominum armatorum, tàm equitum, quàm peditum in Ciuitate Racaneti de die, vel de nocte in præiudicium, & damnum Communis, & Populi prædicti, vel alicuius ſingularis perſonę, ex quo poſſet ſtatus pacificus dictæ Ciuitatis perturbari. Quod ſi quis contrafecerit, & in fortiam Communis peruenerit, capite puniatur. Si verò capi non poterit omnia eius bona deſtruantur, & Communi publicentur; & deſtructa remaneant in Communi. Nihilominus ſi infortiam dicti Communis aliquo tempore peruenerit, capite puniatur. Quam pęnam ſubſtineat quilibet, qui in ipſam maginatam, vel guarnimentum venerit. Et omnis perſonaq; eiſdem ad ingrediendum dederit adiutorium, conſilium, vel fauorem, vel eos receptauerit in domibus habitationis eiuſdem propijs, vel conductis. Maginatam autem, ſeu guarnimentum, & quantitatem hominum armatorum declaramus debere intelligi a viginti hominibus ſupra, & a decē equitibus ſupra, ſiue diuiſim, ſiue ſimul in Ciuitatem prędictam intrauerit. Si verò aliquis præſumpſerit congregare aliquod guarnimentum, vel aliquam comitiuam, ſeu colligam gentium in Ciuitate prædicta, vel extra de hominibus terriginis diſtrictualibus, vel forenſibus cauſa ducendi, vel retinendi ipſum guarnimentum in Ciuitate prædicta, vel eius territorio in damnum, vel præiudicium dicti Communis, & Populi, ſeu ſpecialium perſonarum, propter quam comitiuam hominum, ſeu guarnimentum rumor, ſeu tumultus, ſcandalum aliquod, ſiue ſuſpitio fieri poſſet, in quingentis libris puniatur, & plus realiter, & perſonaliter Poteſtatis, & Priorum Populi arbitrio condemnetur. Quicunque in dicto grauamento fuerit, aut venerit, ſi infortiam Communis peruenerit ſi forenſis fuerit omni ſolemnitate iuris, & ſtatutorum omiſſa, ſtatim pedis amiſſione damnetur. Quod ſi ipſę forenſis in ſtā-

do redeundo, vel veniendo aliquod maleficium commiſerit in perſonis, vel rebus hominum noſtræ Ciuitatis, vel ad aliquod paruum actū proceſſerit, ſuſpendatur per gulam, ita quod moriatur. Sed ſi capi non poterit, ponatur in bāno perpetuò dictæ Ciuitatis. Si verò de dicta Ciuitate eſſet, qui in dicto guarnimento venerit, vel fuerit, in centum libras condamnetur, quas ſi ſoluere non poterit, pes ſibi amputetur. Præterea quicunque ordinaret, procuraret, ſeu tractaret cum aliquo Commune alicuius Terrę, vel cum aliquo Nobili, vel Poteſtate vndecunq; ſit, aliquid in præiudicium Communis, & Populi Ciuitatis prædictæ, per quod poſſet ſtatus pacificus dictæ Ciuitatis peruerti, turbari, vel mutari, vel aliqua alia perſona poſſet de dicta Ciuitate expelli in præiudicium Communis, & Populi iam dictæ Ciuitatis, ſibi caput amputetur. Et bona ſua omnia Communi publicentur, & publicata, remaneant in Communi. Et ſi capi non poterit perpetuò ſit exbannitus dictæ Ciuitatis. Et ſi aliquo tempore in fortiam dicti Communis peruenerit ſibi caput debeat amputari.

De pęna rumorem attentantis delictorum tempore rumoris commiſſorum. *Rubr. X X V.*

RVMOREM, vel ſeditionem ex quo ſtatus noſtræ Ciuitatis poſſet in aliquo periclitari, moueri, vel turbari, nullus attentare præſumat; contrafaciens cuiuſcunq; conditionis, & ſtatus, vel dignitatis exiſtens, in perſona, & rebus, Poteſtatis, & Priorum Populi arbitrio, qualitate delicti inſpecta, dannetur. Si autē rumoris tempore, cū armis, vel ſine armis cum effuſione ſanguinis, vel ſine, vel quocunque alio modo, alter alterum offenderet, inpunitionem illius pęnę quadrupliciter eius quod ſimpliciter aliter deberet puniri, puniatur. Quo rumoris tempore ſi aliquis inſignia, ſeu banderiā eleuare pręſumeret, prætereos qui ad ipſum officium fuerint per Commune, & Populum deputati, pęnam capitis, & rerum omnium ſuarum deſtructionem, & publicationem, ipſo facto incurrant. Sed & ſi tempore ipſius rumoris quis aliquam perſonam derrubare temptaret, vel per vim domum alterius introiret, ſuſpendatur per gulam, qua ſuſpentione mortem incur

rat. Liceat quoque vnicuiq; in domo propria, vel conducta ſe defendere, & derubatorem, & derubare per vim domum intrare volentem, offendere in perſonis, & rebus ſine metu pęnę cuiuſq; ſtatuto, vel conſtitutione, aut iure Communi ſtatutę.

De pęna forenſis qui tempore rumoris extrà domum habitationis ſuę inuentus fuerit. Rubr. *XXVI.*

NVLLVS forenſis, qui in noſtra Ciuitate per biennium continuum habitationem non contraxerit, tempore rumoris armatus, vel ſine armis in vijs, vel plateis, vel aliquibus locis extrà habitationē ſuam morari audeat, vel tranſire, in quo contrafaciens pęna perſonali, vel reali prout Rectoris, & Priorum arbitrio videbitur, qualitate perſonę, & ſuſpitione, ac temporis, & loci cōſideratione inſpectis, dēat cōdēnari.

De pęna habentis in domo aliquod guarnimentum. *Rubr.* *XXVII.*

MALIS hominibus Ciuitatem ipſam purgare volētes, & ipſorum prauam audaciam refrenare; prouidimus, quod ſi aliqua ſuſpitio oriretur in Ciuitate noſtra, quod aliqui nobiles, vel potentes cuiuſcunque conditionis, & ſtatus exiſterent, ſubditi, vel non ſubditi iuriſdictioni noſtri Communis haberent in eorum domibus, vel in aliquo loco ſacro, vel prophano, vel Ciuitate, vel eius diſtrictu aliquod guarnimentum equitum, vel peditum, terrigenarum, vel forenſium, vel reperirentur in Ciuitate, vel eius diſtrictu ſtare. Quod Pōtas Priores Populi, & alij de Conſilio Populi, & iuratorum ad ipſum Populum, quos ad hoc habere, & vocare voluerint, teneantur ire, vel mittere cum forti, & potenti manu ad domos, & loca vbi diceretur guarnimentum ſtare, & ipſas domos, & loca rimari facere. Et guarnimentum ibidem inuentum capere, & punire realiter, & perſonaliter ſecundum formā ſtatutorū, & ordinamentorū Cōis, & Populi Ciuitatis prædictę. Quod ſi dn̄s domorū, ſeu locorū, qui diceretur congregaſſe dictū guarnimentū, vel alij quicūq; cuiuſcūq; conditionis, & ſtatus exiſterent; reſiſterent, & nō permitterent dictas domos, & loca ſtatim rimari, ſeu inuentos capi, &

duci,

duci, vel ipſi ſe defenderẽt, capite puniantur. Et nihilominus dicta domus, ſiue loca ſtatim deſtruantur. Et in continenti ſine aliquo interual lo pulſata campana Cōis ad ſturmum, & voce præconis, prædicti Officiales, & quilibet prędictorũ cũ vniuerſo Populo hoſtiliter cũ vexillis Cōis, & armis accedãt ad locũ, vbi dictũ guarnimẽtũ diceretur eſſe factũ, & inde nõ diſcedere, quouſq; ipſi cõgregati ad dictũ guarnimẽtũ fuerint capti, & in fortiã Cōis ducti, & puniti, arbitrio dictorũ Officialiũ. Et ſi dicti Officiales fuerint negligẽtes, priuentur ipſo iure ſalario, & officio, & in perpetuũ in ipſo officio eſſe nõ poſſint. Guarnimẽtũ aũt intelligatur ſi fuerit vltra quinq; forẽſes, vel exbanniti a quinq; ſupra, dũmodò ipſi vltra quinq; forenſes, videbuntur Prioribus, qui pro tẽpore erint ſuſpecti. Et pręceſſerunt de voluntate Racanatenſis Epiſcopi.

De pęna facientis conſpirationem adunantiã, ligam, ſiue Jurã. Rubr. XXVIII.

CONſpirationem, coniurationem, ligam, iuram, ſeu adunantiã faciẽtes in Ciuitate noſtra, vel burghis ſine licẽtia expreſſa DD. Põtatis, & Priorũ, qui pro tẽpore fuerĩt, capite puniãtur. Et domus in qua dicta conſpiratio, adunantia, iura, ſiue liga facta fuerit, deſtruatur in totũ, & ipſius domus dominus, ſeu habitator ſi haberi nõ poterit, ſit extrà Ciuitatem, & diſtrictum perpetuò exbannitus. Et nihilominus ſi quo tẽpore in fortiã dicti Cōis peruenerit, capite puniatur.

De pęna opponentis ſe hominibus fraternitatis Populi trahentibus ad Palatium Comunis tempore rumoris. Rubr. XXIX.

PRæſenti conſtitutione firmamus, quod nullus reſiſtat, ſeu paratã, vel contrariũ aliquod faciat, neq; de domo, vel aliũ de proijciat alicui de numero Populi, ſiue de numero iuratorũ ad Populũ, volẽtibus occurrere, vel venire cũ armis, vel ſine armis ad Palatiũ Cōis, Põtatis, & Priorũ Populi, tẽpore alicuius rumoris. Si quis verò cõtrafecerit, puniatur in perſona, & rebus arbitrio Põtatis, & Priorũ de facto oĩ iuris ſolẽnitate ommiſſa. Et domus de qua proijceretur, vel obſtaculum fieret funditus deſtruatur, aliquo capitulo non obſtãte. Nullus autem de dicto numero Populi, ſeu de iuratis ad Populum audeat, vel præſumat, tempore alicuius rumoris ire, ſeu trahere ad domũ alicuius de nobilibus, ſeu magnantibus dicti Communis, ſine expreſſa licentia Dominorũ Põtatis, & Priorũ Populi. Contra faciens verò in ducentis libris, & plus Põteſtatis, & Priorum arbitrio condamnetur.

De

De pęna offendentis aliquem, qui officium prioratus exerceret, & uerbum iniurioſum contra eos prorumperit. *Rubr.* *X X X.*

SI quis in tantã furoris venerit audaciã, quod aliquẽ qui officium prioratus exerceret, exercuiſſet, vel in futurum contingerit exercere tempore officij prioratus, ſiue infra annum, poſt ſuum officium depoſitum, quocunque modo offenderit, ſeu offendi fecerit, occaſione officij, vel exercitio officij geſti per ipſum, vel aliquem alium de Prioribus, vel per totum officium prioratus, vel per partem ipſorum in officio, quorum priorãtus talis offenſus fuerit conſocius, quod talis offendens puniatur in quadruplum pęnarum, quæ in ſtatutis continentur ſi alium offendiſſęt. Et ſi non appareret, vel dubitaretur, vel obſcurum eſſet an dicta offenſa eſſet illata occaſione exercitij, vel geſtus officij, quod Priores Populi vnà cum Poteſtate, qui pro tempore fuerint, poſſint, & debeãt declarare, & deliberare, vtrum dicta de cauſa fuerit dicta iniuria illata, vel non, ſolemni inueſtigatione præmiſſa, delato primò iuramento dictis Prioribus per Notarium reformationum de nouo de inquirendo, & inueſtigando veritatem dictæ iniurię, vel offenſę, vtrum ſit facta ratione dicti officij Prioratus, vel non, quorum ſex ex dictis Prioribus ſint concordes cum dicto Rectore, ad cuius exceſſus probationem, fama duorum teſtium habita, ac ſi legitimè probatum eſſet, ſufficiat ad prædicta. Si aliter autem offenderetur, ſeu offenſus eſſet, quod dicta pęna reducatur ad pęnam contentam in alijs ſtatutis dictæ Ciuitatis, prout eſſet alius ciuis, qui non eſſet, nec fuiſſet, in dicto officio prioratus infra annum, vt ſupra continetur. Et prædicta non vendicent ſibi locum in præteritis, ſed in prǽſentibus, pendentibus, & futuris. Et Poteſtas poſſit in prędictis inquirere, & condemnare, vt dictũ eſt. Si quis autem contra ipſos Priores, ſeu aliquem ipſorum verbum iniurioſum, quod poſſet ad iniuriam reuocari proruperit infra dictum tempus ſui officij prioratus, pęna decem librarum plectatur. Et ſuper prædictis ſacramento accuſatoris cum dicto vnius teſtis, delinquentem per Põtatẽ poſſe volumus cõdẽnari. Nullus aũt de Cõſilio Populi, ſiue ad ipſum Populũ iuratis, cõtra officiũ prioratus, ſeu aliquẽ ex Priorib. publicè, vel occul-

te audeat aliquod verbum proferre, dicendo Priores nō bene exercue runt eorum officium, ſeu aliquem ipſorum inculpando, aliqua quacun que de cauſa, quæ vera reperiri non poſſet, contrafaciens autem pęnam decem libr. incurrat, quę de facto per Poteſtatem, & eius Officiales, a contrafaciente exigatur ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ad quorum probationem ſufficiat probatio vnius teſtis dę auditu, & duorum de publica voce, & fama. Sed ſi contra faciēs, dictā pęnam ſoluere recuſauerit, de dicto numero Populi, & ipſorum iuratorum ad vitam, eius nomen, ſeu ipſorum de libris, ſeu quaternis Conſilij Populi, & iuratorum ad Populum aboleatur, & caſſetur in totum, Et aliquo tempore in dicto numero eſſe non poſſit, & dictam pęnam nihilominus ſoluere compellatur. Et Poteſtas teneatur, & debeat, atque poſſit inquirere ex officio ſuo cum denunciatione, vel ſine denunciatione quolibet menſe ſemel de omnibus, & ſingulis ſupraſcriptis vīculo ſacramenti, & pęna vigintiquinque libr. de ſuo ſalario. Liceat tamen vnicuique de geſtis per ipſos Priores coram rationatoribus eorum ſuam petitionem, ſiue querimoniam exhibere. Caueat autem vnuſquiſque Rector huius Ciuitatis, ſui Officiales, & familiares, Prioribus Populi, ſeu alicui ipſorum qui ſunt, & pro tempore erunt, dicto, vel facto durante officio prioratus aliquam iniuriam in perſonis, vel rebus inferre, quod ſi contrafecerit pęna centum libr. Rector, Officialis vero, vel familiaris xxv. libr. pro quolibet ipſorum incurrat, & vice qualibet condamnetur, & ſuper his poſſit inquiri ad petitionem ipſorum Priorum, ſeu iniuriam paſſi, per rationatores, ſeu Scindicatores ipſorum Poteſtatis, & Officialium, & etiam condemnari, ſalua maiori pęna a iure, vel ſtatuto conceſſa.

De pęna præſumentis auſſerre vexillum Communis, & Populi ſeditionis tempore, vel rumoris. Rubr. XXXI.

VEXILLVM Communis apud Priores conſtitutū, vel alibi eorum mādato poſitum, ſiquis tempore ſeditionis, aut rumoris tantę temeritatis audacia, ſua auctoritate, non pręcedente mandato Priorum Populi auferre leuare, ſeu arripere pręſūpſerit, aut peteret, ſeu exclamaret, quod ipſum vexillum ſibi, vel alteri contra voluntatem ipſorum Priorum detur, vel aſſignetur, ſine aliqua iuris, & iudicij figura per Poteſtatem, & ſuum officium capite puniatur. Minores verò banderię, ſeu pennones ſcilicet quatuor vna pro quolibet quarterio ad defenſionem vtilitatis, & ſtatus Communis, & perſonarum volentium ipſum ſtatum tueri modo infraſcripto. Quatuor ſcilicet vni per quarterium de numero Populi fide dignis omnibus legalibus, omni partialitate remotis, per Priores Populi debeant aſſignari, videlicet quod ipſi Priores cum tribus pro quolibet quarterio de Conſilio Populi ſibi adiunctis, quatuor bonos viros, vt ſupradictum eſt de quolibet quarterio nominent, eligant, & ſingulariter in ſingulis cartucijs ſcribi faciant, quorum nomina ſīt inſcripta redacta in quatuor buſſolis cuiuslibet quarterium ſuum immictant, & recludi faciant deinde cum tempus aduenerit ipſius officij exercēdi de cuiuslibet quarterij buſſulo, cedula vna trahatur in qua ſcriptus officium ipſum pennonerij debeat exercere cum cōſilio quatuor bonorū uirorum eiuſdem quarterij, qui per ipſos Priores Conſiliarij deputabuntur. Qui pennonerij, pennones, ſeu banderias, ſinguli ſingulas ad honorem Dei omnipotentis, reuerentiam, & fidelitatem ſanctæ Romanæ Eccleſię, & defenſionem ſtatus, & vtilitatis publicę, de manibus Poteſtatis cum voluntate Priorum accipiat, tribus tantum mēſibus, eorum durante officio, ipſas banderias, ſeu pennones, rumoris tempore eleuare, & in publico tenere, per ſuum quarterium, ad quod omnes de numero Populi, & de numero iuratorum ad Populum, armis muniti trahere debeant, ad defenſionem, & ſequelam ipſius, non recedentes ab eo, donec rumor fuerit ſedatus. Nec audeat ipſę pennonerius de ſuo quarterio ſecedere

niſi

niſi a Prioribus Populi aliud in mandatis haberet. Si verò quis tam audax fuerit inuentus, quod eo tempore, alicui ex his pennonerijs ipſum pennonem auferre vellet, aut eidem pennonerio iniuriam faceret; pœnam quingentarum librarum Communi ſoluendam incurrat: in cuius ſolutione deficiens caput ammittat. Cuius pœnę executio ſtatim ante repoſitionem, ſeu recluſionem pennoni fiat, aliter eodem inſtanti delinquentis bona deſtruantur, & depopulentur, & Communi publicentur. Poſſint tamen Priores ſi neceſſe fuerit, & vtilius ſibi viſum fuerit, eligere vnum de numero Populi probum virum vexilliferum vexilli magni Communis. Nemo quoque de numero Populi, & de iuratorum ad Populum eodem rumoris tempore, vel alio quocunque, adhereat, ſeu trahat ad aliquam partem, ſeu alicui, vel aliquibus partem nominantibus, ſeu clamantibus, neç operantibus dicto, vel facto; publicè, vel occultè, quod contra ſtatum pacificum vtilem, & vnitum ipſius Communis, & Populi, poſſet in aliquo redundare. Sed ſemper ſtudeat toto poſſe, ipſum turbare volentibus, & reuerentiam, & fidelitatem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ obuiare, contrafaciens in prædictis, quinquaginta librarum pœna coherceri poſſit, & de numero Populi, & iuratorum ad Populum debeat aboleri.

De pœna contenobentis de parte guelpha, vel gibellina. Rubr. XXXII.

PACIFICVM, & etiam tranquillum ſtatum Communis, & Populi noſtræ Ciuitatis gubernare, ac manutenere volentes; præſenti ordinamento firmamus, quod nullus de Ciuitate noſtra, ſeu ipſius habitator, ſiue quis alius, audeat, vel præſumat partem guelpham, vel gibellinam, ſeu aliquam aliam partem publicè, vel occultè nominare, ac de ipſa contendere, quod ad aliquos actus offenſę, vel iniurię peruenirent. Si quis autem verbum iniurioſum dixerit, occaſione dictæ condemnationis vigintiquinque lib. pœnam incurrat per Pōtatē, & ſuos Officiales exigēdā, quā ſi ſoluere non poterit, lingua ſibi debeat amputari. Si verò occaſione contentionis

tionis dictæ partis quis ad inuicem ſe percuſſerit cum armis cum ſanguinis effuſione, capite puniatur ſi capi poterit. Si autem capi non poterit, omnia eius bona deſtruantur, & deſtructa deueniant in Communi. Si verò aliquo nominante aliquam de dictis partibus, ad inuicem inter ſe contentio interuenerit, in centum ſol. vice qualibet puniatur, vel ſi quis dixerit, vel proruperit, dicendo, ego ſum guelphus, & tu es gibellinus, vel ille eſt guelphus, & ille eſt gibellinus, pro quolibet verbo, & vice qualibet ſoluat bannum centum ſol. etiam ſi ad alios actus offenſionis, & iniuriæ non peruenerit. Abſtineant autem ſe mulieres cuiuſcunque ſtatus, ſeu conditionis exiſtant in aliquo loco dicere, et nominare partem guelpham, vel gibellinam, ſeu de ipſa contendere, ſeu aliquam iniuriam hactenus factam, ſeu ab aliquo, ſeu ab aliqua receptam, a viginti annis citra currentibus annis Domini Milleſimo trecenteſimo vigeſimo nono indict. duodecima tempore Domini Ioannis Papę xxij. Etiã quod in perſona alicuius, tàm maris, quàm mulieris facta eſſet, pęna contrafacientibus, ſeu delinquẽtibus quinquaginta librarum, pro vice qualibet ordinata. Quam ſi ſoluere non poterit eius lingua debeat amputari. Et cuilibet liceat contrafacientem accuſare. Et Poteſtas ſuo officio inquirere debeat ad petitionem cuiuſcunque conquerentis de prædictis. Et teſtimonio, ſeu fide duorum habito, delinquentes condemnare pęnis prædictis. Ad quę omnia ſupradicta Poteſtas infra primum menſem ſui regiminis, teneatur facere eligi per conſiliarios ſpeciales decem homines, & decem mulieres per quodlibet quarterium ad denunciandum, & contrafacientes referendum.

De pęna offendentis Poteſtatem, vel eius Officiales, vel alios Officiales, vel baiulos Communis. Rubr. XXXIII.

PERTINACIS audacię ſcelus eius punientes, qui contra Poteſtatem, ſeu Officiales eius arma ſumpſerit, vel ad palatium cauſa eos offendendi, vel ad ipſum præliandum accederet, pęnam perſonalem arbitrio ipſius Rectoris, & Priorum Populi imponi mandamus. Et bona eius omnia deſtructa remaneant

neant publicata, quod ſi delinquens capi non poterit; extrà noſtram Ciuitatem, & diſtrictum perpetuò ſit in banno. Idem volumus obſeruari in domo, palatiò, ſiue turri, quę armaretur contra Rectorem, Priores Populum, & Commune vt abſque alio accuſatore, atque Iudicij ordine, a fundamentis radicitus extirpentur.

Quicunq; vero protulerit verbum aliquod iniurioſum Poteſtati Ciuitatis Racaneti, puniatur ĩ quadruplo eius quod ſolueret, ſi diceret alicui priuatę perſonę, pro quolibet verbo, & qualibet vice ſine remiſſione. Si verò protulerit verbum iniurioſum alicui alij Officiali forenſi Ciuitatis Racaneti puniatur in ſol. centum den. pro quolibet verbo, & qualibet vice ſine remiſſione. Si verò percuſſerit, vel vulnerauerit cũ ſanguinis effuſione Poteſtatem Ciuitatis Racanati cum aliquo genere armorum extrà palatium ſuę reſidentię, puniatur in perſonà arbitrio ipſius Poteſtatis, & Priorum Populi Ciuitatis Racaneti, ſecũdum quod ſupra dictum eſt. Si verò ſine armis, vel cum armis non tamen cũ ſanguinis effuſione, puniatur in triplici pęna, qua puniretur ſi alium non Officialem offenderet, ſine remiſſione aliqua. Si verò offenderit aliũ, vel alios ex Officialibus dicti Poteſtatis extrà palatium reſidentię dicti Poteſtatis, ſeu alibi quàm in dicto palatio cum armis, vel ſine, & cum ſanguine, vel ſine, puniatur in duplici pęna ſine remiſſione, qua puniretur ſi alium non Officialem offenderet. Si verò offenderit alium, vel alios ex Officialibus forenſibus dicti Communis in domo, vel ad domũ hĩtationis dictorum Officialium, puniatur in triplici pęna ſine remiſſione, qua puniretur ſi alium non Officialem offendiſſet, alibi verò, quod in domo, ſeu ad domum, hĩtationis dictorum Officialium, puniatur duplici pęna ſine remiſſione, qua aliter puniretur ſi offenderit non Officialem. Si verò offenderit aliquem Officialem, Ciuem, vel habitatorem Racaneti, electum per Commune, vel Priores Populi Ciuitatis Racaneti, vel per aliquod ſtatutum Ciuitatis Racaneti ad aliquod officium exercendum, vel ſi offenderit aliquem baiulum Communis Ciuitatis Racaneti, & talis offenſio fieret, occaſione geſtus, & exercitij ſui officij, quod idem tunc geſſiſſet, vel gereret, vel ad actum gerẽdi ſtaret, vel pergeret; puniatur duplici pęna qua puniretur ſi nõ Officialẽ offenderet. Et quod poſſit in hoc caſu tãtũ gaudere talis offẽdẽs beneficio pacis, & cõfeſſionis, & ſolutionis ĩfra terminũ ſi eã hẽrit, ſecũdũ formã ſtatutorũ loquẽtiũ de beneficijs pręd ictis.

Et

Et quod quo ad prædicta illi ſint, & intelligantur Officiales Communis, qui ſindicantur per noſtrum Commune de geſtis per eos in eorum officijs tantum. Et illi, qui exercent officium baiulatus Communis Racaneti, & Officialium dicti Communis, & qui deputarentur ad cuſtodiam per Dominos Priores, vel Officiales cuſtodię dicti Communis. Et quod pręſens ſtatutum non deroget ſtatuto poſito ſub rubrica de pęna offendentis aliquem, qui officium Prioratus exerceret, quod de dictis Prioribus loquitur, nec infraſcripto ſtatuto loquenti de pęna offendentis aliquem officialem poſt depoſitum officium; quę in ſuo robore permanere volumus.

De pęna offendentis aliquem Officialem infra annum poſt depoſitum officium. Rubr. XXXIIII.

ITEM statuimus, & ordinamus, quod ſiquis aliquem, qui officium aliquod exercuiſſet, ſeu geſſiſſet in dicta Ciuitate Racaneti, eiuſque territorio, & diſtrictu offenderit, ſeu percuſſerit quocunq; modo, ſeu aliquam iniuriam intulerit, quę poſſet ad iniuriam reuocari infra annum poſt depoſitum, & finitum officium, occaſione officij geſti, ſeu exercitati per eum, vel eos; quod Poteſtas, & eius officium ſub pęna periurij, & vigintiquinque librarum, de ſuo ſalario de facto auferenda per ſuos Scindicatores tempore ſui ſcindicatus, teneatur, & debeat inquirere, & procedere ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij ad denunciationem, querelam, ſeu promotionem dicti offenſi, vt dictum eſt, ſeu ſine eorum denũciatione, relatione, vel querela. Et delinquentes, ſeu delinquentem, in prædictis, vel aliquo prædictorum repertos culpabiles punire, & condemnare pecuniaria pęna, ſeu perſonali, arbitrio Domini Poteſtatis, inſpecta ſemper qualitate delicti, & conditione perſonarum, dummodò non excedat pęnã in proximo pręcedenti ſtatuto contentam. Et ad probationem exceſſus, & delicti commiſſi in perſonam, vel perſonas in hoc ſtatuto comprehenſas, ſufficiat dictum vnius teſtis rectè deponentis de viſu, & duo

rum

rum teſtium fide dignorum de fama, & habeatur pro plena, & legitima probatione in prædictis; lege, conſtitutione, ſeu ſtatuto, aliquibus non obſtantibus. Et illi intelligantur fuiſſe Officiales, quo ad hoc, qui declarantur in ſuperiori proximo ſtatuto.

De pęna homicidium committentis. Rubr. XXXV.

QVICVNQVE doloſè homicidiũ perpetrauerit, ſeu perpetrari mandauerit, vel ordinauerit cum effectu, aut ad ipſum committendum operam dederit; in amputatione capitis puniatur. Et bona eius omnia mobilia, & immobilia publicata remaneant Communi: quę immobilia, exceptis domibus ne vrbs deformetur, deſtruantur, & depopulatæ remaneant. Ex quibus bonis ſic deſtructis depopulatis, & publicatis, dotes vxoris, homicidę verè date, vel inſtrumento confeſſatę, retrahantur, & ipſis vxoribus reſtituantur. Si verò idem homicida aufugerit, & requiſitus, ſeu citatus ad ſuam excuſationem, & defenſionem; venire, & comparere ceſſaret pro confeſſo, & conuicto habitus, perpetuò ſit in banno; & dictæ Ciuitatis, atque eius diſtrictus exbannitus, nec ad noſtram Ciuitatem reuerti poſſit, & pęnas ſibi impoſitas euitare, ſiue pacem habuerit ab hęredibus, vel conſanguineis offenſi, ſiue neque pax quantum ad hoc, ſibi non proſit. Pro quarum pęnarum executione ſtatim poſt maleficium perpetratum, fieri debeat deſcriptio omnium bonorum dicti homicidę, & poſt lapſum decem dierum a die ſententię condamnatorię latę computandorum, fieri debeat executio per rectorem eiuſq; officium.

De pena aſſaſinantis aliquem, & qualiter quis puniatur, ut aſſaſinus.
Rubr. XXXVI.

PESSIMVM, & deteſtabile crimẽ aſſaſinatus puniri volentes, & ne ad effectum tam ſcelerati criminis quis procedat, duximus præſenti decreto firmandum, quod nullus tante perſiſtat audaciæ, quod permittat alicui aliquem occidere, vel aſſaſinare, aut prætium pro dicto delicto committendo recipiat, aut promiſſionem prętij, ſiue bancham ſibi fieri faciat, vel ad aſſaſinandum aliquem ſe conducat, ſiue tentet, aut facere inueſtiget, ſeu diſpoſitum ſe exibeat pro aliquo prætio ad petitionem alicuius. Qui verò contrafecerit, vel delinquerit in aliquo prædictorum caſuum, tanquam aſſaſinus pęna capitali puniatur, & atrociori ſicut Rectori videbitur, perſonarum conditione, ac delicto, loci, & temporis qualitate penſatis.

De pęna baliſtantis, ſagittantis, vel lanceantis contra aliquem.
Rubr. XXXVII.

SI quis ſtudioſè contra aliquem ſagittauerit, lanceauerit, vel baliſtauerit, ſagittam, vel aliud telum, dardum, lanceam, vel cauillottam, & ipſũ percuſſerit, puniatur duplici pęna eius, qua condemnaretur ſi ipſum percuſſiſſet aliter, quod ſagittando, lãceando, vel baliſtando cum eodem genere armorum. Si verò ipſum non colligerit, vel percuſſerit pęnam quinquaginta libr. incurrat.

De

De modo capiendi, & capi, & occidi faciendi maleſactores, & prouiſione fienda capientibus, & occidentibus ipſos, & arbitrio Priorum circha prædicta. Rubr. *XXXVII.*

DETESTABILE, & peſſimum crimen aſſaſinatus volentes punire, præſenti ordinatione firmamus, quod ſuper maleficijs commiſſis, vel committendis per aſſaſinos, derubatores, homicidas, Incendiarios in perſonam quorumcunq; in dicta Ciuitate, eiuſq; territorio, & diſtrictu, Priores qui nunc ſunt, & pro tempore erũt in futurum, poſſint, teneantur, & debeant, & habeant plenam poteſtatem; & bailiam expendendi, de ęre dicti Communis vſq; ad quantitatem centum flor. de auro, ad petitionem conſanguineorum interfecti, derubati, & illius qui incendium paſſus fuerit, & cuiuslibet alterius poſtulantis, & ex eorum officio bailia, & auctoritate, ſine poſtulatione alterius, infaciendo capi, & duci prædictos malefactores in fortiam dicti Communis, ſeu occidi facere poſt condemnationem contra eos latam, & lapſum decẽ dierum a die latę eiuſdem quoad occiſionem, ſed quo ad aſſaſinos, latrones, iure Communi loquente contra eos ſaluo. Et quod dicti Priores poſſint, debeant, & teneantur facere bullam, ſolutionem, & depoſitum, ſeu bancham, & promiſſionem talibus capientibus, ſeu capere volentibus; interficientibus, ſeu interficere volentibus prędictos aſſaſinos, derubatores, homicidas, incendiarios de quacunque pecunia reperiretur in Communi prædicto. Et ſi pęcunia non reperiretur in Cõmuni prædicto tunc temporis; quod ipſi Priores, vel maior pars ipſorum poſſint, debeant, & teneantur imponere collectam per ſumantẽ in Ciuitate dicta ſine deliberatione vigintiquatuor, Ancianorum generalis Conſilij, & ducentorum de Populo: non obſtãtibus aliquibus ſtatutis, reformationibus, prouiſionibus Communis, & Populi Ciuitatis prædictę quę ſtatuta, reformationes, & prouiſiones, quę in contrarium loquerentur, ex nunc auctoritate præſentis ſtatuti, prouiſionis, & ordinamenti ſint ſuſpenſa, caſſa, irrita, & nullius valoris in caſibus ſupradictis. Et Priores ſubſequentes teneantur, poſſint, & debeant adim-

plere omnem prouiſionem, bancham, ſeu depoſitum factam, vel factũ per Priores ſuos prędeceſſores, ſecundũ formã ſuperius traditã. Et ſi dicti Priores, qui nunc ſunt, & pro tẽpore erunt, ceſſauerint facere prędicta, vel fuerint negligentes in prædictis, & quodlibet prędictorũ faciẽdum, & executioni mandandũ, quod ipſo facto incurrant, ipſi, & quilibet ipſorum in pęnã xxv. libr. pro quolibet ipſorũ. Quam pęnã teneatur Põtas aufferre eis, & cuilibet ipſorũ de facto, ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij ad petitionẽ conſanguinei occiſi, & derrubati, & illius qui incendium paſſus fuerit, & cuiuslibet alterius poſtulantis, & etiam ex ſuo officio, ad pęnam centũ libr. de ſuo ſalario. Nihilominus prædictis occidentibus prædictos malefactores in Coĩ, vel aliquem ipſorum prædicta quantitas integraliter perſoluatur.

De prouiſione fienda capientibus, & occidentibus aliquem de infraſcriptis malefactoribus. Rubr. XXXIX.

PResenti ſtatuto firmamus, quod quicunq; caperet, & duceret in fortiam dicti Coĩs aliquem de dictis malefactoribus nominatis in dicto proximo capitulo, vel occideret, ſeu aliquem alium exbannitũ dictę Ciuitatis, ſeu condemnatum ad mortem pro quocunq; maleficio, vel delicto, ille talis capiens, ſeu occidens prædictos malefactores, exbannitos ſeu condemnatos, habeat, & habere debeat a Coĩ prædicto cẽtũ flor. auri. Et quod Priores, qui nũc ſunt, & pro tempore erũt, poſſint, teneãtur, & debeant ei, vel eis facere bullectam, & ſolutionẽ de quacunq; pecunia, quæ tunc reperiretur in Coĩ prædicto. Et ſi non reperiretur, poſſint imponere collectam ſine aliqua alia ſolẽnitate pro dicta pecunia perſoluenda, vt ſupra in dicto proximo capitulo continetur, & ad pęnã in ipſo capitulo contentã. Et quod Priores qui nunc ſunt, & pro tempo tinetur, & ad pęnam in ipſo capitulo contentã. Et quod Maſſarius dicti Coĩs, qui pro tẽpore fuerit, teneatur ſoluere dictã pęcuniã, ſi pęcunia eſt, vel erit tunc in Coĩ, ſub pęna xxv. libr. Et quod Põtas teneatur ei auferre dictã pęnã de facto, ſecundũ quod ſuperius in dicto ſtatuto continetur, ſub pęna in ipſo ſtatuto contenta. Et ſi aliquis eſſet exbannitus dicti Coĩs in perſona, vel condemnatus ad mortem, & caperet duceret, & Curiæ præſentaret, aliquem prędictorum malefactorũ, ſeu occideret, quod auctoritate præſentis ſtatuti prouiſionis, & ordinamẽti,

ſit ipſo facto reconciliatus,& pro reconciliato habeatur. Et quod omnis ſententia,& condemnatio, quæ reperiretur de ipſo facta in libris, ſeu quaternis Coīs, auctoritate præsētis ſtatuti, ſit caſſa, vel caſſę, & irritæ, ſeu irrita,& nullius valoris. Et quod Notarius reformationū, qui pro tēpore erit, vel fuerit, teneatur,& debeat oēs condemnationes ipſius de libris,& quaternis dicti Coīs caſſare,& cancellare ad petitionem illius capientis, ducentis,& occidentis dictum malefactorē ipſius ad pęnam x. libr. Nihilominus ille talis capiens, vel occidens aliquem prædictorum, ſi eſſet condemnatus, vel exbannitus ad mortem, hēat, & habere debeat de pęcunia dicti Coīs modo prædicto perſoluenda, quinquaginta libr. dictæ monetę. Si verò condemnatus,& exbannitus eſſet in pęcunia, membro, vel alia aliqua pęna perſonali, hēat,& hēre debeat de pęcunia dicti Coīs, modo prædicto perſoluenda, centū libr. dictæ monetę. Quæ beneficia locum non hēant in aliquo aſſaſſino capiente, ſeu occidente aliquem exbannitum, ſeu cōdemnatū dicti Coīs, quacunq; de cauſa, niſi caperet, & duceret in fortiā dicti Coīs aliquē alium aſſaſinum, qui cōmiſiſſet dictum maleficium aſſaſinatus in dicta Ciuitate, eius territorio,& diſtrictu, vel condemnatū, & exbānitum, occaſione prædicta, vel occiderit aſſaſinum prædictum, vel condemnatum occaſione prædicta.

De cuſtodiendo terrenum,& paſſus à malis hominibus. ***Rubr. XL.***

PRęſenti ordinamento firmamus, quod Priores Populi, qui ſunt,& pro tempore erunt, teneantur, & debeant vinculo ſacramenti, & pęna centum ſol. pro quolibet de ſuis bonis proprijs, facere certam cernitam famulorū. Et quod quilibet prioratus, teneatur,& debeat mittere ipſos famulos de menſe, quo erūt Priores, ad rimandū per Ciuitatem prędictam, eiuſq; territorium,& diſtrictum, in locis vbi eis videbitur conueniri, ad rimandum, capiendū,& ducendū, ipſos male factores in fortiā dicti Coīs. Et ad capiendum, occidendum,& offendēdum ipſos malefactores. Et ſi ceperint, duxerint, ſiue occiderint prædictos malefactores, habeant prædicti famuli de bonis dicti Coīs pęcuniam declaratam in ſupradicto ſtatuto, modo prędicto in ipſo ſtatuto contentam. Et quod dicti Priores prouidere poſſint prędictis famulis de eorum labore, ſi non caperent, ſeu occiderent aliquem.

De pęna auxiliantium, loquentium, & fauorem præſtantium exbannitis Communis Racaneti, & non capientium ipſos. Rubr. XLI.

HAc lege municipali ſancimus, quod nulla perſona maſculus, vel fęmina, hītator, vel hītatrix ſtans, ſeu commorans, in dicta Ciuitate, & eius territorio, & diſtrictu, ſeu quis alius veniens vndecunq; ad dictam Ciuitatē, & diſtrictū audeat, vel pręſumat prædictis exbannitis, & condemnatis ad mortē, ſeu alicui ipſorum loqui, ſeu loqui facere in terra, & diſtrictu Racaneti, vel extrà ex propoſito, ſeu receptare in domo propria, vel conducta, vel aſſociare, ad pęnam centum libr. Si aūt non ex propoſito, ſed ex caſu, non teneatur ad pęnā prædictā, dummodò ſtatim veniat dictus loquēs ad Pōtatē, & Priores Racaneti, & referat vbi locutus fuerit cū ipſis exbannitis, & quid dixerint ei, & quo locō ſunt. Nihilominus ſi prędicta locutio fuerit in primā, ſecundā, & tertiā ſenaitā debeat gridare, & vociferare contra eos, cauſa capiendi ipſos. Et nec litteras, ſeu Nuncios mittere, ſeu micti facere quacunq; de cauſa, vel colore aliquo; nec dare, ſeu præſtare eis, vel alicui ipſorū auxilium, conſilium, vel fauorem dicto, vel facto; nec mittere eis pęcuniam, dare cibū, cōmeſtionem, vel potum, vel aliquid aliud; nec pro ipſis contendere in fauorem ipſorum, nec recipere ab ipſis literas, ambaxiatam, Nuncios, nec aliquas alias res; & ſi receperit ſtatim debeat Prioribus, & Poteſtati reuelare, & dicere, & dictas literas, & Nuncios reuelare, ſeu præſentare. Et qui contra fecerit in pręd ictis, puniatur in centum libr. Et ſi ſoluere non poterit infra x. dies poſt condemnationem de eo factam, vnus pes ſibi amputetur. Et ſi aliquis prædictorum malefactorum, & condemnatorum tranſitū faceret per territorium, & diſtrictum dictę Ciuitatis; quod oēs videntes ipſos teneantur gridare, & rumorem facere, & mittere contra eos, ire poſt ipſos, & capere ipſos, & ipſos fugare, per totū noſtrum territorium, & diſtrictum. Et quod oēs circumſtantes teneantur trahere ad dictū rumorē, & proſequi dictos malefactores, & eos capere; & quod licitum ſit oībus ipſos offendere, & occidere ſine pęna, & banno. Et nihilominus quicūq; caperet, vel occideret ipſos, vel aliquem ipſorum, habeat, & habere debeat à Coī prędicto pęcuniam declaratam in ſupradictis ſtatutis, ſecundum modum, & formam in eis traditam. Et quicunq; contrafecerit in prædictis, vel aliquo pręedictorum, puniatur per dictum Poteſtatem, in decem libr. Si verò receptauerit exbannitum, ſiue condemna-

demnatum dicti Communis a centum libris ſupra, ſoluat pro banno vigintiquinq; libr. Si verò fuerit exbannitus, ſiue condemnatus dicti Cōmunis a vigintiquinq; libr. vſq; ad centum libr. ſoluat bannum centū ſol. Et Poteſtas quolibet menſe ſui regiminis teneatur bis facere per totam Ciuitatem, & eius diſtrictū ſolemnem inquiſitionem, & repertos culpabiles punire, & condemnare, ſecundum modum, & formam prædictā. Si quis autē aliquis exbannitus dictę Ciuitatis venerit in Territorium dictę Ciuitatis ad offendendum aliquem, vel ipſum offenderit, vel cauſa damnificandi aliquem de dicta Ciuitate in bonis ſuis, ſcilicet incidendo vineas, arbores fructiferas, percutiendi, vel occidendi animalia, cuilibet ſit licitum ipſum, vel ipſos exbannitos capere, & captū Poteſtati, & ſuis Officialibus præſentare, & habeat de bonis Communis, ſi condemnatus pręterquam ad mortem xxv. libr. Et ſi in ipſo actu capiendi ipſum, vel ipſos exbannitos percuſſerit, vel occiderit, bannū aliquod ſoluere minimè teneatur.

De pęna forenſium de ſua Ciuitate exititiorum habitantium in noſtra Ciuitate.

Rubr. XLII.

PRESENTI ſtatuto firmamus, quod nullus forenſis exitius ſuę Terrę expulſus pro parte guelfa, vel gibellina condemnatus, & exbannitus ſuæ Terræ ad mortem, poſſit, vel debeat ſtare, morari, vel habitare in Ciuitate prædicta, eiuſq; Territorio, & diſtrictu. Nec proficiat dicto exititio cittadināria Ciuitatis poſtquā fuerit expulſus de Terra ſua. Et tales exititij, exbanniti, ſeu condemnati ipſarum Terrarum, & illi, qui non poſſint ſtare, habitare, & morari in Racaneto, remaneant in prouiſione Priorum Populi, cum illis quos vocare voluerint. Et illi qui approbati fuerint per eos, debeant dare fideiuſſores in quantitate, quę eis videbitur, de non offendendo, nec contendere de aliqua parte. Et facto præcepto illis, qui approbati non fuerint ſtare non poſſe, per Poteſtatē Ciuitatis prædictę, vel per Priores Populi, vel bannimentum factum pro parte Domini Poteſtatis, infra quintam diem poſt dictum præceptum eis factum, ſeu bannimentum, recedant de Ciuitate prædicta. Et ſi poſt dictum terminum inuenti fuerint ſtare in Ciuitate prædicta, puniantur in quinquaginta libris. Et ſi ſoluere non potuerint, eis pes amputetur. Nihilominus exire cogantur de Terra. Nullus etiam forenſis

poſſit, nec debeat ſtare, nec habitare ī Ciuitate Racaneti, eiuſq; Territorio, & diſtrictu, qui non habitauerit cū ſua familia non haberet continuè a ſex menſibus citra in dicta Ciuitate, vel eius Territorio, & diſtrictu, & qui non exerceret, vel non haberet aliquod laboritium in Territorio, & diſtrictu Ciuitatis prædictę, vel qui continuè non iret ad prętium in Ciuitate prędicta, ad pęnam decem libr. vſualis monetę. Et quod nulla perſona debeat, nec poſſit receptare, ſeu hoſpitari aliquem alium forenſem de nouo veniētem ad Ciuitatem prędictam, vltra duos dies, ſine expreſſa licentia habita, & obtenta a Prioribus Populi dictæ Ciuitatis in ſcriptis redacta manu Notarij Reformationū, vel alterius Notarij per Priores de Populo deputādi ad hoc. Et quod nullus debeat, nec poſſit aliquem dictorum forenſium tenere in eorum domibus, ſeu domos eis ad penſionem locare, ſine expreſſa licentia dictorum Priorū, habita, & ſcripta vt ſupra per dictum Notarium Reformationū, vel alium Notarium deputandum per Priores Populi. Et qui contra fecerit in prędictis, & quolibet prædictorum, puniatur in decem libr.

De modo, & forma inueſtigandi pro hominibus malę conditionis, & famę habitantibus in noſtra Ciuitate, Rubr. XLIII.

PAcem, & quietem noſtrę Ciuitatis cupientes, vt ipſa purgetur malis hominibus Terrigenis, & forenſibus, pręſenti ſtatuto firmamus, quod per præſentes Priores Populi eligantur quatuor boni, & legales homines fide digni per quodlibet quarterium, quorum nomina ſint apud ipſos Priores in ſecreto. Et prędicti quatuor homines ſic electi, teneantur, & debeant vinculo ſacramenti, & pęna decem libr. referre, & denunciare pręſenti Poteſtati, & eius ſucceſſori omnes, & ſingulos homines, & perſonas malę conditionis, & vitę, Terrigenas, & forenſes, qui ſtarent, ſeu habitarent in Ciuitate prædicta, eiuſq; Territorio, & diſtrictu, qui de ſuo patrimonio non viuerent, vel de eorum arte, vel laboritio, vel qui vterentur ludo, tabernis, vel prodigaliter uiuerent, vel per dictam Ciuitatem, & burghos irent vagando incompetenti, & turpi modo, & inordinatè, & turpi vita viuentes, quorum relatione, & denunciatione, & denunciatione facta per dictos quatuor per quarterium, vel duos eorum de dictis quatuor, prędicto modo Poteſtati, vel eius ſucceſſori, cui fuerit facta dicta relatio per prędictos, vt

ſupra

ſupra dictum eſt, de dictis hominibus, ſic inuentis, & ſe gerentibus, infra ſecundam diem poſt dictam relationem, & denunciationem ſibi factam, debeat mictere per prędictis hominibus ei delatis, & denunciatis per prædictos, & modo prædicto, & ab eis recipere bonos, & idoneos fideiuſſores, de quantitate ducentarum libr. & de parendo eius mandatis, & de ſoluendo condemnationem fiendam de eis ſi nõ obedierint, & obſeruauerint eius præcepta, vſq; ad dictam quantitatem, & receptis dictis fideiuſſoribus a prędictis, prędictus Dominus Poteſtas teneatur, & debeat vinculo ſacramenti, & pęna ducentarum libr. de ſuo ſalario, prędictos homines ſic delatos monere, & eis monitionem facere, & etiam præcipere ad dictam pęnam ducentarum libr. quod ſi ſint artifices, debeant continuè in eorum domibus proprijs, vel conductis exercere eorum artem. Et ſi non ſunt artifices, quod debeant laborare poſſeſſiones, & bona ſua ſi habent vſq; ad quãtitatem vnius Modioli Terrę. Et ſi non haberent de bonis ſuis tantum, quod debeant laborare de terra aliena vnum modiolum adminus. Et quod debeant ſe abſtinere a ludis, & tabernis, & vacabunditate, & quod debeant honeſtè, & moraliter viuere, & ſe induere, & calciare ſecundum eorum poſſibilitatem, honeſtè cum pannis comodè longhis, ſecundum conſuetudinem hominum dictę Ciuitatis, & non cum indumentis curtis, & calciamentis ad modum brigantium; & facta dicta admonitione, & pręcepto, ſemper cum ſacramento eis delato per dictum Dominum Poteſtatem, ſi prædicti tales homines ſic delati, ceſſauerint obedire prędicto Domino Poteſtati, poſſit, & debeat ipſos punire pecunialiter vſque ad quantitatẽ prędictam, & etiam expellere de dicta Ciuitate, & diſtrictu, ſi ſunt terrigène; confinare in quacunq; terra, & loco ſibi videbitur conueniri, & per totum tempus ſui officij, & plus, & minus ſuo arbitrio, & pręcipere ei, & ſuis fideiuſſoribus, quod obſeruent dictum confinium ſub dicta pęna, & quod ſe pręſentẽt perſonaliter Rectori Terrę in qua fuerint cõfinati bis in die, ad dictam pęnam. Et ſi non obſeruauerint, dictum cõfinium, quod Poteſtas poſſit, & debeat eis, vel ſuis fideiuſſoribus dictã pęnam auferre de facto, ſine aliqua condemnatione. Nihilominus prędicti confinati non obedientes, ſemper ſint exbanniti dictę Ciuitatis, & diſtrictus in dicta quantitate ducentarum libr. & ad dictam Ciuitatem redire non poſſint. Quorum officium dictorum quatuor, duret per ſex menſes.

De pęna retinentium in domo, ſiue portantium arma Guelfa, vel Gibellina. Rubr. X L I I I I.

VT omnis materia ſcandali, & ſuſurri in noſtra Ciuitate tollatur, præſenti lege refirmamus, quod nulla perſona maſculus, vel fęmina in domo ſua propria, vel conducta, poſſit, vel debeat tenere arma aliqua partis Guelfę, vel Gibellinę, & ĩ dicta domo, vel extra depingere, vel dipingi facere, ſculpire, vel intagliare, vel in Targis, Penonis ſuperſignare, ſeu alijs armis portare, ſeu habere, vel ſuper ſe portare in ueſtimentis, affibiaturis, intreçiatis, vel alijs quibuſcunq; ornamentis, niſi propria arma domus ſuę, & anteceſſorum ſuorum, ſeu arma Communis, & Populi Ciuitatis Racaneti. Et quod nullus, qui non eſt, vel ſui anteceſſores, vel aliqui de domo ſua nõ fuerit, ſoliti habere aliqua arma, poſſit aſſumere, vel capere aliqua alia arma, niſi arma Communis, & Populi Ciuitatis prædictę, ad pęnam decem libr. Et Poteſtates, qui venturi erunt pro tempore ad regimen Ciuitatis prędictę, non poſſint, ſeu debeant apportare arma aliqua partis, Guelfę, vel Gibellinę, niſi arma ſua propria, & arma Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ad pęnam centum libr.

De pęna Stazzionariorum, & aliorum non trahentium ad capiendum malefactores, & de his, qui præſtiterit eis ad euadendum conſilium, auxilium, & fauorem. Rubr. X L V.

VT cunctia maleficijs ſe abſtineant, pręſente firmamus edicto, quod ſi contingerit committi per aliquem, ſeu aliquos Terrigenas, vel forenſes in aliqua rixa aliquod maleficium homicidij, ſeu percuſſionis enormis cum armis, vel ſine cum ſanguinis effuſione tantum, vel aliquod aliud enorme maleficium in dicta Ciuitate, & burghis, quod homines præſentes, & aſtantes dictę rixę, teneantur, & debeant capere, & apprehendere delinquentem, & vulnerantem, & eum Poteſtati Racaneti præſentare, ſub pęna decem libr. imponenda his, qui negligentes fuerint in prędictis; & negligẽtes intelligãtur, qui fuerint pñtes, & non fuerint perſecuti talẽ maleſactorẽ, & per eos ſteterit

quin

De pœna ſtazzonariorum, & aliorum non trahentium ad capiendum maleſactores, & de his qui præſtiterint eis ad euadendum conſilium, auxilium, & fauorem. Rubr. XLV.

VT cunctis a maleficijs ſe abſtineant, præſente firmamus edicto, quod ſi contingerit committi per aliquem, ſeu aliquos terrigenas, vel forenſes in aliqua rixa aliqupd maleficium homicidij, ſeu percuſſionis enormis cum armis, vel ſine, cum ſanguinis effuſione tantùm, vel aliquod aliud enorme maleficium in dicta Ciuitate, & burghis; quod homines præſentes, & aſtantes dictæ rixæ, teneātur, & debeant capere, & appręhēdere delinquentē, & vulnerantē, & eum Poteſtati Racaneti prę̨ſentare, ſub pęna x. libr. imponenda his, qui negligentes fuerint in prędictis: & negligentes intelligantur, qui fuerint præſentes, & non fuerint perſecuti talem malefactorem, & per eos steterit, quin appręhenderint. Et licitum ſit prędictis, qui interfuerīt prędictę rixę aſſumere arma quęcunq; voluerint ſine pęna, & banno alicuius ſtatuti, ad hoc vt talis malefactor celerius valeat apprǽhendi. Et ſi contingerit talem malefactorem ſe tueri a volente eum capere, & acciderit ipſum malefactorem reſiſtētem percuti, & vulnerari; percutiēs, ſeu vulnerans ad pęnam prędictam nullatenus teneatur: dum tamen prædicta fecerit aduerſus talem malefactorem rixantem cum moderamine, aliter puniatur; quod moderamen inſpiciatur, habito reſpectu ad perſonam vtriuſque, & maximè vtrum volens capere, ſit inimicus rixāti, & reſiſtentis vulnerati. Et ſi quis vocatus fuerit, vt perſequeretur ad capiendum malefactorem prędictum in uia, & ille recuſauerit ire, & cauſam legitimam non habuerit, eadem pęna puniatur. Et idem dicimus, quòd ſi committeretur aliquod maleficium de foris extrà terrā, & burghos, quod omnes ſtantes de foris circà locum commiſſi maleficij, debeant gridare, & rumorem facere contra dictum malefactorē, ſeu malefactores, & ipſos fugare per totum territorium, & diſtrictum Ciuitatis prædictę, & ipſos capere, & in fortiam dicti Communis ducere, & impunè ipſos offendere poſsīt, ſi capere non poſſet. Et etiam trahere ad ſtratas, & paſſus poſt eos, & ad capiendum, & ducendum ipſos malefactores in fortiam dicti Cōmunis. Et omnes habentes ęquos, vel currentes, debeant ire ad proſequendum, fugandum, & capiendum dictos malefactores, ipſoſq; offendendum ſi capere non poſſent. Et qui contrafecerit in prædictis, vel aliquo prædictorum, puniatur

in

in decem libris pedeſter, & vigintiquinque libris ſi habet ęquum, vel roncenum. Et quod quilibet ſtaćtionarius, ſiue apothecarius, & ſtaćtionem, & apothecam habentes in ſtratis magnis, & publicis Ciuitatis Racaneti teneantur, & debeant habere in ſua apotheca, & retinere vnum graffium, ſeu vncinum de ferro in aſtatum, & miſſum in vna aſta de ligno de ſex, vel de ſeptem pedibus; quod graffium habeat vnum uncinum magnum acutum ex parte anteriori, cauſa capiendi, & vnum vncinellum ex parte poſteriori ad modum vnius hami cã retinendi malefactorem; & quicunq; dictum graffium, ſeu vncinum non retinuerit, ſecundum quod ſupra dictum eſt, pęnam viginti ſolid. ſoluere teneatur, pro quolibet, & vice qualibet. Et omnes ſtazzionarij, & habentes ſtazzones prope locum commiſſi maleficij, tàm in Ciuitate, quàm in burghis, cùm ſit aliquod maleficium, debeant cum dictis graffis ire ad dictum locum, cauſa capiendi, & retinendi dictos malefactores, & eos ducendi in fortiam dicti Communis, ad pęnam centum ſolidorum, ſi non habuerit graffium infra terminum, & mandatum eis factum, vel per bannimentum. Et ſi non irent ad dictum rumorem cum dictis graffis, pęnam decem libr. pro quolibet incurrat. Et quod nullus de Ciuitate prædicta, eiuſq; territorio, & diſtrictu, vel aliquis alius audeat, vel præſumat dare, vel præſtare auxilium, conſilium, vel fauorem alicui malefactori, ſeu committenti aliquod maleficium in Ciuitate prædicta, & burghis, eiuſque territorio, & diſtrictu. Et ſi propter dictum fauorem, vel conſilium prętitum factis, vel verbis dictis malefactoribus, & maleficium committentibus, prędicti malefactores euaderent; quod prędictus auxiliator, & fautor, quocunque prędictorum modorum, teneatur ad illam pęnam, ad quam teneretur dictus malefactor, & maleficium committens. Et quod Poteſtas, qui pro tempore fuerit, poſſit, & debeat procedere contra ipſos auxiliantes, per accuſationem, denunciationem, & inquiſitionem, non obſtante aliquo ſtatuto dicti Communis in contrarium loquente.

De reimproperatione homicidij, & vulnerum. *Rubr.* *X L V I.*

HOmicidium factum, ſeu perpetratum improperans hæredibus

dibus, vel coniunctis defuncti, vigintiquinque libr. bannum incurrat. Si non perpetratum improperauerit hæredibus, vel alicui de conſanguineis eius, qui inter factos diceretur pęnam centum ſolid. ſoluat. Si autem improperauerit iniuriam vulnere, vel vulneribus factam; ſimiliter eandem centum ſolid. pęnam perſoluat. In quibus ſupradictis pęnis impoſitis deficiens, per totam terram fuſtibus caſtigetur, & fuſtigatus tanquã bannitus, & in bãno perpetuò poſitus cõpellatur.

De non reconciliando aliquem exbannitum, & condemnatum ad mortem, & de pęna proponentium, arregũtium, & petentium ea. XLVII.

VT materia delinquendi unicuiq; ſit ſublata, præſenti cõſtitutione ſancimus, quod nullus Rector, ſiue Põtas, qui pro tẽpore erit, Priores Populi, qui nunc ſunt, & pro tẽpore erunt, nec aliquis alius Officialis dicti Cõis poſſint, nec debeãt dicere, ratiocinari, proponere, ſeu proponi facere in Conſilio aliquo, vel extra, nullus ẽt alius poſſit, nec debeat conſulere, vel arrẽghare, dicere, vel poſtulare, quod aliquis prædictorũ exbannitorũ, ſeu condẽnatorũ ad mortẽ, recòcilietur in dicta Ciuitate pro aliqua quantitate pęcunię perſoluẽda per ipſos malefactores, vel aliquẽ eorũ, ſiue habuerit pacẽ, ſiue nõ: ſub pęna Põtati 200. libr. & Prioribus xxxxx. lib. pro quolibet ipſorũ. Et arrengantibus, dicentibus, & conſulentibus, ſiue poſtulantibus, pęna 50. libr. Et ſi ſoluere non poterint infra x. dies poſt cõdẽnationẽ de eis, vel aliqua ipſorũ factã, ſibi lingua amputetur. Prędictũ aũt ſtatutũ nõ poſſit, nec debeat ſuſpendi per Priores, vel aliquem Rectorem, ſeu Officialem dicti Communis, ſub pęna ſupradicta ſpecificata Poteſtati, poſtulantibus, dicentibus, & arrengantibus.

De pęna illius, qui cartam falſam fecerit, & eius qui introduxerit. Rubr. XLVIII.

FAlſitatis crimen deteſtabile pnnientes. Si quẽ falſum inſtrumẽtũ facere acciderit, ſeu factum introducere in iudicio, & ipſo inducto vti contingerit, pęnã centũ libr. pro quolibet ipſorũ, in ſingulis actibus ſupra dictis, & vice qualibet incurrere ordinamus. Quã pęnam ſi ſoluere non poſſet, perſonaliter Rectoris arbitrio puniatur. Et in exẽplũ omnium in Communis palatio depingatur. Ac etiam ipſe Notarius in perpetuum, officio notariatus priuetur. Si quis autem contra inſtrumentum publicum, vel teſtem oppoſuerit

oppoſuerit de falſo,& falſitatem nõ probauerit, pęnam vigintiquinq; libr. Communi ſoluat.

De pęna illius, qui falſum teſtimonium tulerit, & eius qui introduxerit. *Rubr.* XLIX.

TESTIMONIVM falſum quicunque in iudicio Ciuili, vel Criminali, ſeu corã arbitro, vel arbitratori tulerit, in centum libr. puniatur, & dictum eius non valeat: quam pęnam ſi ſolue re non poſſet, eius lingua abſcidatur. Qui verò teſtimonio falſo vſus fuerit; pro quolibet teſte eandem pęnam incurrat, de quo Poteſtas, & Iudex teneantur, & debeãt inquirere ſuo officio, & repertos culpabiles punire. In quibus criminibus omnibus falſitatis, & ſingulis eorum, beneficiũ pacis a ſtatuto traditum, locum volumus non habere.

De pęna illius qui rem vendiderit duobus. *Rubr.* L.

QVICVNQVE in ſolidum duobus, vel pluribus vnam rem, vel plures vendiderit, donauerit, ſeu aliquo modo alienauerit non dicendo vltimo emptori, ſeu cui fit alienatio, de alienatione prima tamquam falſarius puniatur, & alias pęnas ſubſtineat, quas ſubſtinet ſecundum formam ſtatuti, qui inſtrumẽtum falſum fecerit in perſona, ac illa alienatio ſit firma. Et illę potior ſit, qui primò ipſius rei alienatę traditionem habuerit veram, vel poſſeſſionem corporalem acquiſierit voluntatę alienantis, non autem fictè per pręſumptionem iuris ſcilicet conſtituendo ſe ſuo nomine poſſidere, vel recipiendo præcario, vel conductã, ſeu coloniam rem alienam. Si autem venditor poſt primam venditionem fuerit in vera, & corporali poſſeſſionem dictæ rei venditę, ſeu donatę per vnum annum, volumus dictam pęnam incurrere non debere.

De

De pęna cancellantis, vel radentis ſtatutum, vel condemnationem.
Rubr. L I.

VTILE prouideri viſum eſt, ne quis falſitatis crimẽ qua Commune damnificari poſſit, & delinquentẽ puniri. Si quis præſumpſerit aliquam condemnationem, ſeu ſententiam publicatam, ſtatutum aliquod, vel conſtitutionem ſtatutornm voluminis cãcellare, ſeu radere, aut cartam aliquam condẽnationum auferre, ſeu ſubtrahere, aut incidere; primò omnia damna in quibus vniuerſitas lederetur reſarciat. Et pęna viginti quinque libr. Communi ſoluat, pro tanto facinore a noſtra Ciuitate perpetuò ſit bannitus, cum bonorum ſuorum ammiſſione, & publicatione. Quod locum habere nolumus, in Notario reformationum ad ipſum officium deputato. Nec in Notario renouatorum, & correptorum conſtitutionum, & ſtatutorum Communis, & Populi ad ipſum officium per generale Conſilium deputatis.

De pęna illius qui præſumpſerit Officialem corrumpere. *Rubr.* L I I.

CORRVMPERE Rectorem, Iudicem, Notariũ, vel aliquem alium Officialem Communis, dando, vel promittendo eis pecuniam, vel rẽ quamlibet mobilem, ſi quis attentare præſumpſerit, tàm corrumpens, quàm corruptus, ipſo facto xxxxx. lib. pęna debeat coherceri, ad quam ſoluendam ſi nõ fuerit idoneus, manus ſibi dextra, aut pes debeat amputari. Nihilominus vt metu pęnę cęteri abſtineãt a delicto, in Palatio Communis cum nota falſitatis per eum perpetratę, publicę depingatur. Quod ſi in fortiã Communis haberi non poterit, cum publicatione ſuorum bonorũ perpetuò ſit in banno. Sed ſi ille qui corrumperit aliquem Officialem Cõmunis notam fecerit, & manifeſtauerit dictam corruptelam Scindicatoribus dicti Officialis, tẽpore Scindicatus dicti Officialis; dictus corrumpens nullam pęnam ſubſtineat. Sed ſi per aliam perſonam dicta corrúptela manifeſtaretur, & ſciretur dictus corrumpens, puniatur pęna prædicta.

De

De pęna Scindici Communis negligenter, vel culpabiliter ſe gerentis. Rubr. LIII.

SI qua cauſa, culpa, vel negligẽtia Scindici Communis ad cauſas deputati, agendo, uel defendendo fuerit amiſſa, vel in ea, iura Communis, lęſa omne dãnum, quod inde Commune ſubſtinuerit, ipſi Communi reſtituat, & pęnam per quamlibet decem librarum incurrat.

De pęna adulterij, ſtupri, raptu virginum. Rubr. LIV.

MVLIEREM aliquam virginem, viduam, vel nuptam, vel aliam quamcunque mulierem bonę conditionis, & famę ſi quis rapuerit, vel per uim carnaliter cognouerit, aut conatus fuerit eam carnaliter cognoſcere, procedendo ad aliquem actum violentium, ſiue acceſſerit de die, ſeu de nocte ad domum alicuius, in qua mulierem nouerit habitare, & cognouerit aliquam mulierem nuptam, viduam, ſeu virginem, vel aliam quamcunque mulierem, bonę conditionis, & famę per vim, ſeu voluntate dictæ mulieris, ſeu per eum non ſteterit, quin eam cognoſcat; puniatur, & condamnetur in ducentis libris vſualis monetę ſine aliqua remiſſione: quam pęnam ſi ſoluere non poterit, ſeu recuſauerit ſoluere infra quindecim dies a die latę ſententię; amputetur ei pes dexter, ita quod a corpore ſeparetur. Et ſi aliquam ex dictis mulieribus cognouerit alibi, quàm in domo ſuę habitationis, ſiue de volũtate mulieris, ſiue contra voluntatem, ſeu per eum non ſteterit quin eam cognoſcat; condamnetur in centum libris vſualis monetę Communi Ciuitatis Racaneti ſine aliqua remiſſione: quam pęnam ſi non ſoluerit, ſeu recuſauerit ſoluere, infra quindecim dies a die latę ſententię; amputetur ei pes dexter, ita quod a corpore ſeparetur. Si verò mulier nupta conſenſerit, & voluntariè commiſerit adulterium, dos eius cedat lucro mariti, etiã ſi maritus eam ſibi reconciliauerit, & in caſu reſtituendę dotis tali mulieri

lieri, ſeu ipſius hæredibus, volumus actionem de dote denegari. Si autem eſſet aliqua mulier vidua, quæ voluntariè commiſerit ſtuprum, dos eius, & ſua bona ipſo iure deueniant in filios dictę mulieris viduę. Si verò ille, qui cognouiſſet, ſeu per eum non ſtetiſſet quin eam mulierem, ſeu aliquam mulierem viduam, ſeu virginem cognoſceret, & ipſam vellet accipere in vxorem de voluntate mulieris, patris mulieris, matris, & fratris; ad pęnam prædictam nullatenus teneatur. Sed ſolum condamnetur Communi Ciuitatis Racaneti in quinquaginta libras denarior. ſine aliqua remiſſione, dummodò ante condemnationem, ſeu ſententiam, faciat fidem de deſponſatione mulieris per publicum inſtrumentum, quod producatur in iudicio coram Poteſtate, & ſcribatur in actis per Notarium maleficiorum. Et in prædictis excepto raptu dictarum mulierum, Poteſtas, ſeu eius Officiales non poſſint procedere per inquiſitionem, niſi præceſſerit denunciatio, ſeu accuſatio in ſcriptis per ipſam mulierem, patrem, matrem, auum, fratres carnales filios ipſius mulieris, ſeu nepotes. Volumus tamen, quod vir, ſeu maritus, dictę mulieris poſſit, & valeat, ac ei liceat accuſare, denunciare, & inquiſitionem facere, & fieri facere cum ſcriptura, vel ſine ſcriptura, prout ſicut, & quomodo de ipſius viri, ſeu mariti proceſſerit voluntate. Et Poteſtas, & eius Officiales teneantur, & debeant ipſam accuſam, denunciam, ſeu inquiſitionem ab ipſo viro, ſeu marito recipere, & ſuper ea procedere, & procedi facere, & repertos culpabiles punire, & condemnare in penis in dicto ſtatuto contentis, ac ſi per ipſum virum maritum fuiſſet ipſa accuſatio, inquiſitio, ſeu denunciatio data in ſcriptis, & ſufficiat ſi verbotenus accuſaret. Et ſi aliquis cognoſceret aliquam mulierem non bonę conditionis, & famę contra eius volūtatem condamnetur in decem libras Communi prædicto, ſine aliqua remiſſione, & in caſu prępoſito, non poſſit procedi per inquiſitionem, niſi mulier prædicta denunciauerit, ſeu accuſauerit in ſcriptis, ipſa principaliter; & ad probandum, quod dicta mulier non ſit bonę famę, & cōditionis, ſufficiant dicta trium teſtium fidedignorum de fama, dummodo pædicta non vendicent ſibi locum in publicis meretricibus, de quibus nihil ſoluatur. Volumus tamen, quod contra ipſam mulierem in ſupradictis caſibus non poſſit procedi, niſi per accuſationem inſtitutā per ſupradictas perſonas, vel aliquem ex eis, quibus per formam noſtrorum ſtatutorū de tali delicto licet accuſare. Addimus etiam, quod

O delinquens

delinquens,ſeu delinquentes in prædictis, ſeu aliquo prædictorum relapſentur fideiuſſoribus per eoſdem delinquentes prçſtãdis,& ſi condẽnatio contra delinquentes,per Poteſtatem,ſeu Officialem lata, ſeu ferenda non fuerit ſoluta infra quindecim dies a die latç ſententię, quod fideiuſſores ipſius delinquentis, ſoluãt medietatem plus quam fuerit condemnatus,vltra condemnationem factam de eo delinquente, Maſſario dicti Communis, & tunc principalis, ſoluta dicta pęna per eius fideiuſſorem a pęna corporali liberetur.

De pęna committentis inceſtum cum conſanguinea aut, affine, vel commatre.
Rubr. L V.

ITEM ſtatuimus,& ordinamus, quod ſi quis commiſerit,vel commiſiſſet inceſtum, cum aliqua conſanguinea, vſque in tertium gradum conſanguinitatis aſcendentium incluſiuè computando gradum ſecundum ius Ciuile,vel cum ſocru, vel cum nuru, capite puniatur. Si vero cum aliqua affine vſque in tertium gradum affinitatis incluſiue computando gradum ſecundum ius Ciuile, durante affinitate,vel cum commatre, puniatur delinquẽs in aliquo dictorum caſuum in lib.cc.den.ſine aliqua remiſſione,ſi de die,vel de nocte delinqueret in prędictis;& ſi dictam pęnam non ſoluerit infra terminum xv.dierum pes ſibi amputetur, alijs ſtatutis loquẽtibus,de pęnis committentium adulterium in alijs ſuis caſibus remanentibus in ſuo robore. Statuentes quod in prædictis non poſſit procedi per inquiſitionem, vel denunciationem alicuius, ſed ſolum per accuſationem in ſcriptis porrectam ab aliqua ex perſonis, quç de adulterio accuſare poſſunt, de quibus in ſtatutis Communis Racaneti fit mentio.

De pœna cognoſcentis moniales in Monaſterio, vel extra. *Rubr.* L V I.

STATVIMVS, & ordinamus, quod ſi quis, tàm Ciuis, quàm forenſis attentauerit, vel præſumpſerit intrare in aliquo Monaſterio Dominarum Religioſarum Ciuitatis Racaneti de die, vel de nocte, cauſa cognoſcendi aliquam Monialem, ſeu perueniſſet ad aliquem actum volendo, ſeu attentando intrare in dicto Monaſterio ex cauſa prædicta, puniatur per Dominum Poteſtatem, & eius officium in perſona, videlicet in amputatione capitis, ita quod a corpore ſeparetur, infra decem dies, a die latę ſententię, ſecundum formam conſtitutionum Curiæ generalis, & quod omnia ſua bona deſtruantur, & depopulentur, & ſic deſtructa Communi remaneant publicata. Quod ſi quis Ciuis noſtræ Ciuitatis, aut habitator dictæ Ciuitatis, carnaliter cognouerit aliquam monialẽ extra monaſterium per vim, vel per actum violentum, aut caperet monialem ipſam, ſeu perueniſſet ad aliquem actum violentum, contra voluntatem, aut conſenſum dictæ monialis carnaliter, condamnetur per Poteſtatem, & eius officium infra decem dies a die perpetrati ſceleris in ducentis libr. den. paruorum vſualis monetę paruę in noſtra Ciuitate currentis abſque aliqua remiſſione; & ſi dictas ducentas libr. ſoluere noluerit, vel non poterit, aut recuſauerit ſoluere infra xv. dies a die latę ſententię, quod ei pes deſter amputetur, ita quod a corpore ſeparetur. Sanè ſi aliquis cognoſceret aliquam monialem carnaliter extra monaſterium, voluntate, & conſenſu dictæ monialis in quocunque loco fuerit, per Poteſtatem, & eius officium, de facto, ſine remiſſione aliqua condamnetur Communi in centum libris den. dictę monetę; & ſi dictas centũ libras non ſoluerit infra decem dies a die ſuę condemnationis, quod ei pes deſter amputetur, ita quod a corpore ſeparetur.

De pęna committentis lenocinium. Rubr. LVII.

ITEM ſtatuimus, quod quicunque commiſerit lenocinium de aliqua muliere, ſeu perſona puniatur pęna pecuniaria, qua condemnaretur cognoſcens aliquam mulierē carnaliter ſponte, licet per vim, prout in ſtatutis Ciuitatis Racaneti continetur, in cuius pęnę pęcuniarię in defectū ſolutionis, puniatur pęna corporali, prout in ſtatutis dictis contineatur. Et lenocinium intelligatur, quomodocunque ad actum lenocinij venerit, eſto quod non conſumauerit.

De pęna abſidentium, vel debilitantium membrum. Rubr. LVIII.

SI membrum aliquod fuerit per aliquem abſciſum, vel debilitatum, ita quod membrum infuturum pęnitus ſuo priuetur officio, delinquens in trecentis libris Communi condamnetur, quas ſi ſoluere nō poterit, manus dextera ſibi amputetur, & bona eius Communi publicentur. Quorum medietas ſit Communis, & alia iniuriam paſſi.

De pęna enormiter percutientis cum armis, vel concußionem, & liuorem carnis facientis, vel percutientis cum manica, vel pomo armorum, & de pęna percutientis cum armis in capite. Rubr. LIX.

QVotiens aliquis percuſſerit aliquem falciono ſpada, cultello, lācea, mannaria, traferio impennato, vel aliquo genere armorū his ſimilium, & atrocem percuſſionem fecerit ſoluat bannum ducentarum libr. Si verò concuſſionem carnis fecerit, cum fractione oſſis eandem pęnam perſoluat. Si verò liuorem fecerit, ſeu concuſſionem carnis, ſine fractione oſſis ſoluat bannum quinquaginta libr. condeſcendendo inferius inſpecta qualitate delicti, & perſonarum delinquentium Rectoris arbitrio. Quod ſi acciderit, quod de ſcuta, ſeu manica, vel pomo alicuius ipſorum armorum percuteret, ſoluat bannum,

prout in ſtatuto de percuſſione baculi continetur. Quod ſi prædictum bannum ſoluere non poterit infra quindecim dies a tempore condemnationis in ſingulis Capitulis ſupradictis, pes ſibi amputetur. Excepto quod pęna amputationis pedis non intelligatur, quando aliquis percuſſerit aliquem cum ſcuta, ſeu manica, vel pomo alicuius dictorum armorum: ſed in his caſibus puniatur in pęnis tantum contentis in ſtatuto de pęna percutientis aliquem cum baculo. Si verò aliquem percuſſerit nō atrociter cum dictis armis, ſine ſanguinis effuſione, quinquaginta lib. pęnam incurrat. Si cum ſanguinis effuſione, & non fuerit atrox percuſſio, centum libr. pęna multetur. Sed ſi quis percuſſerit aliquem, cum aliquo genere armorum, vel his ſimilium in capite cum ſanguinis effuſione, & atrocem percuſſionem fecerit, puniatur delinquens in ducentis libr. & ſi ſoluere non poterit infra quindecim dies a die latę ſententię, manus dextera ei amputetur. Si verò atrocem percuſſionem non fecerit, ſit pęna, & puniatur delinquens in centum libr. den. pro qualibet percuſſione. Si verò ſine effuſione ſanguinis, ſoluat pęnam delinquens quinquaginta libr. pro qualibet percuſſione. Si autem aliquis fuiſſet condemnatus, vel in banno poſitus in quantitate pęcuniaria, & in defectu ſolutionis, pęna corporalis in ipſa condemnatione, vel banno inſerta, vel non inſerta eſſet; & aliquo tempore poſt lapſum quindecim dierum a tempore condemnationis, vel banni contingerit in fortiam Cōmunis peruenire; Si condemnationem de eo factam, cum duplo infra vnam diem poſtquam in fortiam Communis peruenerit ſoluerit, ad pęnam perſonalem minimè teneatur.

De pęna percutientis aliquem in facie cum armis. Rubr. L X.

CVM armis ſi quis aliquem in facie, quę ad ſimilitudinem cęleſtis pulchritudinis eſt figurata, cum ſanguinis effuſione percuſſerit, ex qua percuſſione cicatrix magna, vel ſignum euidens apparuerit, pęnā tricentarum libr. incurrat, quam pęnam ſi ſoluere non poterit, vel recuſauerit infra quindecim dies a die latę ſententię, manus dextera ſibi amputetur. Si verò percuſſerit aliquem in facie cum aliquo genere armorum, cum ſanguinis effuſione ſine cicatrice, vel ſigno euidenti perpetuo remanſuro, ex ſola ſimplici

percuſſione cum ſanguinis effuſione in facie, pęnam centum libr. ſolue re compellatur.

De pęna percutiẽtis aliquem cum Baculo, Fuſte, Lapide, Coſpide, Cerbelleria, & his ſimilibus, & de pęna proijcientis lapides. Rubr. L X I.

BACVLO, fuſte, lapide, coſpide, cerbelleria, & his ſimilibus ſiquis percuſſus fuerit extra Ciuitatẽ, & burghos, & ſanguis apparuerit, delinquens vigĩ tiquinq; libr. pro banno ſoluat. Si verò ſanguis nõ apparuerit, decem libras pro banno ſoluat. Si autẽ fuerit infra Ciuitatem, & burghos, & Carbonarias Communis, & ſanguis apparuerit, quinquaginta libr. pęnam incurrat. Si verò ſanguis non apparuerit, vigintiquinque libr. pro banno ſoluat. Sed ſi aliquis lapidem contra aliquem proiecerit, ſi eum non colligerit, viginti ſol. pro banno ſoluat. Et ad probandũ prędictam proiectionem lapidum, ſufficiat ſacramentum accuſatoris, ſine alia probatione. Exceptis his, qui ſunt in vna familia, & impuberi bus percuſſis, & percutientibus, quod ad prædicta minimè teneatur.

De pęna capientis aliquem per capillos, & proſternentis in terram, & quod moderatè percutiens, ſine ſanguine, vel per capillos capiens impuberes, vel in vna familia exiſtentes, vel damna dantes, vel furta facientes, vel rixantes diuidentes, non teneatur ad pęnam.

Rubr. L X I I.

ITEM prouidere volentes in quantum poſſumus, vt rixę materia de noſtra Ciuitate auferatur. Statuimus, & ſtatuendo addimus, quod ſi quis capit aliquem per capillos, condamnetur in viginti libr. Et ſi proſtrauerit in terram capiendo per capillos, condamnetur in triginta libr. Et ſi proſtrato extraſ ſinauerit eum per terram, condamnetur delinquẽs in quinquaginta libr. quod ſi contingerit omnia iſta tria concurrere, vi delicet capere per capillos; proſtrare in terram, & ſtraſſinare per terrã delinquens, ſeu delinquentes condamnetur in totum in quinquaginta libr. & non vltra. Excipimus a prędictis damna dantes, & furta facien-

tes

tes,quos ſi quis percuſſerit moderatè, vel per capillos ceperit ſine ſanguinis effuſione, ad pęnam nullatenus teneatur. Item impuberes, & eos,qui ſunt in vna familia ad inuicem ſe percutientes, modicè tamen, & ſine ſanguine. Item qui diuidunt rixantes, quibus liceat abſq; pęna moderatè,& ſine ſanguĩs effuſione percutere,& pulſare,& per capillos capere ipſos inuicem ſic rixantes, cauſa eos diuidendi à rixa.

De pęna dilacerantis pannos alicui. Rubr. LXIII.

SI quis alicui pannos de dorſo dilacerauerit, centum ſolidos pro banno ſoluat,& pannos emendet delinquens; quod ſi ſoluere non poterit, Rectoris arbitrio puniatur, ſaluo Capitulo de pactualibus, & familiaribus.

De pęna percutientis aliquem cum manu. Rubr. LXIIII.

ALAPAM quicunq; alicui dederit, ſeu eum quocunque modo cum manu in facie percuſſerit infra Ciuitatem Racaneti, vel extrà, pro qualibet percuſſione vſque ad tres percuſſiones, ſine ſanguinis effuſione viginti lib. pro banno ſoluat. Sed ſi ſanguis de facie exiuerit, percutiens quadraginta libras pro banno ſoluat. A tribus verò percuſſionibus ſupra ſoluat percutiens medietatem dictarum pęnarum. Exceptis impuberibus non inimicis, & aſinarijs ducentibus aſinum, & his qui ſunt in vna familia,& his qui deferunt carnes a beccharia, & accapta farinis, quos, vel quorum aliquem ſi quis impulerit, vel percuſſerit moderatè ſine ſanguinis effuſione, vel per capillos ceperit, aut inſultũ fecerit, vel verba iniurioſa eis dixerit, bannum aliquod ſoluere non cogatur. Si verò a collo ſuperius, vel in ipſo collo a ſpatula ſuper manu aliquis percuſſus fuerit, non in facie, viginti lib. infrà Ciuitatem percutiens pro banno ſoluat, extrà vero Ciuitatem decem libr. a collo infrà in quacunque parte corporis percuſſus fuerit, quatuor libr. percutiens pęnam incurrat infrà Ciuitatem,& extrà. Si verò quis aliquem impulerit, ita quod cadat ad terram decem libr. Si verò ex dicta impulſione, & caſura, impulſus percuteretur in ligno, lapide, muro, vel alia re, impellens puniatur, ac ſi manualiter percuteret cum re, in qua percuſſus, impulſus per-

cuſſus eſſet. Si autem non cadat in terram, quatuor libr. pro banno ſoluere teneatur.

De pęna inſultantis aliquem cum armis, vel ſine. Rubr. L X V.

DE inſultu quem cum armis contra aliquem, quis fecerit, ſcilicet enſe, falciono, cultello, lãcea, claua ferrata, ſecuri, mannaria, baculo, fuſte, lapide, vel aliqua alia re, quæ his ſimilis ſit, vel alia, quæ appellatione armorum dignoſceretur cõtineri infrà Ciuitatem, & burghos, decem libr. pro banno ſoluat, extrà Ciuitatem, & burghos, tres libras pro banno ſoluat. Sed ſi ſine armis infrà Ciuitatem, & burghos inſultus fuerit factus, quadraginta ſolidorum inſultans pęnam incurrat. Si autem aliqua percuſſio interuenerit, percutiens de percuſſione tantummodo, & non de inſultu condamnetur.

De pęna inſultantis aliquem ad domum cum comitiua hominum armatorum. Rubr. L X V I.

SI quis ad domum alterius inſultum fecerit, ſine armis, decem lib. pro banno ſoluat. Si cum armis, ſi dicta arma extraxerit, in quadraginta lib. Si dicta arma non extraxerit, in viginti lib. condamnetur. Si verò cum armis fecerit, cum comitiua triũ, quatuor aut plurium hominum de die, & de terra fuerit centum lib. pro banno ſoluat. Si de nocte fuerit, ducentas libras pro banno ſoluere compellatur, tàm ipſę principalis, quàm quilibet ſotiorum de terra, ſaluis capitulis de percuſſionibus, homicidijs, & alijs maleficijs. Si autem forenſis fuerit, condamnetur in lib. centum quinquaginta, ſi de nocte in duplũ, & in quolibet dictorum caſuum in defectum ſolutionis, vbi condemnatio non fuerit ſoluta infra xv. dies, & condemnatus forenſis in fortiam Communis fuerit, vel deuenerit, pes deſter amputetur. Sed ſi aufugerit, vt homicida cõdamnetur, & perpetuò ſit in banno Communis, qui reconciliari non poſſit aliqua ratione, vel cauſa, capitulo aliquo non obſtante.

De pœna ammenantium manu vacua, vel cum armis. Rubr. L X V I I.

LEGIBVS noſtris municipalibus non inuenimus eſſe prouiſum, quam pęnam luat, qui præſum.pſerit adminare; ne laborent noſtri Rectores ad reducendum ad ſimilia pęnam amminantium, ordinamus, quod quicunq; adminauerit manu vacua contra aliquem, cõdamnetur in quadraginta ſolid. den. Si verò adminatio facta fuerit cum aliquo genere armorum, adminans in cẽtum ſolid. den. cõdamnetur: pręterea ſi aliquis adminãdo percuſſerit, de percuſſione tantum, & non de amminatione debeat condemnari.

De congregatione, ſeu conuenticula non facienda a quinque hominibus ſupra, & eorum pęna. Rubr. L X V I I I.

AD bonum ſtatum, & pacificum noſtræ Ciuitatis conſeruandum, hoc Statuto ſancimus, quod nulla coadunatio, ſeu conuenticula poſſit fieri per aliquos habitantes, & commorantes in Ciuitate prædicta, eiuſq; Territorio, & diſtrictu a quinq; hominibus ſupra, cauſa comedendi, vel bibẽdi, ſimul, ſeu alicuius ludi faciendi, vel alicuius conſilij, conuenticulę, ſeu colloquij, & tractatus faciendi in Ciuitate prædicta, & burghis, eiuſq; Territorio, & diſtrictu, & quod tales ſic ad inuicem congregantes, non poſſint, nec debeant facere Poteſtatem, Dominum, vel alium caput quocunq; nomine cenſeatur inter eos, nec aliquis recipiat dictam Poteſtariam, Dominationem, Capitaniam, vel aliud nomen quod habeat, Et qui contra fecerit in prædictis, & quolibet prędictorum puniatur in decem libr. Et quod Poteſtas teneatur, poſſit, & debeat procedere in prædictis, & quolibet prædictorum contra delinquentes in prædictis, per accuſationem, denunciationem, & inquiſitionem, non obſtante aliquo ſtatuto dicti Communis in contrarium loquente. Saluo quod facere aliquis vellet, vel de aliquo alio ſuo negotio, & vellet habere conſilium, cum ſuis conſanguineis, & amicis, quod poſſit eos congregare in maiori numero quinque perſonarum,

ſonarum cum licentia tantum Dominorum Priorum Populi, & ſaluo quando fierent nuptię in Ciuitate prædicta per aliquos. Et quando aliquis forenſis veniret ad Ciuitatem prædictam, quod licitum ſit cuilibet ire ad comedendũ cum eo. Et quando aliquis Ciuis ſtaret extra terram per certum tempus, & reuerteretur de officio, quod quilibet poſſit ire ad comedendum cum eo. Et ſaluo quod ſi aliquis vellet conuitare filiam, nepotem, generum, fratrem ſuum, vel aliquem alium conſanguineum ſuum, vel conſanguineos, & amicos in feſtiuitatibus Natiuitatis, & Paſcatis, vel alijs diebus, liberè ſine aliqua licentia poſſit accedere. Si verò aliquis vellet facere conuiuium ordinatum de ſuis cõſanguineis, & amicis in dicta Ciuitate, & in dictis feuiſtitatibus, vel alijs diebus, quod poſſit facere cum licentia Priorum Populi, dummodo prędicti Priores recipiant ſacramentum ab ipſo, qui conuiuium facere voluerit, quod in dicto conuiuio non fiet aliquis tractatus, conuenticula, ſeu conſpiratio, contra Commune, & Populum Ciuitatis prædictę, & bonum ſtatum ipſius, ad dictam pęnam.

De pęna dicentis alicui verba iniurioſa, & offendentis meretrices. Rubr. LXVIIII.

INIVRIOSA verba quicunq; alicui dixerit, cõdãnetur delinquens pro quolibet verbo iniurioſo, & qualibet vice in quadraginta ſolid. dummodo non poſſit procedi per Poteſtatẽ, & eius Iudicẽ vltra quàm de decem verbis dictis, ſine temporis interuallo vllo modo. Si verò aliquis, alicui dixerit curcubitam, vel reualgioſum, aut cornutũ, vel his ſimilia, ſine nominatione perſonę, delinquens condamnetur in viginti quinq; libr. Si verò nominauerit aliquem, dicendo talis te fecit curcubitam, vel reualgioſum, condamnetur delinquens in quinquaginta libr. Si verò aliquis dixerit alicui proditorem, condamnetur in centum ſolidos. Et ſi aliquis dixerit alicui Notario exercenti artem Notarię in Ciuitate Racaneti, tu feciſti cartam falſam, & carta falſa reperiri nõ poſſet, cõdãnetur ĩ L. libr. ſi pręſẽte Notario dixerit. Et ſi abſẽte No-

tario

tario cum aliquo dixerit Talis Notarius fecit cartam falſam, cõdamnetur in decem libris. Si verò verbum iniurioſum alicui in conſilio, vel coràm Prioribus dictum fuerit, vel coràm Poteſtate, ſeu Officialibus, cẽtum ſolidorum pęna mulctetur pro quolibet verbo. Si autẽ fuerint prolata verba iniurioſa contra Priores, vel alios Officiales noſtri Communis, ſeruetur diſpoſitio ſtatuti, de pęna offendentis aliquem, qui officiũ Prioratus exerceret, & ſtatuti poſiti ſub rubrica De pęna offendentis Poteſtatem. Si verò quis contra aliquem prorumperit blasfemiam rabiei, vel ſimilem blasfemiam, pęnam viginti ſol. incurrat. Excipimus mererrices, ſeu mulieres malę famę, quę intelligantur ſecundum arbitrium Rectoris, & Priorum Populi, quas ſi quis eis iniuriatus fuerit, vel aliquid eis fecerit, ſine fractione membrorum, & membri inciſione, & ſine ſanguine, & ſine aliquo genere armorum, bannum aliquod ſoluere nõ cogatur. Addimus etiam, quod ſi qua perſona, ſępius idem verbum iniurioſum vno contextu, ſine aliquo interuallo temporis reiterauerit vel repetierit, licet ſimul, & ſemel, non diuertendo ad alios actus, condamnetur pro uice qualibet, & quolibet verbo, vſque ad quinq; vices in pęnis contentis in ſtatutis Communis, tanquam ſi diſſimilia, & diuerſa verba dixiſſet. Et ne propter minimas, & leues iniurias Officiales ĩducantur ad inquirendum, ſtatuimus, & ordinamus, quod Poteſtas Ciuitatis Racaneti, qui nunc eſt, & pro tempore fuerit, vel eorum Iudices, & Officiales, non poſſint procedere cõtra aliquos homines, & perſonas dictæ Ciuitatis Racaneti, & eius habitatores de dictis verbis iniurioſis prolatis contra aliquem, vel aliquos, niſi per accuſationem in ſcriptis corãm eis productam per iniuriam paſſum. Et ſaluo, quod poſſint prædicti Poteſtas, & Iudices pręcedere per inquiſitionem, denunciationem, vel quocunq; modo, contra dicẽtes alicui reualgioſum, cornutum, vel his ſimilia, & contra dicentem alicui proditorem, & contra dicentem alicui Notario exercenti artem notarię in Ciuitate Racaneti, tu feciſti cartam falſam. Et contra proferentes verba iniurioſa, vel contumelioſa, ſeu aliquid aliud actentantes contra Priores Populi, vel aliquem ex eis, quod officium Prioratus exerceret, & alios Officiales forenſes, licet contra proferentem verba iniurioſa coram Poteſtate, vel ſuis Officialibus in palatio ſuę reſidentię, vel eius pertinentijs.

De

De pęna Incendiarij. Rubr. LXX.

DOMVM, Caſſinam, Molendinum, Granũ, vel Bladum in Ciuitate, burghis, vel extra ſi quis ſtudioſè, & doloſè cõbuſſerit, vel in aliquo prædictorũ ignẽ immiſerit, pęna cõbuſtionis ſuę perſonę puniatur, taliter quod moriatur. Sed ſi aufugerit, ita quod in fortiam Cõis haberi non poſſit, perpetuò ſit in banno, & bona eius oĩa deſtruantur, & deſtructa publicentur Cõi. Sed ſi in paleario feni alieno, vel palea ignem immiſerit xxv. libr. pro banno ſoluat, & damnum emendet. Si verò in ſtipulam alterius, vel fractam, vel aliam rem ignis immiſſus fuerit, pęnã decẽ libr. immictens ſubſtineat, & dãnum ſi quod alicui illatum eſſet ex ipſa immiſſione ignis paſſo, integraliter reſarciat. Si verò quis volens ad vtilitatem ſui Territorij, ſeu poſſeſſionis ſuę, vel ad laborandum conductę ſtipulam dictarũ poſſeſſionum, & territorij comburere, ſeu ſępem, vel aliam rem in dictis poſſeſſionibus exiſtentem, aut aliter ignem in dictis poſſeſſionibus immictere pro vtilitate dictarum poſſeſſionum, aut domini, vel laboratoris earum, & licentiam nõ petierit, & obtinuerit a Poteſtate, ſeu Rectore, & dictus ignis ſic immiſſus, progreſſus fuerit ad poſſeſſionẽ alterius, ſeu in Domum, Caſſinam, Granum, vel Bladum, aut Molendinũ alterius, ſiue ante Kalen. Menſis Auguſti, ſiue poſtea, quãdocumq; nulla temporũ habita differentia, & in prædictis, vel aliquo prædictorum damnum dederit in totum, vel in partem, comburendo; hac lege ſancimus, quod ad pęnam vigintiquinque librarum den. modis omnibus volumus innodari, pro dicta combuſtione dictarum Domorum, Caſſinę, Molendini, Grani, vel Bladi, aut alicuius prædictorum, & ad damnum paſſo integrè reſtaurandum. Si autem licentiam petierit ignem immictendi, non aliter ipſam habere poſſit, niſi prius idoneos fideiuſſores dederit coram Rectore de emendando omne damnum patientibus, quod contingerit ex ipſa immiſſione ignis Arboribus, Vineis, Oliuis, Siluis, Palea, Feno, & quibuſcunque alijs rebus. Quam promiſſionem, & fideiuſſionem factam, Notarius Dñi Poteſtatis ſcribat in libris, & actis Cõis ordinatè, pęna decem libr. Nihilominus mictens ignem damnũ

paſſo

paſſo emendet. Et Notarius damnorum datorũ, qui pro tempore fueritalias Poreſtas Communis, teneatur, & debeat vinculo ſacramenti, & pęna decem libr. de ſuo ſalario, poſtquam ſibi notum fuerit, de dicto danno, ex officio ſuo inquirere, contra mictentem ignem, & repertum culpabilem punire, & condemnare ſecundum formam ſuperius declaratam.

De pęna frangentis domum molendinum, vel caſſinam alterius, & quod liceat capere furem nocturnum. Rubr. LXXI.

FRANGERE, ſeu rumpere domum, vel aliam habitationem, infra Ciuitatem, vel Burghos ſiquis auſus fuerit, ſiue inde aliquid abſtulerit, ſiue non centum libr. pęna condamnetur, cum emendatione damni, paſſo integte facienda, quam ſi non ſoluerit, exoculetur, ſeu oculis priuetur. Eandem pęnam incurrat. Si quis molendinum alterius frangere auſus eſſet. In villis quidem ſi domum, caſſinam, vel aliam habitationem frangi contingerit, & ex inde, de die, vel de nocte res alique, vel animal aliquod abſtractum fuerit, delinquens vigintiquinque libr. pęna puniatur, cum emendatione damnorum leſo ſatisfacienda cuius pęnę medietas, ſit Communis, & altera damnum paſſi. Quam ſi delinquens, non ſoluerit, manus ſibi dextera amputetur, quod ſi damno paſſo non reſtituerit per totam Ciuitatem nudus fuſtibus caſtigetnr. Liceat tamen vnicuique, pro defenſione rerum ſuarum furem in domo, vel habitatione, inuentum ſua auctoritate capere, & in fortiam Communis perducere, ac etiam furem nocturnum, ſiue de nocte inuentum offendere, ſine metu, pęnę alicuius, & banni ſibi aliquatenus imponendi, ſuper quibus, nec accuſationem recipi volumus, nec aliquem proceſſum fieri mandamus.

De pęna derubantis, & furtum facientis ſtructa maris, & alibi. Rubr. LXXII.

DETESTABILE crimen derubatorum, & furtorum perpetratorũ punire iuſtum eſt, quo mali a delictis abſtineant, & exemplo pęnarum delinquere cęteri pertimeſcant. Ideoque ſiquis in ſtrata qua itur ad Caſtrum Portus maris, vel in ipſo Caſtro, aut in via a Flumine Aſpię, vſque ad Fiumen Potétię, vel alibi in loco quocunq; noſtri Territorij, & diſtrictus, aliquam perſonam derubauerit, pęna mortis laqueo ſuſpendatur, quod ſi capi non poterit cum publicatione ſuorum bonorum in perpetuo ponatur banno. Quæ locum habere volumus in latronibus, & derubatoribus, ac inſidiatoribus ſtratarum, & viarum malę famę, & conditionis hominibus: alios verò homines prædictum facinus perpetrantes puniri volumus in perſonis, & rebus noſtri Rectoris arbitrio, conditione perſonarum, & delicti qualitate inſpectis. Si autem dictum furtũ in dicta ſtrata factum, vel perpetratum fuerit a centum ſolid. ſupra, furcis laqueo ſuſpendatur; a centum ſol. infra, manus ſibi dextera amputetur, niſi eã redimerit ſoluendo quinquaginta libr. Communi, intra octo dies a tépore ſententię contra ipſum delinquentem latę. Sed ſi in dicto Caſtro Portus, vel in riua, quis aliquid ſubtraxerit pręcipuè de Mercimonijs mercatorum, vel rebus in dicto Portu repoſitis, aut de rebus nauium, ſeu barcharum in dicta riua noſtra, naufragium patientium, ſeu ruptorũ, eandem pęnam, & maiori, prout viſum fuerit Rectori, circumſtantijs loci, temporis, & perſonę inſpectis furtum facientes volumus ſubiugari. In omnibus caſibus damna omnia illata, tàm noſtro Communi, quàm priuatis perſonis reſarciri mandantes, & de bonis delinquentiũ damna patientibus integram ſatisfactionem fieri. Pręterea ſi alibi, quã in ſupradictis locis quis furtum perpetrauerit, a quãtitate x. lib. ſupra, centum libr. pro banno ſoluat, ab inde infra vſq; ad centum ſol. quinquaginta libr. condamnetur deinde inferius xxv. libr. pro banno ſoluat, quas pęnas ſi ſoluere non poſſet delinquens, Maiori pęna S. centum librar. ex oculetur. In minori pęna S. quinquaginta librar. manus ſibi amputetur. In minori S. vigintiquinque librarum

per totam Ciuitatem fuſtigetur, & cum banno perpetuo in omni caſu de Ciuitate, & diſtrictu expellatur. In publicis verò latronibus, & furibus nocturnis depopulatoribus fructuum, & inſidiatoribus itinerum atrocioribus, pęnis arbitrio Rectoris, reos delinquentes ſubijcimus. Volumus etiam quod ſi aliquis fuerit inuentus cum aliquo animali, vel quacunque alia re ſurtiua, vel per vim ablata, vel derubata in Ciuitate Racaneti, eiuſq; territorio, & diſtrictu, vel dictum animal, rem furtiuam derubatam, & per vim ablatam, & contractam vendiderit, ſeu alienauerit in dicta Ciuitate, eiuſq; territorio, & diſtrictu, quod puniatur ſecundum formam ſupra declaratam, quemadmodum ſi commiſiſſet dicta maleficia in dicta Ciuitate, & diſtrictu, licet alibi, vel alio loco furatus fuerit, & derubauerit dictam rem, vel animal.

De pęna facientis caſſinam extra Caſtrum Portus. Rubr. LXXIII.

HOC ſtatuto firmamus, quod nulla perſona audeat, vel præſumat facere, nec fieri facere, aliquam domum, vel caſſinam, ſeu cappānam, extra muros Caſtri Portus Ciuitatis Racaneti, per riuam maris, pęna vigintinquinque libr. Communi ſoluenda.

De pęna furantis Canem, Columbos, & Apes. Rubr. LXXIV.

APVM quoq; furtum exiſtentium in aliquo vaſe ſoli alieni, quod quis perpetrauerit, ipſos apes exportando, mel, ſeu ceram extrahendo, & ſubtrahendo, quinquaginta libr. pęna punimus. cũ integra damni emendatione dño apium facienda ſuper quo delicto Poteſtas per omnem modũ procedendi cognoſcere poſſit, & punire, deferentis quoq; nomen ſecretò habeatur, & etiam pars banni ſibi applicetur. Si aũt canem alterius, quis ſubtraxerit, pęnam decem libr. reportet, & dãnũ emendet. Sed & ſi colũbos alterius auferat, occidat, vel cauſa capiẽdi adeſcationem faciat, ipſoſq; capiat, pęnam decem lib. incurrat, cum emendatione columborum facienda, de quo ſtetur ſacramento accuſatoris, cum vno teſte, tantũm pro probatione legitima. Sed ſi quis

ad columbariam alienam iuerit ad capiendum columbos de die, vel de nocte, ſeu ipſam columbariam deguaſtauerit, ſoluat bannum viginti quinque librar. Inſuper ſtatuimus, & ordinamus, quod in territorio Ciuitatis Racaneti, nullum adbibiratorium, ſeu alleſtatitium fiat, pro columbos capiendo pena contrafacienti vigintiquinq; librarum denar. pro qualibet vice, & quilibet poſſit denunciare, & accuſare delinquentem in prædictis, & teneatur nomen ipſius in credentia, & Poteſtas, & quilibet alius Officialis, & Notarius damnorum datorum poſſint debeant, & valeant inquirere, procedere, & delinquentem, ſeu delinquētes condemnare in vigintiquinque libras denarior. pro qualibet vice. Non obſtante aliquo ſtatuto in contrarium loquente de prædictis, liceat tamen impunè fieri abibiratorium pro columbis ſaluaticis capiēdis dummodo fiat diſtans a Ciuitate Racaneti per vnum miliare ad minus, nullo alio ſtatuto in contrarium loquente obſtante.

De pena aucellantis cum ſcuto rubeo. Rubr. LXXV.

RVBEO ſcuto quicunque aucellauerit cauſa capiendi pernices pena decem librar. condānetur, de qua etiam pars cuilibet deferenti, ſeu denuncianti detur, eiuſque nomen accuſato celetur. Et quod nullus autem audeat aucellare, cum igne noctis tempore ad penam prędictam.

De pena inuadentis poſſesſionem alterius, vel turbantis aliquem in ſua poſſesſione. Rubr. LXXVI.

POSSESSIONEM, ſeu rem immobilem, quam aliquis haberet, teneret, & poſſideret ſi qua perſona inuaſerit ſua auctoritate, ſine licentia expreſſa Rectoris, ſeu Iudicis præſente parte, vel ad hęc citata legitimè, ipſo facto penam vigintiquinque librar. incurrat, tàm ipſe, quàm quilibet, qui eum aſſociauerit, & poſſeſſione ipſo iure priuatus ſit. Et Rector, qui pro tempore fuerit ſubitò, & incontinēti expoſita quęrela

rela per ſpoliatum receptis duobus teſtibus de veritate, aut quatuor de fama, ſeu indicjs, quod poſſeſſio ſit ei ablata, teneatur pęna vigintiquinque libr. de ſuo ſalario, ipſum ſpoliatum in poſſeſſionem dictę rei redintegrare, & remittere. Sed ſi inter aliquos de poſſeſſione, ſeu tenuta, ſeu aliquibus rebus quęſtio oriretur, vel eſſet, nullus cum aliqua dictarum partium ire, vel accedere audeat, vel præſumat, niſi domeſtici, & familiares ipſius quęſtionantis, vel cauſantis; qui contrafecerit in vigintiquinq; libr. per Poteſtatem vice qualibet Communi condamnetur, & plus arbitrio Rectoris, conſiderata cauſa perſonarum, & criminis qualitate. Quod ſi quis rem aliquam habuerit, tenuerit, & poſsederit, quã non ſubiectus occupare præſumpſerit licitè, ſe defendere poſſit, & ſuam poſſeſſionem ab omni violentia defenſare; nec audeat aliquis ipſum non ſubiectum aſſociare, vel de apprehenſione poſſeſſionis ſe rogari permittere, aut intereſſe, contrafaciens vigintiquinque libr. pęna plectatur. Et nihilominus poſſeſſor Ciuis noſter per Commune vſque ad diffinitionem cauſę expenſis Communis ab ipſa inquietatione, & moleſtatione iuuetur. Quod ſi aliter, quam ſupradictum eſt quis turbauerit aliquem in ſua poſſeſſione, quam turbatus haberet, teneret, & poſſideret, pro tanta pręſumptiua audacia, decem libr. denar. ſoluere compellatur.

De pęna furantis lapides Communis. Rubr. LXXVII.

FONTIS, Pontis, Portarum, Murorum, vel cuiuslibet alterius fabricę Communis, lapides quicunq; abſtulerit, exportauerit, ſeu ſubtraxerit, aut demolierit, bannum centum ſolidorum pro qualibet vice incurrat, & fabricam, ſi quam deſtruxerit ſuis expenſis reficiat. Quod ſi delinquens ſciri non poterit, proximiores duo vicini, ſuis expenſis fabricam reficere, & reſtaurare cogantur.

De pęna cedentis actionem. Rubr. L X X V I I I.

ACTIONEM realem, vel perſonalem, ſeu ius alteri cedere, vel in alium transferre vetamus, quod ſi contrafieret, ſi de re non litigioſa ceſſio facta fuerit foréſi, vel non ſubiecto iuriſdictioni noſtri Communis, cedens, & ceſſionem recipiés, viginti quinque libras pro banno ſoluant, & actionem amittant. Si verò de re litigioſa cuicunque perſonę, collegio, vel vniuerſitati ceſſio facta fuerit, condamnetur Cómuni, & actio, ſeu ius actionis ipſo facto perdatur. Excipimus actiones ceſſas, vel cedendas pro titulo dotis, hęreditatis, vel legati. Et idem dicimus, ſi res, de qua quęſtio mota fuerit lite pendente, fuerit in aliã perſonam quocunque titulo alienationis translata, quod venditor eãdem pęnam centum lib. incurrat, & emptor ſimiliter, ſi ſciens fuerit, ſi ignorans, ad pęnam aliquam non teneatur, ſed ſemper alienatio non teneat ipſo iure.

De pęna alienantis rem immobilem alicui non ſubiecto, vel non habitanti in noſtra Iuriſdictione. Rubr. L X X I X.

REM immobilem in noſtro Territorio, & diſtrictu poſitam, nemo pręſumat alieno forenſi non habitatori noſtrę Ciuitatis cum familia ſua, & rebus, vendere, vel quocunque titulo alienare alicui noſtræ iuriſdictioni non ſubiecto; quod ſi contrafactum fuerit, vendés, vel alienans directè, vel indirectè quocunque colore, vel occaſione quęſitis ſiue licentia expreſſa Rectoris, & Priorum Populi, & vicinorum nemine diſcordante, pęnam ducẽtarũ lib. incurret. Volumus tamen ad oẽm ſcandali materiam extirpandam, & vt noſtrum Commune in ſuis iurib. & libertatibus ſemper maneat, quod ſi quis, ſeu quicunq; de Ciuitate Racaneti, ſiue eius habitator, vel aliunde vendidit, dedit, ceſſit, vel cóceſſit, ſeu alienauerit quocũq; modo, iure, vel titulo aliquam ſuam terram, ſeu poſſeſſionem, a tempore combuſtionis Ciuitatis Recaneti, vſ-

que nunc poſitam,& ſitam in noſtro Territorio, & diſtrictu, & infra cō, fines dictæ Ciuitatis Recaneti alicui perſone de Caſtro montis Sanctæ Mariæ in Caſſiano, Montis Fani, Montis Filiorū Octrani, de Auximo, de Caſtro Ficcardo, vel habitatoribus ipſarum terrarum, ſine alij inter poſitę perſonę pro ipſis ſoluat bannum in Communi quinquaginta libr. Saluo, & reſeruato, quod ſi aliquis dedit aliquam ſuam poſſeſſionē alicui de prędictis terris in veram dotem ad dictam pęnam minimè teneatur, quam condemnationem integrè dicto Communi ſoluere cōtrafacientes compellantur cum effectu, & non admittatur eis aliquod beneficium ſolutionis, neq; confeſſionis. Et nihilominus tales vendentes, ſiue alienantes teneantur, & debeant præſtare bonos, & idoneos fideiuſſores, & banchas dicto Communi, de ſoluendo continuè cēs collectas, & factiones in Cōmuni prædicto, vt hactenus conſueuerit, & quas ſoluere, & prędtare debuerit, & debent dicto Communi pro ipſis terris venditis, & de eorum apprectio nihilominus non caſſentur, & ſi caſſę eſſent, vel quod non reperirentur in eorum apprecijs dictę terrę ſic vēdite, quod de nouo in eorum apprecijs ponantur, & ſcribātur in Cataſto dicti Cōmunis; Saluo, & reſeruato, quod ſi dicti alienantes, & vēdentes, reemerent, & verè recuperarent, & non fictitię dictas terras ſic alienatas hinc ad duos menſes proximè venturos, & in ſuo apprectio, & Cataſto dicti Communis apparerent ſcriptę cum vera ſolutione collectarum, & factionum dicti Communis faciendarum, quod ad dictam pęnam nullo modo ſoluere compellantur, dūmodo dictas poſſeſſiones teneant, & poſſideant, & veram, & corporalem poſſeſſionem habeant cum effectu, & alicui non habitanti in noſtra Ciuitate ad laborandum non concedant, nec locent vllo modo, & de prædictis omnibus, & ſingulis ſupradictis Dominus Poteſtas, qui nunc eſt, & pro tēpore erit, teneatur, & debeat vinculo ſacramenti, & pęna centum libr. de ſuo ſalario inquirere, procedere, punire, & condemnare, per accuſationem, inquiſitionem, & denunciationem cuiuſcunque denunciantis, & ex ſuo officio, & quilibet poſſit denunciare, & accuſare cuius nomē teneatur in credentiam, & habeat medietatem banni, non obſtante aliquo Statuto in contrarium loquente, maximè Statuto quod loquitur, quod Poteſtas non poſſit procedere niſi de maleficijs commiſſis tempore ſui regiminis, & regiminis ſui in officio præceſſoris. In alijs verò venditionibus, alienationibus in futurum fiendis, puniantur contrafacientes pecuniarijs

cuniarijs pęnis contentis, & declaratis ſupra in principio huius Statuti. Nihilominus dictę terrę ſic venditę, & alienatę remaneant in Communi ſecundum formam Statutorum dicti Communis.

De pęna laborantis terram extrà diſtrictum noſtræ Ciuitatis poſitam, vel etiam intrà diſtrictum, cuius dominus, vel poſſeſſor recuſet ſoluere collectas per noſtrum Commune impoſitas.
Rubr. L X X X.

LABORARE terram, vel poſſeſſionem extrà diſtrictum noſtrę Ciuitatis poſitam, niſi fuerit alicuius noſtri Ciuis, vel continui habitatoris, ſi quis præſumpſerit, vel attentauerit, pęnam decem lib. incurrat, & quod ſi aliquod damnum euenerit, vel factũ fuerit de ſuis beſtijs, vel perſonis eorum in dictis terris, vel laboritijs, vel in eundo, & redeundo a dictis laboritijs, nullum adiutorium, vel fauorem ſiue auxilium per noſtrum Commune præbeatur, nec fiat, & quod quilibet poſſit de prędictis accuſare, & denunciare cum tertia parte dicti banni habenda, cuius nomen teneatur in credentia. Nihilominus Poteſtas teneatur prędicta ſemel adminus banniri facere, & ex ſuo officio bis inquirere de prędictis, & repertos culpabiles, dicta pęna punire, pęna vigintiquinque libr. de ſuo ſalario Communi ſoluenda. Idem volumus de omnibus poſſeſſionibus, de quibus non ſolueretur collecta Communi. Exceptis rebus, & poſſeſſionibus Eccleſiarum, Monaſteriorum, Hoſpitalium, & aliorum piorum, & venerabilium locorum. Adijcientes etiam, quod nulla perſona, tàm Ciuis, quàm forenſis audeat, vel prçſumat publicè, vel occulte laborare, ſeu laborari facere, ſiue ad coptimum recipere aliquem fundum, vineam, hortum, ſeu quamuis aliam poſſeſſionem alicuius, qui non eſſet ſub Iuriſdictione, vel obligatione municipalium legum Ciuitatis prędictę, qui autem contrafecerit in laborando, ſeu laborari faciendo, ſiue ad coptimum accipiendo, ſoluat de facto Maſſario dictæ Ciuitatis decem libras ſine remiſſione, pro qualibet vice, ad petitionem cuiuslibet denunciantis. Et ſi aliquę poſſeſſiones eſſent appretiatę, & ęxtimatę, & ille cuius eſſent dictę poſſeſſiones apprętiatę, & ęxtimatę, atque poſitę in eius extima, & cataſto, recuſauerit allegando

legando aliquod priuilegium ſoluere collectas imponendas per dictum Commune; ex nunc dictę poſſeſſiones de quibus collecta non ſolueretur, deueniant ipſo facto in Commune Ciuitatis prędictę, & ipſi Communi ſint confiſcatę, & obligatę, ſine aliqua alia ſententia, ſeu ſolemnitate Iuris, quod ſtatutum ſicut dictum eſt in rebus Eccleſiaſticis, & aliorũ locorũ piorũ ſitis in territorio noſtro volumus locum non habere.

De pęna illius, qui Ciuitatem dimiſerit tempore Guerrę. Rubr. LXXXI.

GVERRARVM tempore ſi quis habitationem noſtrę Ciuitatis dimiſerit, vel alibi ad habitandũ cum rebus proprijs, & familia ſe collocauerit, bona ſua omnia ipſo facto ſint publicata Communi. Sed & ſi in noſtro Territorio, & diſtrictu habens ſplactium, domum, vineam, vel poſſeſſionẽ, alteram infra terminum bannimenti generalis ad habitandum non redierit, fructus omnes ſuarum rerum, & poſſeſſionem deueniant in Communi, nec de bonis eius aliquis emere, vel alio titulo recipere præſumat, pęna vigintiquinque libr. cum ammiſſione poſſeſſionis, vel rei contrafacienti ſtatuta.

De pęna illius, qui domum deuaſtauerit cauſa mercandi. Rubr. LXXXII.

DEFORMARE vrbem nolumus, ſed potius reformare, propterea ſi quis auſus fuerit domum, habitationem, vel muros deuaſtare, ſeu demolire cauſa mercandi, ſeu cauſa vendendi lapides, cuppos, ligna, vel alias partes ipſius domus, vel rei, bannum decem libr. incurrat, & domum, ſeu rem demolitã integraliter reficiat.

De pęna trahentis terminum, vel ſenaitam. Rubr. LXXXIII.

TERMINVM, vel ſenaitam ſi quis abſtulerit, ſubtraxerit, vel commouerit, bannum decem libr. incurrat, & terminos in locum vnde extracti fuerint, reponat.

De pœna illius, qui præſumpſerit actionem acquirere in bonis alterius.
Rubr. L X X X I V.

FRAVDI, & cupiditati peſſimè factę, & commiſſę per aliquos de Ciuitate prædicta, contra maiorem partem popularium, & hominum dictę Ciuitatis in faciendo eis dari, & adiudicari bona ipſorum, falſa veritate ſubiecta reſiſtere volentes, ideoq; præſenti ſtatuto firmamus, quod nullus cuiuſcunq; ſtatus & conditionis exiſtat de Ciuitate prædicta, cui datio, ceſſio, conceſſio, vel alio quocunque contractu ſub quacunque conceptione verborum, occaſione emendationis alicuius damni, ſeu damnorum datorum, quę dicerentur alicui, ſeu aliquibus illata, ſeu facta, qui non habitaſſent in dicta Ciuitate, per aliquem, ſeu aliquos habitatores dictæ Ciuitatis in bonis, & poſſeſſionibus ipſorum, per quemcunque Dominum, ſeu Rectorem, ſeu Officiales audeat, vel præſumat dicta iura, dationes, ceſſiones, actiones, vel inſtrumenta, ei, vel eis conceſſas, vel conceſſa, in iudicio petere, ſeu ipſa facere executioni mandari in curia Ciuitatis prædictę, vel alia qualibet, per ſe, vel interpoſitam perſonam, contrafacientes autem in v. libris per Poteſtatem puniatur. Teneatur autem Poteſtas infra ſecundum menſem ſui regiminis, inquirere contra omnes illos, qui dicta inſtrumenta, ſeu iura haberent, & veritate reperta eos, & quemlibet eorum cógere ad dicta inſtrumenta, ſeu iura facere aſſignari, & ipſis ſibi aſſignatis cancellari faciat, ſub pęna quinquaginta libr. den. de ſuo ſalario dicto Communi applicandarum, ipſaq; inſtrumenta, iura, & actiones, ceſſiones, & conceſſiones occaſione prædicta cuicunque facta, ex nunc auctoritate præſentis ſtatuti caſſamus, cancellamus, & irritamus, & nullius valoris, atque momenti eſſe decernimus, ita quod ex ipſis inſtrumentis, ſeu aliquo ipſorum, nulla executio fieri poſſit, quod ſi Poteſtas, prædicta non obſeruauerit, in ducentum libr. de ſuo ſalario pęnam incurrat.

De

De modo portandi ornamenta Mulierum, & de pęna dominarum portantium manichas nimis largas, vel longas, & ſutorum ſuentium eas.

Rubr. L X X X V.

MODVM debitum, & honeſtum, ac ordinem congruum mulieribus in portando eorum ornamenta dare, & ponere cupientes, necnon ad euitandum expenſas inutiles, varias, & diuerſas, quas tàm ipſę mulieres, quàm homines noſtræ Ciuitatis Racaneti in auro, veſtibus, perlis, & argento hucuſque facere conſueuerunt, præſenti ſtatuto firmamus, quod nulla mulier de Racaneto, & eius diſtrictu, ſiue habitatrix eiuſdem audeat, vel pręſumat portare in capite, vel in pannis, vel quomodocunque ſuper ſe habere ad ornatum ipſius, aurum, vel argentum, neque perlas per Ciuitatē Racaneti, burghos, vel locum alium eiuſdem Territorij, & diſtrictus, nec tempore aliquo, niſi infraſcripto modo, ad pęnam centum ſolid. vice qualibet, qua portauerit, ad quam pęnam ſoluendam compellatur ſocer ſi ſocerum habet, ſi maritus dictæ dominæ eſſet in poteſtate dicti ſoceri, Sed ſi maritus non eſſet in poteſtate ipſius, dictam pęnam ſoluere teneatur pater, ſi patrem non haberet teneatur ſoluere dictam condemnationem dominus, vel domina domus, ſiue pater, vel mater familias ipſius domus, vbi moram traxerit, ſiue habitauerit dicta mulier, quę pęna per dictum ſocerum, vel maritum ſoluta, retineatur, & detrahatur de dote ipſius mulieris, quæ ob hoc fuerit condemnata. Poſſit tamē quelibet mulier portare in tunica, guarnacchia, mantello, vel cappucteo, vel alijs pannis, vel ueſtimentis, inter omnia dicta veſtimenta, vel vno ipſorum veſtimentorum, prout dictæ mulieri videbitur, & placebit, vſque ad octo vncias argenti in butonis tantum auratis, vel non auratis, & non plus, ſub pęna centum ſolid. den. pro qualibet muliere, & qualibet vice, qua contrafecerit, ſine aliqua remiſſione. Excipimus vxores Militum, qui nunc ſunt, & pro tempore erunt, in noſtra Ciuitate tantùm, quibus vxoribus Militum tantum, licitum ſit portare in pannis aurum, argentum, perlas, & alia ornamenta, tantum, quātum eis placuerit, & quomodocunq; & qualitercunque eis videbitur, & placebit. Adijcientes, quod dicta verba ſcripta capiantur,

ita quod ſub verbo militum intelligantur tantùm milites, qui non militant in legali, canonica, vel medicinali ſapientia, ſed de militibus tantùm noſtri temporis, ita quod ſub dicto verbo militum non intelligantur legum doctores, neq; medicinę profeſſores, adeo quod ſi aliqua domina, ſiue vxor alicuius doctoris legum, aut doctoris decretorum, aut medicinę profeſſoris reperta fuerit portare veſtes, aurum, argentum, perlas, aut alia ornamenta contra formam ſupra dictam, non poſſint, nec debeant euadere, nec tueri ſe, prætextu quod de iure poſſet dici, quod eſſet domina ſiue vxor militis, quin ſoluat pęnam ſupra contentam, ſed ad ipſam pęnam ſoluendam omnimodè teneatur. De friſiatura verò ſtatuimus, quod quęlibet mulier portare poſſit in tunica, guarnacchia, vel mantello, vel binda, aut cappuceo inter omnia iſta, vel vno ipſorum prout eis placuerit, friſiaturam auri filati valoris ſeptem libr. den. & non plus, ſaluo quòd dictam friſiaturam non poſſint portare per tranſuerſum, nec per guadarellum ſub dicta pęna. In centura, vel ſcriali, vel texuto vero, quęlibet mulier portare poſſit cũ teſſuto, ſiue teſtũ ſit de filo argẽti, ſiue de ſirico, vſq; ad vnam libram argẽti ſmaltati, vel aurati ſub dicta pęna, & non plus. Pannos verò, vel veſtes portare liceat, ſingulis mulieribus ueſtes de vno colore tantum, ſeu panno, vel de duobus coloribus, ſiue pãnis, & non vltrà, in duas partes tantùm veſtes diuidendo, ſcilicet medietas ex vna parte, ſeu latus veſtis ſit, & eſſe debeat, & poſſit de vno colore, ſeu panno, alia verò dimidia, ſiue pars dictæ veſtis ſit, & eſſe poſſit alterius coloris, ita quod totum latus, ſeu dimidia pars veſtis ſit integra, & vnius coloris, vel panni, & alia pars ſit & eſſe poſſit alterius panni, vel coloris tantum vnius. Nec audeat aliqua mulier aliter, aliquã veſtem, vel alias veſtes traſtalliatas portare, vel alio modo diuiſas, ad pęnã pro uice qualibet, qua portauerit centũ ſolidorum, ad quam pęnam condemnari debeat ipſa mulier, & compellantur ad condemnationem ſoluendam illę perſonę, & eo modo, prout ſuperius eſt expreſsum. Nullus verò ſutor, ſiue ſartor, vel aliquis alius, audeat, vel præſumat, poſſit, nec debeat pannos, ſiue veſtes incidere, vel talliare, ſuere, vel cuſire alicui, vel ad petitionem alicuius maſculi, ſiue fęminę de Racaneto, veſtes, ſeu pannos mulierum traſtalliatos, vel aliter diuiſos, quam ſupradictum eſt, pęna decem libr. pro quolibet, & vice qualibet, qua aliquis contrafecerit Communi ſoluenda. Et ad eandem pęnam, & eodem modo teneatur, quicunque aurifex, ſeu laborator

tor

tor argenti, ſeu auri auſus fuerit, vel præſumeret in ſchiciale, ſeu centura alicuius mulieris argentum purum, ſeu auratum laborare, ponere, ſeu affigere, niſi tantùm vnam libram, ut dictum eſt, & non plus, adque ſeruanda Poteſtas in principio ſui regiminis à ſutoribus, aurificibus, & ab omnibus, & ſingulis pannos, & argentum, ſeu aurum laborantibus in Ciuitate Racaneti de obſeruando prædicta, ad pęnam prædictam recipiat iuramentum, ne præter laudabiles, & uſitatos bonos mores dictæ Ciuitatis Racaneti, in quibus ſub regula honeſtatis, maximè in ueſtiméris mulierum, Ciuitas ipſa eſt ſolita gubernari, moderno; & futuro tempore quomodolibet excedatur. Et ad euitãdum expenſas inutiles, ac prodigalitatis uitium in exceſſiuo ordine manicarum, quæ ad præſens praticantur in ueſtibus dominarum, & mulierum, ſtatuimus prouidimus, & ordinamus, quod nulla domina, aut mulier cuiuſcunq; ſtatus, & conditionis exiſtat, de dicta Ciuitate Racaneti, eiuſque Territorio, fortia, uel diſtrictu poſſit, nec debeat in aliquo eius ueſtimento, quoquomodo habere, uel portare per dictam Ciuitatem Racaneti, eius Territorium, uel diſtrictum manicas uoluentes ultrà quatuor palmos per largum, nec longitudinis, quòd excedat, aut prætendat ultrà manum ipſius, dñę aut mulieris, pęna, & bãno cuilibet contrafacienti pro uice qualibet, qua contra prędicta, uel aliquod prædictorum factum fuerit centum ſolidorum den. Et eandem pęnam incurrere uolumus ipſo facto magiſtrum ſutorem, qui manicas prædictas uoluentes ultrà dictos quatuor palmos, aut quæ eſſent longitudinis, quòd prætenderent ultrà manum dominę, aut mulieris fueret, uel faceret, quotiens contrafecerit in aliquo prædictorum. Super quibus inquirere, procedere, & pnnire poſſint, & debeant Poteſtas Ciuitatis Racaneti, & eius curia, & pęnas exigere, & deueniri facere in Communi dictæ Ciuitatis, pęna decem lib. den.

De

De pęna tripudiantium, & haſtiludentium contra formã ſtatutorum, & de Aurificibus conuocandis, quando dubitatur de valore, vel pondere argenti, vel auri poſiti in ornamentis mulierum.
Rubr. *L X X X V I.*

HOc edicto firmamus, quod nulla perſona maſculus, vel femina, terrigena, vel forenſis audeat, vel pręſumat tripudiare extra quarterium vbi habitauerit in dicta Ciuitate, vel alium ludũ facere, vel haſtiludere per Ciuitatem prædictam, & burghos ſine expreſſa licentia Dominorum Priorum Populi Ciuitatis prędictę, qui pro tempore erunt, & quod dicti Priores non poſſint dare licentiam tripudiandi aliquibus per Ciuitatem prædictam, niſi quando eis videbitur conueniri, ad nuptias, vel ad aliam alacritatem; & tunc non poſſint dare licentiam alicui, ſeu aliquibus tripudiandi, ſeu tripudium faciendi, niſi omnibus ipſis Prioribus, qui pręſentes fuerint concordibus, quorum Priorum licentia ſemper ſcribatur, per Notariũ reformationum, & aliter nullus audeat extrà quarterium tripudiare; ſub pęna centum ſolid. In quarterio autem, vbi habitauerit, quilibet maſculus, vel femina de Ciuitate Racaneti, aut habitator eiuſdem, poſſit tripudiare per dictum quarterium, vbi habitauerit in dicta Ciuitate ſine dicta licentia Dominorùm Populi, vel alterius Officialis, ſine pęna, & bãno. Haſtiludendi tamen, quando eis videbitur, poſſint dare licentiam per totam terram, & qui contrafecerit in prædictis, vel aliquo prædictorum puniatur in centum ſol. Et ſi dicti Priores aliter conceſſerint licentiam tripudiandi, quàm modo ſupradicto, puniantur in x. lib. Et quod nullus buffonus, ſeu ſonator alicuius inſtrumẽti, vel quis alius debeat ſonare aliquod ſtrumentum ad aliquod tripudium, ſiue ludum, ſeu nuptias, vel ad aliam alacritatem, ſine licentia Dominorum Priorũ Et in prædicta contrata vbi fiunt nuptiæ, ſeu letitia infra quarterium ſuum tantùm, & non alibi, ſonare debeant ad pęnam centum ſolidorum. Volumus inſuper, quod Dominus Poteſtas, qui nunc eſt, & pro tempore erit, teneatur, & debeat vinculo ſacramenti, & pęna quinquaginta lib. de ſuo ſalario dicto Coĩ applicandarum, & retinendarum per Maſſarium dicti Coĩs tempore ſui ſcindicatus ſuper prędictis oĩb. & ſin-

& ſingulis ordinamentis, & ſtatutis præmiſſis tangentibus de nuptijs, ornamentis mulierum, tripudijs, & buffonis, & contentis in eis inquirere, & procedere cum denunciatione, vel ſine, & ex ſuo officio. Et etiã generalem inquiſitionem facere ſemel adminus in quolibet menſe, & in quolibet quarterio, & recipere, & examinare octo adminus bonos, & legales homines de diuerſis parochijs in teſtes, ſuper ipſa inquiſitione generali. Nihilominus mittere debeat, & teneatur de qualibet ſeptimana ſemel adminus, ſcilicet in diebus dominicis, & feſtiuis vnũ de Notarijs ſuis cum duobus famulis per dictam Ciuitatem Racaneti ad Eccleſias, nuptias, coadunationes dominarum, ad conuiuia, & ad alia loca opportuna dictę Ciuitatis ad rimandum, videndum, inquirendum, inueſtigandum, & ſciendum contra omnes, & ſingulos homines, & mulieres facientes contra formam ſupradictorum ordinamentorum, & ſtetur relationi dicti Notarij de prædictis, & quolibet prędictorum, & repertos culpabiles, tàm mares, quàm mulieres, punire, & condemnare poſſit, & debeat ſecundum formam dictorum ordinamentorum, non obſtante aliqua ſolemnitate omiſſa, etiam aliquo proceſſu per eum facto, ſeu fiendo de prædictis. Et quando mittẽs Notarium ad inquirendum, & inueſtigandum de facientibus contra prędicta dubitaretur, in caſibus ſupradictis, ſcilicet cuius poderis eſſent maſpilli poſiti in veſtimentis mulierum, & de argento poſito in centuris ipſarum mulierum, debeant conuocari duo artifices, qui eorum iuramento debeant extimare dictum argentum, & eorum extimationi ſtetur de pondere dicti argenti. Si verò dubitaretur, de valore, & extimatione frigiaturę poſitę in tunicis dictarum dominarum, vel de pondere auri filati in bindis, vel in alijs ornamentis capitis mulierum, debeant vocari duo Merciarij, qui eodem modo illas frigiaturas, & illud pondus debeant extimare, & eorum extimationi ſtetur de pondere dicti auri.

De

De pęna excedentium in luctu mortis tempore alicuius, & deferentium cereos vltra numerum. Rubr. LXXXVII.

PRAVAM conſuetudinem lugendi vltra modum mortuos reſcintes, prouidimus, ne ratione mortis alicuius perſonę facies dilaruetur, Infula caputeũ vel birrectũ extrahatur, nec de domo defuncti aliqua mulier foras proficiſcatur, mortuum ad Eccleſiam ſequatur, nec poſt mortuum delatum, domũ vnde mortuus exiuerit, reintretur, nec ędem per ſonę exeant ſcapigliate, quando mortuus extrahitur, nec ante, vel poſt. Volumus tamẽ, quod quęlibet mulier volens facere honorem, & honorare aliquem mortuũ, poſſit ſe diſcapigliare in domo mortui, & in quocunq; alio loco, vbi mortuus, ſiue cadauer iacebit, quæcunq; perſona contrafecerit in prędictis, ſeu aliquo prædictorum, centum ſol. pro bãno ſoluat, in quorum delictorum quolibet caſu, quilibet denũciare poſſit ſecretò, cum tertia parte banni conſequenda, ad quod etiam inquirẽdum, teneatur Rector ſemper vnum ex Officialibus ſuis ad domũ mortui mittere, requiſitus a duobus proximioribus vicinis defuncti, in quo ſi neglexerint, pęnam viginti ſol. incurrant. Qui Officialis cõtinuè moretur iuxtà domum, vbi mortuus iacet, donec fuerit delatus ad Eccleſiã ad inquirendum, & refrenãdum prędicta, cuius relationi ſtetur pro legitima probatione, pęna Poteſtati quinquaginta libr. negligenti. Portato tamen mortuo, ſiue cadauere ad Eccleſiam, poſſint conſanguinei mortui in dicta Eccleſia plorare pro eorum libito voluntatis; dicimus etiam, & addendo ſtatuimus, quod ad mortuum non poſſit deferri vltra duos cereos, ſine cereo Fraternitatis ſub dicta pęna.

De pęna cauantis vias publicas. Rubr. LXXXVIII.

NVLLVS Fornachiarius, nec aliqua alia perſona cauet, nec cauari faciat iuxtà vias publicas, propter quam cauã, via Communis poſſet deuaſtari ſpatio decem pedum, pęna, & banno decem libr. ſaluo, & reſeruato, quod licitum ſit vnicuique fodere foſſata iuxtà vias Communis, prout conſuetum eſt.

De

De pęna proijcientis immunditiam in ſtratis, locis publicis, & Eccleſijs. Rubr. LXXXIX.

BRVCTVRAM aliquam, vel immunditiam ante Eccleſias, vel in circuitu Eccleſiarum in vijs publicis, & ſtratis ſi quis fecerit, vel proiecerit fimũ, vel immunditiam cum ſomerio, vel ſine, pęnã pro qualibet vice viginti ſolid. incurrat, de quo quilibet accuſare poſſit cum medietate pęnę habenda. Idem dicimus de vijs vicinalibus, & mercatali Cõmunis. Sed & ſi in ſtrata magna, qua itur a porta Sanctæ Mariæ de Caſtro nouo, ad Portã Montis Morelli triturare granum, bladũ, vel legumen quis pręſumpſerit, pęnam viginti ſol. incurrat, de quo quilibet ſit legitimus accuſator, cuius nomen ſecretum ſit, & medietatem banni percipiat, ad quod inquirendum teneatur Rector mittere vnum ex officialibus ſuis de menſibus Iulij, & Auguſti, cuius relationi ſtetur. Qui verò ventilauerit ad aliquã Portarum triticum, legumẽ, vel bladũ, in x. ſol. puniatur. Propè fontem verò, vel puteos per ſpatium trium cãnarum, nulla perſona audeat pannos lauare, vel bructuram, ſeu immunditiam facere, ſeu proijcere, pęna vigĩti ſol. pro qualibet vice, de quo quilibet poſſit accuſare cũ medietate bãni habenda ſimiliter, de quo ẽt mẽſe quolibet per Poteſtatẽ, & Officiales eius fiat inquiſitio. Si verò quis conductum, ſeu murum alicuius fontis deuaſtauerit, vel rumperit, pęnam x. libr. incurrat. Et nihilominus dictum conductum, ſeu murũ ſuis expenſis reficere teneatur. De balcone quoq; ſeu feneſtra, ſi quis in viã publicam, ſeu vicinalem immunditiam, ſeu bructuram, vel aquam proiecerit, bannum xx. ſol. ſoluat, & damnum emẽdet. Calceolarijs etiam prohibemus ne calcinarium, uel aquam, ſcotanum, vel pedes, vel cornua animalium proijciant in via publica, vel vicinali; nec ſcorient, coria pilent in dictis locis, vel aliquod corium fętidum ponant, vel ſpandant in via, pęna uiginti ſol. pro qualibet vice iniuncta. Propter reuerẽtiam etiam Eccleſiarũ prohibemus ne boues, aſini, caprę, pecudes, vel alia animalia de die, vel de nocte propè ipſas Eccleſias, vel in plateis ipſarum ſtent, morẽtur, vel cuſtodiantur, pęna x. ſol. contrafacienti, pro

vice

vice qualibet iniuncta, de quo ſtetur ſacramento cuiuslibet denuncian tis ſecretò, cum medietate banni habenda, ad quod inquirẽdum bis in menſe per totam Ciuitatem ad ipſas Eccleſias, & Portas mittere teneatur vnum de Notarijs ſuis ad inquirendum, & puniendum prædicta, cuius relationi ſtetur, & de facto pęnam accipiat, & Camerario Communis ſaciat aſſignari.

De pęna proijcientis immunditiam prope Portas, & de Officio Notariorum cuſtodiæ, Contra deguaſtantes fortilitias Communis. Rubr. LXXXX.

VT quæ ad fortificationem Ciuitatis constructa ſunt conſeruentur, & per neminem deguaſtentur, vetamus immunditiam, vel bructuram, quæ iam proijciebatur in foueis Ciuitatis propè Ianuas Ciuitatis proijci, vel fieri per octo cannas, pęna contrafacienti vice qualibet quadraginta ſolid. eandem pęnam perſoluat quicunque in Ripis ſupra foueum Communis Hortũ fecerit, aut ipſam ripam ſublimauerit, vel in foueis, aut retrò foueis quicquam proiecerit, ſiue ſticcatum deguaſtauerit. Nullus etiam audeat retinere beſtias aliquas in ripis, vel foueis, aut retrò foueis Communis, pęna contrafacienti vice qualibet, & pro qualibet beſtia decem ſolid. denar. Super quibus omnibus Officiales cuſtodiæ per quarteria, vbi exercent eorum officia, menſe quolibet ſemel adminus perquirere teneantur, & culpabiles repertos, ad ſoluendum pęnam cogere, quam de facto venire faciant in Communi, & damnificantes conſtringere ad reſarciendum Communi damna, quæ ſuſcepit, donec integrè ſatisfecerit. Si verò dicti Officiales inuenti fuerint negligentes, vel remiſſi in aliquo de prædictis, cogantur ſoluere vice qualibet decem libras.

De proijcientibus immunditiam, & cauantibus in mercatali Communis.
Rubr. L X X X X I.

QVICVNQVE proijcerit immunditiam extrà portam mercatalis Communis, citra ligna in dicto mercatali fixa, verſus portā mercatalis, aut terram cauauerit in mercatali prædicto, pęnam viginti ſolid. den. pro quolibet, & vice qualibet ſoluat, cuius pęnę medietas ſit notarij damnorū datorum Ciuitatis Racaneti, ſi eam ex ſua inuētione tantum in Communi fecerit deuenire. Qui Notarius ad pęnā xx. ſol. de ſuo ſalario de facto auferēdā, debeat bis adminus qualibet ebdomada inquirere, & inueſtigare de prædictis, & dictam pęnam de facto exigere poſſit.

De pęna habentis vxorem, & amaſiam. *Rubr.* L X X X X I I.

FOCARIAM, ſeu amaſiam in domo, vel alibi ſi quis vxoratus habere præſumpſerit, vel retinere, bannum decem lib. pro tam turpi aſſuefactione incurrat, tàm retinens, quàm retenta. Nec audeat aliquis talibus adultero, vel adulterę domum locare, vel habitationem gratis dare, aliter ſimili pęna plectatur, de quo quilibet ſecretò poſſit accuſare cum medietate banni habenda, teneatur. Nihilominus Poteſtas, ipſam talem adulteram de noſtra Ciuitate, & diſtrictu expelli facere, & eā ī perpetuo bāno ponere

De pęna habentis duas vxores. *Rubr.* LXXXXIII.

ITEM ſtatuimus, quod ſiquis habens vxorē, vel ſi qua habens virum, ſcienter, & doloſè commiſerit matrimonium cum alio, capiendo aliam vxorē, vel alium virum, puniatur in amputatione capitis. Saluo, & reſeruato, quod ſi qua mulier ex eo, quia diceretur eius maritum fore mortuum, portaret habitum uidualē, & demum alium trāſduceret in maritum, ad prędicta ambo nō teneātur, & prędicta locū hābeāt in futuris tātū.

De

De pęna publicarum meretricum habitantium in Ciuitate, burgis, vel iuxtà ſoſſum Communis. Rubr. LXXXIV.

NVLLA publica meretrix moretur in Ciuitate, burgis, vel iuxtà foſſum Communis, contrafacientem per totam noſtram Ciuitatẽ volumus fuſtigari, domum quoque, vel habitationem ſi quis eidem conceſſerit, centum ſolidorum pęna plectatur; ad quod deferendum quilibet admictatur cum medietate banni habenda.

De pęna vendentis Piſces, & ementis contra formam Statutorum, & eorum ęxtimatione, ſeu valore. Rubr. LXXXV.

PISCES nullus noſter Ciuis, ſeu habitator, & forenſis aliquo alibi, quàm in Portu maris cauſa vẽdendi emat; nec aliquis venditor piſcium, donec piſces vendiderit, ſedeat; nec piſces delatos ad vẽdendum ad domum deferat, vel remittat, nec inſequenti die ſeruet; nec aliquis alius Ciuis, vel habitator dum venduntur piſces, eum aſſociet, nec aliquis ſolitus vendere piſces, aliquem forenſem piſces aduendendũ portantem, in domum, vel aliam habitationem recipiat; nec aliquis tabernarius ante horam nonam piſces emat, pęna viginti ſolidorum in ſingulis capitulis huius ſtatuti inſerta cũ piſcium ammiſſione, de quibus medietas ſit Communis, alia accuſatoris cuiuslibet. Piſces verò vendi volumus in circunſtantijs palatij, vel mercati vbi Prioribus Populi videbitur conueniri, in quo loco fiat vna ſtangata, extrà quam omnes volentes emere piſces, ſtent ad emendum, quam ſi quis intrare pręſumpſerit donec piſces venduntur, pęnam quinque ſolid. pro qualibet vice ſoluat Communi, de facto ſibi per Officialem Poteſtatis auferẽdam. Qui verò alibi, quàm in dicto loco piſces vendiderit, piſces amittat, de quibus medietatem habeat accuſator. In venditione verò piſcium, vt omnis tollatur ambiguitas, & vt etiam vendentes piſces poſſint intelligere, & certificare quanto prætio poſſint, & valeant vendere piſces, cuiuſcunq;

iuſcunque generis exiſtant, infra ſcriptum præfatę venditioni piſcium modum,& ordinem vulgariter apponi volumus, & obſeruari.

In primis lo peſce di mare di ſcaglia menuto vendaſi la libra denari xvj.

Lo peſce maiuſcolo ſin'alla miſura di vn palmo, & in queſto, ſe intendano l'Acore vendaſi la libra den. xviij.

Peſce maggiore d'vn palmo, Anguille, ſeppie, arciglieni, vendaſi ad arbitrio del vēditore, nō paſſando il prezzo di vn bolognino la lib.

Et ſe lo detto peſce demoraſſe oltra vn giorno, vēdaſe la lib. den. xij.

Raggia, ſquadro, cannucello vendaſe la libra den. xij.

Tomacio, mucida,& altro peſce ſaluatico vendaſe la libra den. viij.

Et ſe lo detto peſce dimoraſſe oltra vn giorno vendaſi il quarto manco.

Et le predette ſtime ſe intēdano dalle Calēde di Decembre fino alle Calende d'Aprile.

Dalle Calende d'Aprile fino alle Calende d'Agoſto vendaſi il peſce marino minuto fino alla miſura d'vn palmo,& intendaſeci l'Acora, la libra den. xij.

Et ſe dimoraſſe oltra vn giorno, vendaſi la metà manco.

Raggia, ſquadro, & cannucello, vendaſi la libra den. viij.

Tomacio, mucida, & altro peſce ſaluatico, vendaſi la libra den. vj.

Et ſe li detti Raggia, ſquadro, & altro peſce ſaluatico dimoraſſe oltra due giorni, vendaſi il terzo manco.

Dalle Calende d'Agoſto fino alle Calendē de Decembre il peſce minuto fino alla miſura d'vn palmo, vendaſi la libra den. xvj.

Et ſe dimoraſſe oltra vn giorno, vendaſi lo quarto manco.

Raggia, ſquadro, & cannucello, vendaſi la libra den. xij.

Tomacio, mucida, & altro peſce ſaluatico, vendaſi la libra den. viij.

Et ſe dimoraſſero li detti peſci oltra due giorni, vēdaſi la metà māco.

Peſce Peruſino da Calende de Decembre fino alle Calende d'Aprile, vendaſi in queſto modo.

Laſche minute la libra den. xvj.

Laſche maggiori la libra den. xviij.

La tenca minore de libra, vendaſi la libra den. xviij.

D'una libra ò di più, vendaſi la libra den. xxij.

Dalle Calende d'Aprile fino alle Calende di Maggio, vendaſi la-

ſche di qualunque ragione, la libra den. xij.

Le Tenche di qualunque peſo ſiano, vendaſi la libra den. xviij.

Dalle Calende di Settembre ſino alle Calēde di Decembre, Laſche vendaſi la libra den. xij.

Et ſe lo detto peſce peruſino dimoraſſe oltra due giorni vendaſi lo terzo manco.

Lo peſce marino foraſtiero, vendaſi in ciaſcheduna ſtagione due denari manco per libra, che il peſce delli Cittadini.

Si quis autem vendiderit aliter piſces, vel alio modo, quàm vt ſupradictũ eſt, puniatur in quolibet caſuum ſupradictorum pro quolibet, & qualibet uice de facto, ſine alio proceſſu in xl. ſolid. den. paruorum.

De pœna facientis fractam, vel ſoueam in ſiluis Communis ſine licentia Dominorum Priorum. Rubr. L X X X X V I.

NVLLVS de Ciuitate Racaneti, & eius diſtrictu, qui venatur ad porcos ſilueſtres poſſit, nec debeat facere, ſeu capere aliquam fractam in ſilua dicti Communis pro dictis porcis capiendis ante Calendas ſeptēbr. Sed ſi tunc aliquis fractam facere, ſeu capere voluerit, non poſſit, nec debeat facere aliquam fractã, niſi petita, & habita licentia a Prioribus Populi, qui Priores teneantur, & debeant ipſis petentibus ipſam licentiam prędictam dare, dummodo ipſi, qui petunt dictam licentiam, teneantur, & debeant dare in ſcriptis nomina ſuorum ſociorum, pro quibus ipſe petit, qui ſotij ſint, & eſſe debeant adminus decem, & aliter dicti Priores dictam licentiam dare non poſſint. Et illud idem dicimus obſeruari, quod ſi aliquis petierit licentiam ab ipſis Prioribus faciendi fractam in dictis ſiluis pro Capriolis capiendis, quod prædicti Priores non poſſint dare licentiam dictis petētibus, niſi de Menſe Martij, & non ante. Et tunc dicta licentia petentib. dari debeat, qui petentes dare debeant in ſcriptis nomina ſuorum ſociorum, qui ſint, & eſſe debeant ſex adminus. Et aliter dicta licentia concędi non debeat, & conceſſa non valeat. Et quod nullus, ſeu nulla ſocietas vltrà vnam fractam in dictis ſiluis habere debeat, ſcilicet vnam pro porcis, & aliam pro capriolis. Prohibemus etiã quod nullus in dictis ſiluis habere poſſit, aliquam Talliolam ferratam, & contrafaciens in prædi-

ctis,

ctis,& quolibet prædictorum ſoluat pęnam dicto Communi centum ſolidorum. Et quilibet contrafacientem poſſit accuſare,& denunciare,& nomen ipſius teneatur in credentiam,& habeat medietatem banni. Statuentes inſuper, quod nullus noſter Ciuis, vel habitator noſtræ Ciuitatis, vel qui vis alius facere, vel fieri facere audeat aliquod lacium, vel foueam in ſiluis Laureti, nec in alijs ſiluis Communis, cauſa capiendi porcos; repertus verò culpabilis per Poteſtatem Recaneti, & eius Officiales in decem libr. den. paruorum noſtro Communi, ſine remiſſione aliqua, vice qualibet condamnetur. Et licitum ſit vnicuiq; deuaſtare dicta lacia ſine pena,& banno, dummodò dicta lacia non fiant in pedicaritijs. Statuentes etiam, quod nemo poſſit, vel valeat in ſiluis Coïs, venari, niſi pręhabita licentia a maiori parte Priorum Ciuitatis Recaneti, facta manu Cancellarij huius Ciuitatis, & qui contrafecerit in prędictis, condamnetur in vigintiquinq; lib. pro qualibet vice. Et ſi aliter licentia data fuerit, non valeat, nec teneat vllo modo.

De pęna deuaſtantis panteriam alterius. Rubr. LXXXXVII.

PAnteriam alicuius factam ad aucellandum quicunque deuaſtauerit, ſeu rete in ęa iacens dilacerauerit, ſeu portauerit, ſeu palpatos in ea iacentes occiderit, ſeu portauerit, ſiue in dicta panteria ignem immiſerit, ſoluat per banno Communi decem libr.

De pęna extrahentis de noſtro territorio pinguia. Rubr. LXXXXVIII.

OVA, piſces, & carnes, caſeum, pullos, & anſeres, aues, edos, & agnos, & omnia genera carnium domeſticarum, & ſilueſtrium, Nullus extrahere de noſtra Ciuitate, vel diſtrictu eius præſumat, contrafaciens pro pena xl. ſol. ſoluat, & res quas defert ammictat, de quo quilibet poſſit accuſare, cuius ſacramento cum vno teſte ſtetur, & medietas banni, & rerum ſibi detur. Si verò aliquis noſter Ciuis cauſa enſenij fiendi, vellet de dictis rebus extrahere, licentiam a Poteſtate, & a Prioribus Populi primò petat, & eam obtineat, pro viſo ne huic ſtatuto aliqua fraus fiat Statutarij abſtulerunt, extimationem auium volentes ad libitum poſſe vendi.

De pęna extra diſtrictum Ciuitatis euntis ad triturandum frumentum. Rubr. LXXXXIX.

TRITVRANDI, tàm frumentũ, quàm bladum, antequam in noſtra Ciuitate, & Territorio ſit recõditũ, niſi alibi poſſeſſiones ſuas haberet, nullus ire pręſumat pęna xl. ſol. ſi in noſtro territorio triturare volentes pro ſuo labore, & mercede de xij. menſuris, vna tantummodò ſint contenti: vltra verò, nec ipſi accipere, nec aliquis dare pręſumat ſub dicta pęna xl. ſol. Teneantur etiam ipſi triturantes componere paleam, antequam recedant de area recepto mallono ab eo ſub pęna prædicta.

De pęna hiſtrionum, & buffonum euntium per areas pro impetrando frumẽtum, aut ad nuptias non vocati. Rubr. C.

HISTRIONVM, & buffonum pręſumptionẽ proteruam odientes, prohibemus ipſis ne tẽpore meſſis, per areas cauſa quęſtus frumenti per noſtrum territorium ire præſumãt, pęna centum ſol. Nec ad aliquas nuptias, vel conuiuia non vocati accedant, nec ludant, tubent, aut alia genera muſicorũ exerceant; ſi quis autem contrafecerit a quocunque accuſari poſſit, & denunciari, & ſit in ſecretò, & in decem libr. puniatur, cuius pęnę medietas ſit denuciantis: per ſe etiam inquirere Poteſtas poſſit, & ipſum delictum punire.

De pęna ferentis ferrum lanceę ante ſe, & non euntis per Ciuitatem antè currum & deferentis ligna per traſuerſum. Rubr. CI.

LANCEAM quicunque per Ciuitatem, & burghos portauerit, ipſius lanceę ferrum poſt ſe portare debeat. Carrarius autem dũ currum cum bobus per Ciuitatem duceret, ante burem ipſius currus ire debeat, & ipſam burem cum manu tenere. Nulli verò liceat per ipſam Ciuitatem, & burghos in ſomerio ligna maiora quinque pedum per tranſuerſum portare, contrafaciens in ſingulis caſibus ſupradictis, pęnam quinq; ſol. incurrat. Et quilibet contrafacientem accuſare poſſit, cuius ſacramento ſtetur, & dicti banni dimidiam conſequatur.

De pęna laboratorum non laborantium terram alienam. *Rubr.* C I I.

OMNES laboratores, qui terram, vineam, ſeu cannetum ad laborandum accipiunt, teneantur ipſam terram, vineam, & cannetum, tempore congruo laborare, & colere ad uſum boni laboratoris, quod ſi non fecerint, bannum xl. ſol. ſoluant, cuius pęnę medietas ſit Communis, & alia accuſatoris; nihilominus liceat domino poſſeſſionis locare, & laborari facere expenſis laboratoris, cui poſſeſſionem dederit, & ei auferre, & alij locare ad laborandum pro ſuo velle; quod ſi expenſas fecerit dominus in dicto laboritio, poſſit conſtringi, & debeat laborator ad reficiendum ipſas eidem, per Officiales Põtatis, de quibus expenſis dicto dñi, vel locatoris ſacramẽto credatur. Nec audeat laborator metere, triturare, ſeu vindemiare vineam, ſine requiſitionẽ domini poſſeſſionis ſub dicta pęna. Quod ſi rem locatam, vel ad laborandum datam, vendi, aut aliquo titulo inter viuos, vel vltimę voluntatis in aliquam contingeret transferri perſonam, ſemper pars laboratoris, ſecundum quod conuentum fuerit tempore contractus locationis, ſit auctoritate pręſentis ſtatuti ipſi laboratori integrè reſeruata, conuentione aliqua inter alienantes in contractu habita non obſtante. Volumus etiam quod pars fructuum ſpectantium ad dictum laboratorem de terra quam habet ad laborandum, ſit domino poſſeſſionis pędictę obligata pro debito contracto per ipſum laboratorem cum domino dictę poſſeſſionis, & nulli alij perſonę, ita quod dominus poſſeſſionis ſit potior, & tempore recollectionis fructuum dictę terrę, ſua auctoritate ſine pęna, & banno poſſit accipere, retinere, & habere vſque ad ſatisfactionem dicti debiti de parte dictorum fructuum obueniente, & pertinente ad dictum laboratorem, conditione, mandato, ſeu ſequeſtratione aliqua facta per Põtatem, ſeu alium officialem dicti Communis non obſtante.

De pęna vendentium territorium poſitum in quinta ſenaita verſus Caſtrum Montalium, & Varchum Marchiſiana.
Rubr. C I I I.

MATERIAM ſcandali, quę faciliter poſſet oriri modis omnibus euitantes, pręſenti ſtatuto firmamus, quod nullus de Ciuitate Recaneti, & eius diſtrictu, vel quis alius, qui habet, ſeu haberet terrenum, ſeu poſſeſſionem aliquam in quinta ſenaita in quacunque parte noſtri territorij, terra, ſeu poſſeſſio ſita ſit, in totum, vel in partem vendere, donare, concedere, cedere, accottimare, vel aliquo alio titulo obligare pręſumat, ſine expreſſa licentia petita, & obtenta a Dominis Prioribus Populi, pęna quinquaginta libr. cuilibet contrafacienti iniuncta. Super quo Poteſtas, qui pro tempore fuerit, inquirat, & inquiſitioné formet ſemel quolibet menſe, in confinibus dictorum locorum vbicunq; ſibi, & Prioribus Populi videbitur; ſub pęna ipſi Poteſtati vigintiquinque lib. de ſuo ſalario, quę deueniat in Communi. Nihilominus terra vendita in dictis locis ipſo iure Communi applicetur.

De pęna vendentis domum plateam, vel terram, ſiue foueam iuxta quam aliquis tenet, ex duobus lateribus. Rubr. C I I I I.

DOMVM, vel terram duorum modiolorum, vel minus, plateam, vel foueam poſitam in plateis priuatorum, ſeu ſpecialium perſonarum ſi quis haberet, & eam alienare vellet, non audeat eam in totum, vel in partem vendere, nec aliquo modo alienare, nec fructus in alium transferre, nec per modum diuiſionis, vel locationis alij tradere, niſi illi qui teneret iuxtà illas res, vel aliquam earum à duobus lateribus continuè, ſi emere voluerit iuſto prętio, vel mercede, ſecundum quod venderetur, vel daretur per contratam. Alioquin liceat ei vendere, cui voluerit. Si quis autem contrafecerit in vendendo, transferendo, vel alienando, bãnum centum ſol. tàm alienator, quàm ille in quem fieret translatio incurrat, ac ipſa

ac ipſa venditio non valeat, ſed ea reciſa, detur illi, qui teneret à duobus lateribus continuè. Si verò via iret a tribus lateribus alicui prædictarũ rerum, detur illi, qui iuxtà eam retineret ab vno latere tantùm, vnde via non eſſet. Si autem duo eſſent, qui tenerent iuxtà aliquam rerum prædictarum, ambo à duobus, ſi alienare voluerit, liceat alienare; ſeu vendere, cui vult ex ipſis. Sed ſi aliquis voluerit maritare filiam ſuam, poſſit eam dare in dotem, non obſtantibus ſupradictis: quod locum habere volumus inter terrigenas, & ſubiectos noſtri Communis, & non inter religioſos, & clericos, & in præteritum, & futurum.

De pęna non deſerentis vinum cum barili bullato tempore vindemiarum. Rubr. C V.

VINVM vendentes tempore vindemiarum, teneantur, & debeant portare, ſeu portari facere ipſum vinum ad domum emptoris cum barilibus iuſtis, & bullatis bulla Communis, pęna, & bãno quadraginta ſolid.

De pęna capientis equos alienos. Rubr. C V I.

EQVOS, equas, ſeu roncinos alienos permanentes ad paſcuandum, nullus audeat, vel præſumat capere, equitare, ſeu ducere ſine licentia dominorum dictorum equorum, equarum, ſeu roncinorum, pęna, & banno quadraginta ſolid. cuius pęnę medietas ſit Communis, & altera accuſatoris.

De pęna vendentis incenſum, ſiue thus contrafactum.

NVLLVS audeat, vel præſumat vendere incenſum, ſiue thus conrrafactum, ſed thus purum, & non malitiatum vendat, pęna contrafacienti viginti ſolid. iniuncta, & quilibet poſſit contrafacientes denunciare, & accuſare, & habeat medietatem banni. Speciarijs inſuper prohibemus ne papiros in cereis

de accia mictant, ſed de bombice tantum, ſaluo ſi pro adiungendo papiros veteres de bombice, liceat mittere vntiam mediam accię pro quolibet cereo, qui contrafecerit pęnam centum ſolid. vice qualibet incurrat, & ad detegendum fraudem quiſque ſpeciarius teneatur bullare cereum, quod fecerit, ad dictam pęnam, ſuo ſigillo.

De pęna illius, qui exiuerit aliunde, quàm per Portas, vel palangatum, vel trauatam deuaſtauerit. Rubr. CVIII.

EXIRE de Ciuitate, & burghis, vel intrare aliunde, quàm per Portas Communis, & grappos, ſi quis auſus fuerit, pęna decem lib. & plus, vel minus rectoris arbitrio, inſpectis circumſtãtijs temporis, loci, & perſonarum condamnetur. Quod ſi eſſet perſona ſuſpecta, cõtra quam mala ſuſpicio eſſe poſſet, perſonaliter ipſius Rectoris arbitrio puniatur. Vt ergo cluſimina Ciuitatis manu teneantur, prouidimus, quod quilibet Rector infra octo dies initij ſui Regiminis, perſonaliter cum Prioribus Populi, & Notarijs Cuſtodię ire teneatur per Ciuitatẽ, burghos, & ſub burghos, & videre, ac examinare, vbi cluſimina ſunt neceſſaria, feneſtrę debeant claudi, vel murari, & palangate reparari, ac foſſata fodi. Et pręcipere, & ordinare, quod omnia fiant, & nõ parentes, ſuo arbitrio puniat. Qui autem palangatum Communis, ſeu intrauatam, aut sbarram deuaſtauerit, ſeu ligna portauerit, aut ſubtraxerit, pęnam centum ſolidorum incurrat, & plus, & minus Rectoris arbitrio, qualitate tẽporis, & perſonarum inſpecta, de quo quilibet poſſit accuſare cum tertia parte banni habendą.

De pęna illius, qui inuaſerit, ſeu apprehendiderit tenutam a Rectore datam. Rubr. CVIIII.

TENVTAM a Rectore, ſeu eius Officiale, ſeu eorum Nuncio mandato Officialis datam alicui, ſi quis abſtulerit, ſeu retinuerit, ſeu auferret, vel inquietaret, cui data eſt, quadraginta ſolid. Communi pro bãno ſoluat, & deiectus ſecundum ius ad reſtitutionem tenutę agat.

De

De pęna illius, qui reſtiterit, ſeu parauerit Nuncio Communis.
Rubr. C X.

NVNCIO Communis quicunque ſe parauerit volen ti aliquod pignus auferre mandato Officialium, ſol uat bannum quinque ſol. ad quod probare ſufficiat dictum Nuncij prædicti. Si verò baiulo eunti cum Officiali, ſeu familia Poteſtatis aliquis ſe parauerit, non permittendo ſibi pignus accipi, ſoluat bãnum centum ſolid.

De pęna illius, qui reuelauerit credentiam. Rubr. C X I.

REVELARE credentiam in aliquo conſilio impoſitam, ſeu tractatam, quicunque ex conſiliarijs præſumpſerit, quinquaginta libr. pro banno ſoluat. Et nullum officium demum Conſiliarię in noſtra Ciuitate habeat; quam pę nam ſi non ſoluerit, Rectoris arbitrio perſonaliter puniatur, ſuper quo Poteſtas per ſe inquirat, & repertos culpabiles, debita pę na puniat.

De pęna committentium crimen leſę Maieſtatis contra Ciuitatem noſtram, & eius qui tractauerit, vt aliquis in priuatum carcerem deducatur, premio vendicantis huiuſmodi delictum. Rubr. C XII.

QVICVNQVE maſculus, vel fęmina cuiuſcunq; conditionis exiſtat in præteritum tractauit, ſeu in futurum tractabit, ordinauit, ſeu ordinauerit aliquam proditionem de terra noſtræ Ciuitatis, ſeu alicuius Caſtri noſtræ Ciuitatis, vel territorij ſubiecti noſtrę Ciuitati, ſeu de aliquo, vel aliqua perſona ſpeciali ad hoc, vt dicta Ciuitas Caſtrũ ſeu ſpecialis perſona perueniat in fortiam alicuius tiranni nobilis, ſeu ſpecialium perſonarum, vel quod aliquis in priuatum carcerem deducatur, vel deductus eſſet ad hoc, vt redimeretur, ſeu prædicta de cauſa occideretur, vel aliter offenderetur, quod Poteſtas dictę Ciuitatis, qui nunc eſt, & pro tẽpore erit, ſub pęna quingentarum libr. ſtatim, & incõ tinẽti audita quęrela de prędictis a quacũq; perſona, vel quod ad eius notitiam peruenerit, teneatur, & debeat prędictos tales dictum facinus commit-

committentes, omni iuris ſolemnitate, & ordine prætermiſſis ad furcas, vt laqueo ſuſpendantur, & penitus moriantur, condemnare, & condemnatos ſi in fortiam dicti Communis peruenerint, executioni celeriter, & ſine mora mandare, & in publicatione omnium bonorum dictorum maleſactorum dicto Communi deſtruendorum, & publicandorum ſimiliter condemnare, & ipſa bona deſtrui facere cum effectu; reſeruatis iuribus omnibus debentibus aliquid recipere in ipſis bonis poſt deſtructionem dictorum bonorum. Et ad hoc vt tam enormia maleficia timeantur in futurum committi, & commiſſa puniantur, & vnius pęna, metus ſit multorum, quod in ſententia contra prędictos delinquentes ferenda contineatur, & condamnetur, quod omnes deſcendentes ex eis per maſculinum ſexum dictorum ſic delinquentium, perpetuò ſint in banno dicti Communis Recaneti. Et quod in dicta Ciuitate Recaneti, vel eius diſtrictu, prędicti ſic delinquentes, & deſcendentes ex eis, aliquod officium, vel beneficium habere non poſſint, & habitum tollatur eiſdem. Et quod ſi quis vnus, vel duo condemnati, vel exbanniti dicti Communis in perſona, vel in pecunia aliquem de dictis maleſactoribus cęperint, & præſentauerint in fortiam dicti Communis, dummodò de ſimili delicto non eſſent condemnati, ſeu culpabiles, quod auctoritate pręſentis ſtatuti de omni banno, & condemnatione dicti Communis ſint abſoluti, & eorum banna, & proceſſus ſint ſublati, & cancellati, & pro cancellatis habiti. Et ſi aliquis alius non exbannitus dicti Communis Racaneti, aliquem de prędictis maleſactoribus occiderit, ſeu occidi fecerit, vel in fortiam dicti Communis duxerit, debeat de bonis dicti Communis ſubito, & ſine mora habere centum floren. auri. Et ad hoc, vt pęna vnius alijs ſit exemplum, quod Poteſtas qui nunc eſt, & pro tempore erit teneatur, & debeat ſub pęna centum librarum de ſuo ſalario prædictos dictum facinus committentes, & qui iam commiſerunt in eorum condemnationibus inſerere, & condemnare, & inſertos infra quindecim dies poſt latam ſententiam, vt depingātur, & depingi facere in turri noua dicti Communis, iuxtà ſtratam magnam poſita, cum nominibus, & delicto ipſorum, ad hoc, vt ab omnibus tranſeuntibus per dictam ſtratam videri, & in exemplum trahi poſſit. Et prædicta fiant, & inuiolabiliter obſeruentur non obſtantibus aliquibus ſtatutis, & ordinamentis, & reformationibus dicti Communis, & Populi in contrarium loquentibus, quibus ex nunc pro ſuſpenſis

& ſu-

& ſublatis habeatur ſub quacunque conceptione verborum in contrarium loquerentur, & ſpecialiter, & generaliter per pręſens ſtatutum derogetur, & derogatum ſit. Et prædicta omnia ſuperius contenta locum habeant, & inuiolabiliter obſeruentur in dictis delictis iam commiſſis, & committendis, & proceſſibus pendentibus, & futuris.

De pęna non referentium aliquem tractatum, qui eſſet contra pacificum ſtatum Communis, & Populi Recaneti. Rubr. C X I I I.

SVSVRRATIONES, ac prauas linguas refrenare volentes, pręſenti ſtatuto firmamus, quod ſi qua perſona maſculus, vel fęmina ſciuerit, vel perſenſerit verbo, ſeu facto, ſeu aliquo inditio palàm, vel abſcõſe aliquem tractatum, ſeu colloquium, vel audierit aliquid quod eſſet, ſeu eſſe poſſet contra pacificum ſtatum dicti Communis, & Populi dictæ Ciuitatis Recaneti, ſeu ſpecialem perſonam vnde poſſet dictus pacificus ſtatus turbari, & maximè quod eſſet contra pacem factam inter intrinſecos, & extrinſecos dictę Ciuitatis, quod ſtatim, & incontinenti debeat referre Poteſtati, ſeu Prioribus Populi Ciuitatis prædictę, & modum, ſeu formam ſecũdum quem, & quam ipſę ſcit, ſeu ſciuerit, antequam alicui dicere, ſeu referre debeat, ſine licentia dictorum Dominorum Poteſtatis, ſeu Priorum, qui pro tempore erunt, ſub pęna vigintiquinque libr. vſualis monetę ſine aliqua diminutione, & beneficio ſolutionis, & confeſſionis eis non opitulantibus, & dicta beneficia ſibi nullo modo competant, nec ſpectent. Et ſi dictam pęnam non ſoluerit infra terminum ſtatuti dicti Communis, pes ſibi amputetur, ita quòd à corpore ſeparetur, & propter dictis confinari poſſit, & debeat; hoc ſcito, & relatione prędicta facta dictis Poteſtati, vel Prioribus, prædicti Priores, & Poteſtas incontinenti per modum, & viam, quibus melius eis videbitur inquirant, & ſciant veritatem de prędictis. Et ſi inuenerint veritatem, vel vera eſſe eis relata; Poteſtas teneatur, & debeat repertos culpabiles de prædictis relatis punire, & condemnare in quinquaginta librarum dictę monetę, & pluris inſpecta qualitate delicti, perſonarum loci,

loci, & tēporis, ſine aliqua diminutione. Et ſi dictas pęnas non ſoluerit infra terminum ſtatuti dicti Communis, pes ſibi amputetur, ita quod à corpore ſeparetur, & nihilominus ad confines mittat, ſecundum qualitatem delictorum prædictorum, contradictione aliqua non obſtante. De quibus omnibus, & ſingulis ſupradictis, Poteſtas qui nunc eſt, & pro tempore erit, teneatur, & debeat ſingulis menſibus, diligenter inquiſitionem facere, & pęna debita condemnare delinquentes, & repertos culpabiles de prædictis, vel aliquo prædictorum. Et in ipſa condemnatione locum, & tempus confinij inſerere, ſub pęna de ſuo ſalario centum libr. dictę monetę, vice qualibet, qua contrauenerit. Quæ omnia, & ſingula ſupraſcripta, & infraſcripta locum habeant in præſentibus, & in futuris. Et quod ſuper prædictis procedi poſſit ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, Et de facto dicta pęna auferatur, & de prædictis per accuſationem, inquiſitionem, denunciationem, & per quemcunque modum, Poteſtas qui nunc eſt, & pro tempore fuerit procedere, & cognoſcere poſſit, & valeat punire, & condemnare de prędictis, & quolibet prædictorum. Et in prædictis pęnis beneficia confeſſionis, & ſolutionis locum non habeant, ſed integraliter dictæ pęnę ſoluantur, & auferantur. Volumus etiam quod Poteſtas, & Priores dicti populi, qui pro tempore erunt vice qualibet, quando dantur pennoni in quolibet quarterio in Conſilio generali dicti Communis, & Populi ſecundum formam ſtatuti dicti Communis, pręſentem conſtitutionem, & ſtatutum legi faciant in dicto Conſiſilio publicè, & palàm, & per hoc ſtatutum volumus non derogari proximo pręcedenti ſtatuto ſub Rubrica de pęna comittentium crimen leſe maieſtatis,

De pęna ludentium ad ludum azardi. Rubr. CXIIII.

LVDENTIVM ad azardum, & ad alium ludum prohibitum malitiam refrenantes ſtatuimus, quod nullus de Ciuitate Racaneti eiuſque diſtrictu, vel aliunde audeat, vel pręſumat ludere ad ludum azardi, codoroni, virgette, & ad quemlibet alium ludum taxillorum, in quo aliquid perderetur, ſeu ammitteretur.

mitteretur. Excepto ludo tabularum, & calculorũ, alias ſoluat quilibet ludentiũ pro qualibet vice x. libr. Si verò aliquis ſteterit ad videndum dictum ludum ſoluat Coĩ pro banno viginti ſol. ſi de die fuerit ſi autem de nocte duplum dictarum pęnarum præſcriptarum contrafaciens ſoluere teneatur. Dominus autem domus, ſeu penſionarius, & quilibet alius, qui permitteret dictum ludum fieri in domo propria, vel conducta infra Ciuitatem, uel burghos ſoluat, pęnam uigintiquinque librarum præſentis monetæ, ſi permiſerit, uel non aut ignorans, ignorans, vel ſciens, ſeu ſcienter, vel non ſcienter dictus ludus in aliqua domo, taberna, caſſina, vel loco alicuius infra dictam Ciuitatem factus, ſeu luſum fuerit. Si verò in banchis, ſeu ſtationibus deforis ante domũ, ſi erit clauſa dicta domus, vel in aliqua alia domo, vel caſſina, in qua nõ eſſet aliqua habitatio, vel quod non eſſet clauſa in dicta Ciuitate, vel in aliquo alio loco, ſeu poſſeſſione extra dictam Ciuitatem, & burghos, dictus ludus factus fuerit ignorante domino, vel penſionario, ad dictam pęnam nullatenus teneatur. Sed ſi ſcienter factus fuerit ludus, ſoluat dictam pęnam vigintinque librarum. Si autem in taberna, vel alio loco infra domum quis luſerit pręterquam in loco publico, puniatur, ac ſi luſiſſet ad ludum azardi. Et in prędictis, & quolibet prędictorum Poteſtas, & ſui Officiales poſſint inquirere, & contrafacientes punire, ſine denunciatione. Si autem quis denunciare voluerit contra acientes, dicto vnius teſtis ſtetur cum ſacramento accuſatoris, & habeat medietatem banni, ſi denunciare voluerit publicè, & palàm, & quod eius nomen non teneatur incredentiam. Si verò noluerit palàm denunciare, ſed priuatè, & quod voluerit, quod eius nomen teneatur in credentia, nullã partem banni habeat, nec habere debeat. Mutuantes autem alicui ad aliquem prohibitum ludum, ludenti repetere non poſſint, nec contra accipientes, ſeu accipientem actionem habere. Idem ſi ludens in aliquo ſe obligaret ludendo, vel res ſuas ſubpignoraret, aut totã ea die aliquem contractum obligationis faceret, dũmmodò perdiderit, vel ammiſerit in ludo, ſua obligatio, ignoratio, ſeu alienatio non valeat ipſo iure. Nec accipiens, vel allegans ad ludum pecuniam mutuatam, aut luſores denuncians de ludo per eum facto, poſſit aliqualiter condemnari. Volumus tamen, quod in vigilia, & nocte Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in die ipſius natiuitatis ſacratiſſimę, nullus audeat, vel præſumat ludere ad aliquem

ludum

ludum azardi, ad dictam pęnam, conſuetudine aliqua non obſtante. Et quod Poteſtas, qui pro tempore erit, teneatur prædicta banniri facere, & inquirere de prædictis, & mittere officiales ad inquirendum de prædictis. Et repertos culpabiles de prædictis, condemnare, & punire in pęna prędicta, pęna Poteſtati viginti quinq; lib. de ſuo ſalario Communi ſoluenda. Liceat tam vnicuiq; ludere volenti, die vltimo Aprilis, die Kalendarum menſi Maij, & die ſecundo dicti menſis impunè ludere, ſtatuto loquente in contrarium non obſtante.

De pęna arma portantis. Rubr. C X V.

ARMA offenſibilia, ſiue cultellum feritorium, lanceam, falcionem, enſem, ſtocchum, clauam ferratam, baculum ferreum, puntirolũ malitioſum, vel aliquod aliud genus armorum offenſibilium ſi quis per Ciuitatem, burghos, & ſub burghos portauerit ſecum, centum ſolidos pro quolibet armorum genere ſoluat, de quo quilibet poſſit accuſare; poſſit Rector quoq;, & officialis quilibet videns aliquem deferentem arma, vel ei facta relatione per familiam Poteſtatis de viſu, per ſe inquirere, & cõtrafacientes punire. Excipimus euntes, & venientes de foris, qui ſi portauerint arma palàm, vel cum cappello falciono putatorio, vel alio inſtrumento acto ad laborandum. Et ſi quis portauerit arma cauſa vendendi, ſeu aptari faciendi palàm, & ligata, quod ipſis pęnis non ſint abſtricti; de cultello autem a pane ſit in arbitrio Rectoris ſimiliter, & puntarolo, vtrum ſit malitioſum, vel non ad offendendum, ſtetur etiam relationi famuli de inuentione armorum, cùm Officialis, & familia poteſtatis iuerit per Ciuitatem, & burghos cauſa rimandi pro armis. Si verò forenſis, vel aduena moram non trahens, vel pernoctans in noſtra Ciuitate inuentus fuerit cum aliquo genere armorum prædictorum, ipſa arma perdat, hoſpes verò, qui ei non predixit, quinq; ſolidos pro bãno ſoluat. Si verò ſeruiens alterius, vel ſcutifer arma portauerit, pęnam ſtatutam ſoluat, & arma perdat. Si verò aliquis cum dictis armis inuentus fuerit de nocte, dictę pęnę duplicentur. Et idem ſi inuentus fuerit in palatio dicti Cõis, vel eius circumſtantijs volumus obſeruari, vt pęna duplicetur,

uierit rimando pro armis aliquis non permitteret ſe rimari, ſeu aufugeret, pro confeſſo de omnibus armis habeatur. Si quis verò Ciuis, vel habitator noſtrę Ciuitatis inuentus fuerit portare vaginam enſis, cultelli, vel aliquorum armorum, ſoluat medietatem eius, quod ſoluere deberet ſi arma in vagina portaret.

De pœna currentis cum armis ad rixam, & pęna proijcientis lapidem in rixa. Rubr. CXVI.

CVRRENS ad rixam, ſeu meſclantiam, quę oriretur inter aliquos cum aliquo genere armorum offenſibilium ferreorum, Centum ſolid. pro banno ſoluat. Quod ſi in rixa quis lapidem proiecerit, decem libras pęna multetur.

De pęna mandantis, vel hortantis maleficium committi. Rubr. CXVII.

IVSSV, vel hortatu, ſeu mandato alicuius perpetrato delicto, mandans, iubens, vel hortans, aut opē, ſeu adiutorium prębens, pari pęna cum perpetrante puniatur. Quicunque igitur famulum habuerit, ad ſui defenſionem ſocietatem, & ſecum eum ducēs, ab omni offenſa faciat eum abſtinere, alioquin ex omni delicto per eum perpetrato, dominus teneatur pro eo, & in omni pęna ſit obligatus Communi ad omnem condemnationem ſoluendam.

De modo, & forma relaxandi carceratos in die veneris ſancti. Rubr. CXVIII.

AD omnem materiam ſcandali euitandam, & ne rumor oriatur in Populo, ac etiam ne alicuius illiciti coloris maleficia tranſeant impunita, pręſenti ordinatione firmamus, quod nullus exbannitus, ſiue condemnatus, ſiue pro maleficio, vel proceſſu aliquo carceratus, ſiue detentus in die veneris ſancti, vel in aliquo alio feſto, vel die a dictis carceribus, vel detentione relaxari, abſolui, vel reduci ad priſtinam libertatem. Et ſi quis prædicando, arrengando, vel dicendo alta voce in Populo, ſiue in Conſilio, vel prędicationibus contra ſuperius declarata, ſi laicus fuerit in Centum libris Rauennat. pro

quolibet

quolibet delinquente, vice qualibet condamnetur. Et per vnum annũ extrà Ciuitatem prædictam, & diſtrictum Racaneti ad confines per Poteſtatem ſtare cogatur. Si verò religioſus fuerit, tàm ipſe, quàm locus eius, ſiue fratres, & ordo, perpetuò careat omni elemoſina, ſiue prouiſione facienda eis per Commune prædictum. Si verò ad laudem, & reuerentiam Omnipotentis Dei, & Beatę Mariæ Virginis eius matris, in dicto die ueneris ſancti, uideretur Prioribus Populi, qui tunc eſſent in officio Prioratus, aliquem carceratum pro condemnatione, aut aliquo maleficio, proceſſu, uel exceſſu relapſari, abſolui, ſiue reduci ad priſtinam libertatem, infraſcriptus modus, & forma ſeruetur. In primis prohibemus, quod nullus condemnatus, ſiue exbannitus pro homicidio, aſſaſinatu, robbaria, furto, vel alio enormi delicto, in diebus prædictis modo aliquo ualeant relaxari, quod ſi contrarium fieret nõ teneat ullo modo. Et ſi quis contra prædicta fecerit, in centum libr. per Poteſtatem condamnetur, & ab omni officio, & beneficio Communis perpetuò ſit excuſus. Et quod nullus condemnatus, exbannitus, & pro maleficio detentus poſſit abſolui, relaxari, ſiue liberari, niſi in carceribus, ſiue detentione ſteterit per unum menſem adminus ante dictam relaxationem, & cum Commune Racaneti, occaſione ſuę condemnationis, quęſtionem non habuerit; & ſi quis contrafecerit, pęnam incurrat ſuperius declaratam. Inſuper quando Dominis Prioribus Populi placuerit, & eis uiſum fuerit congruum expedire, aliquem condemnatum, exbannitum, ſiue pro maleficio carceratum, ob reuerentiam Dei, & Beatæ Mariæ Virginis matris eius, a carceribus liberare, & eum reducere ad priſtinam libertatem, præterquam de condemnatis, & carceratis ſuperius declaratis, talis modus, & forma ſeruetur, quod per quinque dies, ante dictum diem veneris, proponatur inter ipſos Priores de huiuſmodi carceratis relaxandis, & ſi deliberatum fuerit per ipſos Priores concordes ſex adminus, facto partito per ipſos ad buſſulas, & palluctas de dicta relaxatione, & liberatione facienda, tunc ſubſequenter proponatur ad conſilium Ancianorum, & uigintiquatuor. Quorum Ancianorum, & uigintiquatuor, adminus duę partes concordes adſiſtant de dicta relaxatione facienda, vt ſuperius eſt expreſſum, facto partito ad buſſulas, & palluctas. Quibus ſic deliberatis, & obtentis, dicti carcerati ſic liberati per Poteſtatem, & Priores in dicto Beato die veneris ſancti ante Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Mercato publicè

ad

adcrucem offerantur. Qui ſic oblati, & relaxati, pro liberis, & abſolutis ab eorum condemnationibus, & delictis habeantur, & ſint. Et quod Notarius Reformationum teneatur, & debeat eorum condemnationes, banna, & proceſſus totaliter cancellare. Ita tamen quod qui ſemel ſic oblatus, & relaxatus fuerit, de cętero relaxari, & offerri nõ poſſit. Et vt prędicta ſuum ſortiantur effectum, Poteſtas qui nunc eſt, & qui pro tempore fuerit teneatur, & debeat vinculo ſacramenti, & pęna centum libr. de ſuo ſalario dicto Communi integraliter perſoluenda, de prędictis, & prędictorum quolibet, ad petitionem cuiuſcunque, & ex ſuo officio inquirere, punire, & condemnare in pęnis prædictis, & qualibet earum delinquentes, & in prędictis, & quolibet prędictorum. Addimus tamen quod ſi quis condemnatus fuerit per Poteſtatem, ſeu aliũ Officialem noſtræ Ciuitatis pro quocunque delicto, & fideiuſſores de ſoluendo ſuam condemnationem præſtiterit, & contingerit ob dictam ſuam condemnationem capi per Officiales prędictos, vel eis per ſuos fideiuſſores, ſeu fideiuſſorem repræſentari. Idem cõdemnatus ſic captus, vel repræſentatus non poſſit in die veneris ſancti, vel alio relaxari, nec cruci offerri modo aliquo, ſiue cauſa, niſi prius ſuam ſoluerit condemnationem.

De modo, & forma concedendi licentiam arma defenſibilia portandi.
Rubr. C X I X.

DE perſonis propijs ſuſpicantes, & ipſas ſuſpiciones remouere volentes prouidimus, quod ſi quis de Ciuitate Recaneti de ſua perſona ſuſpicaretur, propter quod licentiam armorum defenſibilium petere neceſſariò vellet. Scilicet quod petens licentiam dicta arma defenſibilia portare, coram Poteſtate, & Prioribus ſuam petitionem exibeat. Et in ea ſcribi faciat de quibus armis defenſibilibus licentia impetretur, & antequam licentia concedatur, Priores Populi vnà cum Poteſtate deliberent, ſi talis, qui dictam licentiam petit eſt homo, cui dicta licentia portandi arma, neceſſaria ſit, & danda, & ſi danda eſſet, tunc Poteſtas teneatur, & debeat dare licentiam petenti, dicta arma portare in dicta petitione contenta, receptis fideiuſſoribus ab eo ſufficientibus de numero

ducentorum de non offendendo aliquem portando dicta arma. Si autem ipſe, cui dicta licentia data fuerit de portando dicta arma, offenderet aliquem, puniatur in duplo eius pęnę, qua deberet puniri. Et aliter dicta licentia non valeat, nec teneat. Si quis autem ſine dicta licentia habita, & obtenta, inuentus fuerit per familiam Poteſtatis dum iret ad rimandum pro armis, portare dicta arma defenſibilia per Ciuitatē, & burghos, ſeu aliquod genus dictorum armorum, ſoluat Cōmuni pro banno pro qualibet vice, & quolibet genere armorum viginti ſol. den.

De pęna Popularis fideiubentis, pro non populari. Rubr. C X X.

NEMO Popularium, ſeu de numero Populi pręſumat fideiubere, vel ſe obligare pro alio non populari, vel non de numero dicti Conſilij Populi, apud Commune in iudicio ciuili, vel criminali, vel etiam contractu, niſi pro ſuo domeſtico, ſeu familiari, vel conſanguineo, & affine, vſq; in ſecundum, vel in tertium gradum, qui verò contrafecerit, pro qualibet vice decem libr. pęnam incurrat.

De pęna illius, qui inuentus fuerit poſt tertium ſonum Campanę. Rubrica C X X I.

POST tertium ſonum Campanę, quę pulſatur de ſero pro cuſtodia Ciuitatis, Nullus per Ciuitatem, & burghos pręſumat ire. Si quis autem inuētus fuerit poſt dictum tertium ſonum Campanę ſine armis ſoluat Communi pro banno decem ſolidos. Exceptis illis, qui inuenti fuerint ſtare infra quintam domum, ſiue plateas domus diſtantes a domo ſua, cōnumerando a quocunque latere inuentus connumerare voluerit: dummodò connumerentur, quod tot ſint domus, quot ſunt diuiſim habitantes in ea. Exceptis illis, qui lumen, ſeu ignem portauerint publicè, & palàm. Qui lumen, & ignis ſufficiat, & ſufficere poſſit tribus hominib. vno ipſorum portante dictum lumen, ſiue ignem, dummodò ipſi tres Cōmuniter exiuerint de vno loco, & vna domo. Quod ſi de alio loco exirēt

portatio

portatio dicti liminis, ſiue ignis non ſufficiat, niſi illi ſoli, qui dictum lumen portauerit, ſiue ignem. Exceptis Notarijs, qui irent ad ſcribendum teſtamentum alicuius ęgroti, & teſtibus qui irent ad ipſum teſtamentum audiendum, & videndum, & inde redeuntibus, Et etiam Medicis, qui irent ad aliquem ęgrotum curandum.

De pęna delictorum, de nocte commiſſorum. Rubr. C X X I I.

DELICTA de nocte commiſſa puniri volumus pœna dupli eius, quo de die commiſſa punirentur. Noctem verò declaramus debere aſſumi a prima pulſatione Campanę magnę Communis, quæ fit de ſero, vſque ad pulſationem Campanę Communis diei, quæ fit per Campanarium nocte, Si verò Campana non pulſaretur aliquo caſu; Illud tempus accipiatur per noctem, quo ex conſuetudine ſolet dicta Campana pulſari.

De pęna offendentis aliquem in Strata magna. Rubr. C X X I I I.

OFFENDENTES, ſeu offendens, vel inſultans aliquem in ſtrata magna à porta ſanctę Marię de Recaneto, vſque ad portam montis Morelli, infrà tertiam domum habitationis offendentis, ſiue offenſi cum aliquo genere armorum, puniatur inceptor tantùm in duplici pęna: altera pars aduerſaria in eo, quod deliquerit, puniatur in ſimplo, ſecundum formam ſtatuti tantùm, & quod in ſtatutis de pęnis continetur. Si verò in palatio Communis, vel in pertinentijs ſuis, ſi quis aliquem percuſſerit cùm aliquo genere armorum, ſeu in præſentia Poteſtatis, ſeu eius Officialis, triplici pœna eius, quod in ſtatutis Communis continetur, puniatur. Et idem volumus obſeruari quodcunque aliud delictum fuerit commiſſum in locis ſupradictis.

De arbitrio Poteſtatis, & Officialium in bannis mittendis, & mulctis imponendis inobedientibus. Rubr. CXXIIII.

PRO vigore ſui officij exercendi, Poteſtas poſſit prę cipiendo banna imponere vſque ad quantitatem centum ſol. Iudex quadraginta ſol. Socius, ſiue Notarius, vſq; ad quantitatem viginti ſol. Et ipſa banna à non parentibus, exigere pro Communi toties quoties mandaretur per eos, vſq; ad quinque vices, nõ deueniendo ad alios actus, vltra verò, eo inſtanti, dicta banna imponere non poſſit. Excepto quando contingerit mittere aliquem ad cõfinia extrà Ciuitatem. Excepto tempore guerrę, in quibus caſibus poſſit Rector banna imponere, & ea exigere, prout diſcretionis ſuę videbitur voluntati.

De pęna facientis ſe innouari de aliqua re, quam alius habuerit in emphiteoſim. Rubrica. C X X V.

NVLLVS Ciuis Ciuitatis Recaneti, nec habitator dictæ Ciuitatis cuiuſcunque ſtatus, & conditionis exiſtat audeat, vel præſumat, publicè, vel occultè, aliquo colore quæſito, ſibi facere reſcriptari, vel in emphiteoſim ſibi facere renouari aliquam poſſeſſionem, vel domum, vel aliam quamlibet rem, quam aliquis habuerit, & tenuerit in emphiteoſim, vel in ſcriptis ab aliqua Eccleſia, domo, vel prælato durante quarta generatione primi habentis, in ſcriptis, vel in emphiteoſim a quacunq; perſona, pęna & banno centum libr. quæ pęna totiens, exigatur quotiens per aliquem fuerit in prædictis contrafactum, per Poteſtatem dictę Ciuitatis de facto, ſine remiſſione aliqua, & condemnatione de eo fiẽda, & deueniat ad manus Camerarij dicti Communis, & ipſum reſcriptum, & quicquid factum fuerit in prædictis, non valeat, nec teneat ipſo iure, & pro inualido, & caſſo totaliter habeatur, & ſi ipſe Poteſtas in aliquo prędictorum fuerit negligens, quod per Rationatores ipſius, condamnetur Communi de facto, & de ſuo ſalario, in x. libr. denar. vice qualibet qua contrafecerit.

De pœna committentis aliquid turpe, & inhoneſtum in die feſti Sacratiſsimæ Virginis de Laureto, Rubr. CXXVI.

NVLLVS, vel nulla perſona, maſculus, vel femina, cuiuſcunque ſtatus, & conditionis exiſtat, primò facto diligenti, & ſolemni bannimento per præcones dictæ Ciuitatis, & in locis publicis, & conſuetis, ſono tubę, & alta voce, qualibet vice die præcedenti, ſeu die feſti, quoad Ciues, & habitatores Recaneti, & quo ad forenſes, & extrà Ciuitatem habitantes, pręconizetur in loco dicti feſti, ſit tantę temeritatis, & audacię, quod in feſto Beatæ Mariæ Virginis, aut alio tempore, audeat, vel præſumat publicè, vel occultè ſub quauis cauſa, & quęſito colore, aliquod peccatũ, aut crimen inhoneſtum committere, nec ad ipſam Eccleſiam in dictis feſtiuitatibus ducere aliquam mulierem meretricem, nec aliquam mulierem non bonę famę, conuerſationis, & vitę cauſa faciendi aliquod inhoneſtum, nec eam retinere à tribus miliaribus propè ipſam Eccleſiã; poſſint tamen ipſę mulieres non bonę famę ibidem permanere modo honeſto, & ſtatim facta oblatione in ipſa Eccleſia, reuertantur, & inde diſcedant. Nec etiam ludere ad ludum azardi, nec ad alium ludum prohibitum per formam ſtatutorum Ciuitatis Recaneti, nec iurare, nec blaſphemare, aut maledicere ſanguinem, vel corpus Dei, & ſanctorum eiuſdem. Et ſi quis contrafecerit in aliquo caſuum prædictorum, ſi fuerit meretrix, aut mulier non bonę famę, vt dictum eſt, per Poteſtatem & eius Officiales dictæ Ciuitatis per totam Ciuitatem Recaneti cum fuſtibus fruſtigetur. Et ſi fuerit aliquis alius, qui in prædictis aliquid committeret, & iuraret ſanguinem, vel corpus Dei, de facto ſine aliqua remiſſione pro iurare ſolummodo de ſanguine, & corpore, vel aliquid aliud de corpore Dei, & Beatiſſimæ Mariæ Virginis, condamnetur in viginti ſolid. Et in omnibus alijs caſibus ſupra ſpecificatis, ſi quis contrafecerit, per Poteſtatem, & eius Officiales condamnetur de facto, ſine aliqua remiſſione in quinquaginta libr. vſualis monetę paruę. Et ſi dictam pęnam non ſoluerit, aut recuſauerit ſoluere infrà tertiam diem à die factę condemnationis, quod pes deſter ei protinus amputetur, ita quod à corpore ſeparetur. Et prædicta omnia, & ſingula Poteſtas

ſtas, & eius Officiales dictæ Ciuitatis, vinculo ſacramenti, & pęna vigintiquinque libr. de ſuo ſalario auferenda per Rationatores dictorum Officialium, teneatur obſeruare, & obſeruari facere. Et licitum ſit vnicuique omnem, qui contrafecerit in prędictis, vel aliquo prædictorum, accuſare, & denunciare coram dicto Domino Poteſtate, & habeat tertiam partem dictarum pęnarum. Etiam nullus, vel nulla perſona, tàm Ciuis, quàm Forenſis audeat, vel præſumat, in dictis feſtiuitatibus facere alicui, ſeu aliquibus aliquam iniuriam, ſeu inter ſe rixam, vel miſchiam, aut maleficiũ cum aliquo, vel aliquibus verbo, vel facto; & ſi contrafecerit in quolibet caſuum prædictorum, de facto, vt dictum eſt condamnetur in dictis quinquaginta libr. ſine aliqua remiſſione, vt ſupradictum eſt, quam pęnam ſi non ſoluerit, vel non poterit, vel recuſauerit, infra tertiam diem a die latę ſententię computandam, pęs ſibi amputetur, ita, & taliter, quod a corpore ſeparetur; aliquo ſtatuto, ſeu reformatione loquente in contrarium prædictorum non obſtante; quę ſtatuta, ordinamenta, ſeu reformationes quantum ad prædicta ſint ſuſpenſa, & ſublata, & pro ſuſpenſis, & ſublatis protinus habeantur, & ſint in hac parte ſpecialiter derogata per hãc tamen conſtitutionem noſtram, quam inuiolabiliter præcipimus obſeruari non intendimus tollere, aliquod ſtatutum, quod maiorem pęnam imponeret in aliquo caſuum prædictorum, ſed in ſuo robore, & firmitate perduret.

De pœna ementis vinum forenſe gratia grandi. Rubr. CXXVII.

NVLLVS noſter Ciuis, ſeu habitator dictæ Ciuitatis Recaneti, & ſui territorij, & diſtrictus audeat, vel pręſumat per ſe, vel alium emere, nec emi facere extrà dictam Ciuitatem aliquam quantitatem vini, vel in Prouincia Marchiæ Anconitanę, cauſa nauigandi per mare ad Ciuitatem Venetiarum abſque licentia Poteſtatis, & Priorum, vel maioris partis eorum Priorum. Et ſi quis contrafecerit, per Poteſtatem, & eius officium de facto, & ſine aliqua remiſſione condamnetur in centum libr. den. monetę currentis. Et quilibet contrafacientes poſſit, & ei liceat denunciare.

De pęna carrarij vehentis vinum extrà Territorium Ciuitatis noſtræ. Rubrica CXXVIII.

NVLLVS Carrarius noſtrę Ciuitatis, nec habitator eiuſdem, nec quiuis alius dictæ Ciuitatis Recaneti, & habitator in ipſa audeat, vel præſumat per ſe, nec per alium, ſeu alios carrare, nec carrari facere extrà territorium, & diſtrictum dictę Ciuitatis Recaneti aliquã quantitatem vini infrà Prouinciam Marchiæ Anconitanę, cauſa nauigandi per mare ad Ciuitatem Venetiarum abſq; licentia Poteſtatis, & Priorum, vel maioris partis eorum Priorum. Et ſi quis contrafecerit, vice qualibet per Poteſtatem dictę Ciuitatis, & ſuum officiũ condamnetur in quinquaginta libr. denar. ſine aliqua remiſſione. Et licitum ſit vnicuique contrafacientes in prædictis, vel aliquo prędictorum denunciare, & accuſare cum ſacramento, & duobus idoneis, bonis, & ſufficientibus teſtibus cum tertia parte dictæ pęnę habenda.

De pęna portantis pannos debito breuiores. Rubr. CXXIX.

NVLLVS de Ciuitate Recaneti, & eius diſtrictu audeat, vel præſumat portare veſtimenta curta, niſi per quatuor digitos ſupra genu, ſub pęna quadraginta ſolid. pro quolibet, & qualibet vice: nullus autem ſutor ipſa veſtimenta, niſi vt ſupradictũ eſt, debeat incidere, vel ſuere ſub pœna centum ſolid. pro quolibet ipſorum, & vice qualibet. Et Poteſtas, qui nunc eſt, & pro tẽpore fuerit, ſub pœna præſtiti ſacramenti, & decem libr. den. per ſuos ſcindicatores auferenda, teneatur, & debeat pręſcrutari facere, & contra delinquentes in prædictis inquirere, & repertos culpabiles de prędictis punire, & condemnare ſub pęnis declaratis, & dictas condemnationes deueniri facere in Communi.

De pœna ſeducentis, vel deuiantis alterius coniunctum.
Rubrica CXXX.

NE ſcandala, & inimicitię in noſtra Ciuitate valeant exoriri Statuimus, & ordinamus, quod nullus noſter Ciuis, vel habitator noſtrę Ciuitatis, & territorij eius, & diſtrictus audeat, vel præſumat alicui de noſtra Ciuitate, vel habitatori eiuſdem ſubducere, & ſuis perſuaſionibus deuiare aliquem filium, fratrem carnalem, conſobrinum, nepotem, vel aliquem cōſanguineum alicuius noſtri Ciuis, ſeu habitatoris noſtrę Ciuitatis, & eius territorij, & diſtrictus, cauſa ipſum, vel ipſos ducendi ad ſtipendium, vel aliquem alium locum, ſine expreſſa licētia, & voluntate patris, matris, fratris, patrui, vel alicuius, qui curam gereret, & haberet de prędictis ſubducendis, & eorum factis, & negotijs; & qui contrafecerit, in vigintiquinque libr. denar. per Poteſtatem, qui nunc eſt, & pro tempore fuerit, & eius Iudices, & officiales ad petitionem dictorum conſanguineorum debeat condemnari.

De pęna bauli vendentis, vel pignorantis pignora, & creditoris, vel emptoris recipientis ea. *Rubr.* CXXXI.

NEMO de Ciuitate Recaneti; vel eius diſtrictu audeat, vel pręſumat ab aliquo baiulo dictę Ciuitatis, qui nunc eſt, vel pro tempore fuerit, aliqua pignora emere, vel ſub pignore recipere, aliquo queſito colore; quod ſi contrafecerit, emens, vel ſub pignore recipiens, pignus, vel pignora reſtituere teneatur, & prętium, quod ſoluerit perdat. Nullus autem baiulus audeat, vel pręſumat pignora, quę acceperit, vel aliquod ipſorum vendere, vel ſub pignorare, ſub pęna viginti. ſol. denar. pro quolibet baiulo, & pro quolibet pignore, & vice qualibet, qua contrafactū fuerit in prędictis.

Quod

Quod currens equum exclamans ter guarda excuſetur.
Rubrica C X X X I I.

SI quis cum equo curſum fecerit per plateam publicam, & ante dictum curſum, aut motum dicti equi, dixerit alta voce vociferando, ita quod bene audiatur, tribus vicibus, guarda, guarda, & in tali caſu aliquis percuſſus fuerit, aut aliqua beſtia niſi fuerit in dolo ad bannum aliquod nullatenus teneatur. Sed ſi aliter fieret non dicendo guardą, guarda, vt dictum eſt, vel commiſerit dolum, dictus talis currens equum, qui pro dicto curſu aliquem percuſſerit puniatur, & condamnetur ſecundum formam ſtatutorum Ciuitatis Recaneti.

De pęna laborantium die ſabbati poſt ſonum Campanæ Communis magnæ.
Rubrica C X X X I I I.

ET ſi mores circa temporalia commendantur, ſunt potiſſimè circà ſpiritualia extollendi. Qua propter ſtatuimus ordinando, quod nulla perſona artifex, vel negotiatrix per Ciuitatem, vel burghos laboret, vel eorum ſtationes apertas teneat die ſabbati poſt ſonum Campanæ magnę Communis, quę pulſatur circa horam veſpertinam, pęna quinque ſolid. vice qualibet, qua fuerit contrafactum. Excipimus denique Notarios, ſpeciales, fabros, & barberios, quibus dicta die liceat eorum artem exercere ſine metu pęnę dum tamen dicti ſpeciales, & fabri ſtationes ipſorum clauſas teneant, & non apertas, ad pęnam prædictam, ſuper quibus etiam Notarius extraordinariorum Poteſtatis, quolibet die ſabati poſt dictum ſonum rimando perquirat, & contrafacientes puniat in dicta pęna, quam ſoluere de facto faciat: prędicta verò locum habere nolumus in artificibus, qui ad diem cum aliquo ſe conduxerint, quibus laborare liceat per diem totum, & obſeruare pactum cum conducente conuentum.

De animalibus non vendendis in platea Communis. Rubr. CXXXIII.

ITEM ſtatuimus, quod nemo poſſit, vel debeat retinere in platea magna Communis Recaneti in die ſabati, vel alia die cauſa vendendi, boues, porcos, ſcrofas, vel alia animalia, pęna vigiti ſol. pro quolibet, & qualibet vice. Exceptis capritis, & porchitis, quos, & quas retinere liceat cuilibet ſine pœna.

De pœna ludentium ad ludum cartarum. Rubr. CXXV.

LVDERE ad ludum cartarum nullus audeat, pęna quadraginta ſol. vice qualibet, & cuilibet ludenti iniuncta. Et vnicuique liceat ludentes denunciare, & denunciantis dicto credatur, & ſibi certa detur fides. Quarum pęnarum medietas ſit Communis, & alia dicti denunciantis, quæ pęna de facto veniat in Communi.

De pœna damnum paſſum iniuriantis. Rubr. CXXXVI.

NVLLVS damnum inferens alicui pręſumat damnificatum, vel aliquem de ſua familia reperientes dãnum dare, vel de recẽti datum, aliquo modo iniuriare, vel offendere. Qui verò contrafecerit, condamnetur in duplo eius, quod aliàs per formam ſtatutorum ſoluere teneretur.

De pęna maleficiorũ in quibus nõ eſt certa pęna determinata. Rubr. CXXXVII.

CVM non poſſint omnes caſus, quibus delicta committũtur ſingulariter exprimi, & per cõſequens, nec pęnas in eis particulariter declarari, Rector, ſeu Iudex poſſit, & debeat in omnibus delictis & damnis datis, in quibus ex forma ſtatutorum certa pęna non eſſet ſtatuta, procedere ad ipſorum delictorũ punitionẽ de ſimilibus ad ſimilia, imponendo pęnas illorum delictorum declaratorum, quæ magis conueniunt, & actantur ad delicta in ſtatutis noſtris declarata.

De

De pœna incidentis vineam, vel arbores fructiferas. Rubr. CXXXVIII.

VINEAM, Ficus, vel Oliuas, Pira mala, vel Ceraſa, aut alias quaſcunq; fructiferas arbores quicunq; inciderit, vel extirpauerit, quinquaginta librar. pro banno ſoluat, quod ſi ſoluere non poſſet, manus ſibi dextra amputetur. Saluo quod ſi vltra vnam petiam vineę inciderit, maiori pęna perſonali inſpecta conditione perſonę, & temporis Rectoris arbitrio poſſit imponi, cuius pecuniarię pęnę medietas ſit Communis, & alia damnũ paſſi. Si autem plantonum paſtinabilem oliuarum, vel Ficuum inciderit, vel decerperit, pęna viginti ſolid. condamnetur. Si aliam nouellam, oliuarum, & aliarum arborum decem ſolidos pro banno ſoluat. In quo ſufficiat probatio vnius teſtis. In quibus omnibus caſibus delinquens teneatur emendare damnum lęſo. Volumus etiam, quod ſi incendium, vel inciſio facta fuerit de domo, vinea, caſſina, molendino, frumento, blado, legumine, vel alijs arboribus fructiferis, & non inueniretur, ſeu capi non poſſet, damnum illud emẽdetur per Commune ſecundum ęxtimationem fiendam per duos legales populares per Priores Populi eligendos, infra octo dies a tempore querelę expoſitę, collecta poſita per ſumantem, ſine alia ſolemnitate, ſecundum quam collectam alias deberet imponi, pęna quinquaginta libr. Poteſtati cuilibet Priorum decem librar. ſi neglefferint in prędictis. Et hoc locum habeat, quando damnũ illatum fuerit alicui occaſione alicuius officij, quod gereret pro Communi, & non in alio caſu. Addimus inſuper, & limitamus, ne pecunia Communis temerè abiciatur, quod prędicta emẽdatio tunc demum fieri debeat per Commune, & locum habeat, quando incendium, ſeu inciſio, vel immiſſio facta fuerit per aliquem in aliqua domo, vinea, caſſina, molendino, frumento, blado, legumine, vel alijs arboribus fructiferis alicuius, ſcienter, doloſè, & ex propoſito, animo, & intentione aliquem damnificandi occaſione prędicta, & non in his quę ex caſu, vel vi ventorum, vel vi magna, eueniret, vel aliqua culpa, ſeu lata ignem immictenti imputari poſſet.

Quod Rector teneatur ſingulis menſibus de proceſsibus ſuis ſententias ferre, & quod in condemnationibus plura capita continentibus declaret quantitates ſingulas pro ſingulis delictis. Rubr. CXXXIX.

SINGVLIS menſibus Rector, ſeu Vicarius ſuper proceſſibus criminalibus, & damnorum datorum, vinculo ſacramenti, ſententias diffinitiuas abſoluẽdo, vel condemnando ferre teneatur, niſi fuerit iuxta de cauſa impeditus, appellationis, ſeu probationis, ratione abſentię teſtium, vel alterius iuſti impedimenti. Excepto quod de vltimo menſe ſui regiminis, nullam ſententiam abſolutionis ferre poſſit. Adijcentes, quod ſi accidat aliquem condemnari de pluribus delictis in eadem ſententia, noſtro Poteſtati neceſſitatem imponimus poſtquam in ſententia expreſſerit ſummam totius pęnę, videlicet talem in tanta quantitatatę condemnamus, declarandi, & particulariter exprimendi ſingulas quantitates pro ſingulis delictis, exprimendo capita delictorum, & quantitates condemnationum, iuxtà qualitatem ipſorum delictorum, in hunc modum, videlicet pro tali delicto in tanta quantitate, & pro tali in tanta, &c. Ita quod particulares pęnę, ſingulariter adiunctę ſint ſingulis delictis, prętextu quorum, prædictę pęnę delinquentibus imponuntur, Statuentes inſuper, quod dictus Poteſtas non poſſit, nec debeat ſententias de ſuis proceſſibus criminalibus, accuſationibus, & denunciationibus ferre abſque præſentia duorum ex Prioribus Populi Ciuitatis Recaneti, juxtà formam ſtatuti poſiti ſub rubrica. Quod Poteſtas non recipiat ad excuſam reum.

Ne abolitio peti poßit ſuper accuſationibus, & de pæna non probantis accuſationem. Rubrica CXXXX.

TEDIVM auferentes Officialibus punire ſtudentibus illos, per quos maleficia committuntur prohibemus, quod producta accuſa de quocunque maleficio, vel exceſſu aliquo per accuſanté, vel aliam perſonam, eius nomine petatur abolitio: Et ſi petitur Poteſtas, & eius Iudex admittere non debeant; Immò teneantur ſuper

ipſa

ipſa accuſa procedere, & proceſſum proſequi, & finire, non obſtante petitione abolitionis procedere, prout ipſis Poteſtati, & Iudici videbitur eſſe iuris. Et ne quiſquam calumnioſè quenquam accuſaret, ſtatuimus, quod quicunque accuſauerit aliquem de quocunque maleficio, ex quo non ſequatur condemnatio, ſed accuſatus ex ea veniat abſoluendus, accuſans accuſationem non probans, condamnetur accuſato, in abſolutione eiuſdem accuſati, in expenſis, quas idem accuſatus fecerit in proceſſu accuſationis prædictę, quarum taſſationem Poteſtas abſoluens, ſibi vel ſucceſſori ſuo reſeruet.

De pęna parantis, ſeu dantis venenum, & rem aliam in aliquo vaſę immittentis. Rubr. CXXXXI.

QVICVNQVE parauerit, & paratum dare tentauerit, vel per eum non ſteterit, quin alicui dederit venenum, ſeu rem venenatam, & cum veneno actam, ſeu paratam, aut dederit, igne comburatur, ita quod penitus moriatur. Si verò aliquã rem immiſerit in oleo, vel vino alieno, vel in vaſę aliquo parato ad reponendum oleum, vel vinum immiſſum, vel immittendum in vaſę prædicto deguaſtari, vitiari, ſeu mutari poſſet de ſua bonitate, pęna centum librar. denar. condamnetur pro qualibet vice, & quolibet vaſę, ſeu vegete, vel carritello, in quo miſſum eſſet dictum oleum, vel vinum, vel immittendi cauſa parato, res prædicta immiſſa fuerit; quam pęnam ſi non ſoluerit infrà terminum quindecim dierum à die latę ſententię, ſeu condemnationis computandorum, manus dextra ſibi amputetur, ità quod à corpore ſeparetur.

De pęna eripientis aliquem de manibus Curiæ, & familiæ Poteſtatis. Rubrica C. X X X X I I.

STATVIMVS, & ordinamus, quod ſi quis fuerit tantę temeritatis, quod acceſſerit cum comitiua, ſeu ſocietate hominum, vel ſine ad palatium reſidentię Poteſtatis Recaneti, & per vim eripuerit, ſeu acceperit, ſeu ad actum violẽtum, & proximum venerit, ita quod per eum non ſteterit, quin eripuerit de manibus Curiæ, ſeu Officialium, & familiæ dicti Poteſtatis aliquam perſonam, quæ detineretur per Curiam dicti Poteſtatis in dicto palatio ex quacunque cauſa, mandato dicti Poteſtatis, vel alicu ius eius Officialis, vel ipſam perſonam detentam de dicto palatio extraheret, aut aliquam perſonam, quę duceretur ad locum iuſtitiæ pro executione de ea fiẽda in perſona, vel membro, de manibus dictę Curię extraheret, & eriperet in palatio, vel extrà, capite puniatur, ita quod penitus moriatur, & eius bona ſint Communi, ipſo facto confiſcata. Si verò tantę audacię fuerit, quod aliquam perſonam, quę duceretur per officialem, ſeu officiales, aut per familiam dicti Poteſtatis per Ciuitatẽ, vel Territorium Ciuitatis Recaneti per vim, & violentiam eriperet, ſeu acciperet, ſeu ad actum proximum veniret, ita quod per eum non ſteterit; quin eriperetur, & acciperetur de manibus dictorum officialium, & familiæ: Et dictus talis duceretur ex aliqua cauſa, ex qua veniret condemnandus, vel eſſet condemnatus vſq; ad quantitatem vigintiquinq; libr. denar. quod tunc dictus eripiens, ſeu eripere volens, ſoluat pro pęna tanti delicti Communi Recaneti centum libr. denar. ſine remiſſione, & pęnam quam ille, qui ſic ducebatur ſoluere debuiſſet. Et nihilominus principalis, qui ducebatur à ſua pęna nõ remaneat liberatus. Sed ſi dictus talis, qui ducebatur, duceretur pro debito ciuili, tunc talis eripiens ſoluat pro pęna dicto Communi centum libr. denar. ſine remiſſione aliqua, & reſarciat parti ad cuius petitionem, vel pro cuius debito ducebatur omne damnum, & intereſſe, ad quod damnum, & intereſſe reſarciendum, condamnetur per dictum Poteſtatem vnà cum dicta pęna Cois. Si verò dictus talis duceretur ex aliqua cauſa, ſeu delicto ex quo eſſet condemnatus in pęna pecuniaria ſimplici, vel conditionali, quæ

excederet

excederet ſummam vigintiquinque libr. den. vel ſi non eſſet condemnatus, & delictum pro quo ducebatur poſſet apparere verum ex veris probationibus, vel ex ueris indicijs, & præſumptionibus, ex quibus ex forma iuris, vel ſtatutorum Recaneti, potuiſſet poni ad torturam pro habenda ueritate dicti delicti; quod tunc dictus eripiens, ſeu eripere volens, condamnetur in ducentis libr. denar. ſine aliqua remiſſione, & in pęna pecuniaria, & conditionali, quam ſoluere debebat illę qui ducebatur. Sed ſi dictum delictum in caſu, quo non eſſet condemnatus, non reperiretur, ſeu reperiri poſſet verum eſſe modo prædicto, ſoluat Communi pro pęna ducentas libr. den. ſine remiſſione. Sed ſi dictus talis, qui duceretur, eſſet condemnatus in perſona, vel membro, vel ſi non eſſet condemnatus, ſed duceretur pro aliquo delicto, ex quo veniret imponenda pęna capitalis, vel membri, & dictum delictum appareret, ſeu apparere poſſet, ex veris probationibus, vel ex veris indicijs, & præſumptionibns, ex quibus ex forma iuris, vel ſtatutorum Ciuitatis Recaneti, talis, qui ſic ducebatur potuiſſet poni ad torturam pro habẽda veritatę dicti delicti, quod tunc dictus eripiens, ſeu eripere volens, puniatur ea pęna, qua illę qui ducebatur erat condemnatus, vel veniebat condemnandus. Et ſi delictum prædictum, in caſu quo ſic dictũ non eſſet condemnatus non reperiretur, ſeu reperiri poſſet verum modo prędicto, ſoluat Communi pro pęna ducentas libr. denar. ſine remiſſione. Statuentes quod dictus talis eripiens, ſeu eripere volens, prędictos captos modo prędicto in quolibet caſuum prędictorum, ſi non ſoluerit pęnam pecuniariam, quã incurſiſſet ſecundùm formam præſentis ſtatuti infra terminum xv. dierũ, pes dexter ſibi amputetur, ita quod a corpore ſeparetur. Et quod in quolibet dictorum caſuum ſemper principalis, qui ducebatur non liberetur a ſua pęna, ſed remaneat obligatus.

De pęna occidentis, vel vulnerantis animal alterius. Rubr. CXLIII.

EQVM, Bouem, Iumentum, Somerium ſi quis occiderit, vigintiquinque libr. pro banno ſoluat. Si verò vulnerauerit, ex quo vulnere deterius animal factum fuerit, vel inhabile ad operandum, decem libr. pęnam incurrat. Quod ſi Scrofam, vel Porcum occiderit, ſeu vulnerauerit, viginti ſol. pęna condãnetur. Sed ſi pecudem, vel capram, aut canem alterius quis occiderit, ſeu vulnerauerit, pro banno ſoluat quinque ſol. In quibus omnibus caſibus ſemper delinquẽs, damnum paſſo emendare teneatur iuxtà ęxtimationem faciendam per duos legales homines per Rectorem, & Priores Populi deputandos, in qua ęxtimatione, vnàcum pęna Communis condamnetur delinquens. Volumus etiam, quod ſi aliquis Ciuis de Recaneto, vel habitator in dicta Ciuitate, eiuſque Territorio, & diſtrictu, vel aliunde vndecunque occidens, ſeu percutiens aliquod dictorum animalium, ex qua percuſſione efficeretur penitus inutile, haberet aliqua bona in dicta Ciuitate, eiuſq; Territorio, & diſtrictu, quod emendetur dictum animal occiſum, vel aliter percuſſum de bonis occidẽtis, vel vulnerantis, ſecundum ęxtimationem fiendam per duos homines bonos modo ſupradicto eligendos. Sed ſi non inuenirentur de bonis dicti percutientis, ſeu occidentis dictum animal tantum, quod ſufficeret ad dictam emendationem dicti animalis, quod reſiduum emendetur dicto dãnum paſſo, per Commune Ciuitatis prædictę. Et ſi talis percutiens, vel occidẽs aliquod dictorum animalium nihil haberet in noſtra Ciuitate, eiuſq; Territorio, quod emendetur totum dictum animal occiſum, vel taliter percuſſum per Commune Recaneti de pecunia, & ęre dicti Communis, ſecundum ęxtimationem fiendam per dictos duos homines, dũmodò dictus talis, cui fuerit occiſum, ſeu dicto modo percuſſum dictum animal, ipſum aſſignet Maſſario dicti Communis, infra ſecũdam diem poſt dictam occiſionem, vel percuſſionem animalis dicti; & ſi pecunia non reperiretur in Communi prædicto, tũnc Poteſtas, & Priores Populi Ciuitatis prędictę, qui pro tempore erunt, ad petitionem dicti damnũ paſſi, vel ſui procuratoris, teneantur, & debeant imponere, & imponi facere collectam per fumantem pro emendatione dicti animalis occi-

ſi, vel

ſi, vel dicto modo percuſſi. Et ſi Poteſtas, & Priores contrafecerint, & negligentes fuerint in prædictis, vel aliquo prędictorum, quod Poteſtas puniatur in quinquaginta libr. de ſuo ſalario, & quilibet Priorum in x. lib. de ſuis bonis proprijs. Et illud idē dicimus ſi dicta animalia fuerint ſubtracta, vel furata occaſione inimicitiæ habitæ occaſione euntium, trahentium, fugantium, & offendentium aliquem malefactorem exbānitum, & condemnatum dicti Communis. Et prædictum ſtatutum totum locum habeat, quando dicta damna illata fuerint alicui, occaſione alicuius officij, quod gereret pro Communi.

De pœna permittentis ire porcos ſuos per Ciuitatem, ſine cuſtode. Rubrica CXLIIII.

NVLLA perſona de Ciuitate Recaneti audeat, vel præſumat tenere porcos, vel ſcrofas infrà Ciuitatem Recaneti disligatos, ſed ipſos teneant incluſos, ita quod non vadant per dictam Ciuitatem ſine cuſtode, ſub pęna quinque ſolid. pro quolibet porco, & qualibet vice, auferenda illi, vel illis, cuius, vel quorum fuerit porcus, ſiue porci, per Notarium Domini Poteſtatis, vel alium, ſiue alios officiales cui, vel quibus commiſſum fuerit per Dominos Priores Populi de facto.

De pœna ementis animal, vel rem prædatam poſt bannimentum factum, quod nullus emat. Rubr. CXLV.

STATVIMVS, & ordinamus, quod ſi contingerit fieri bannimentum per Ciuitatem Recaneti, quod nullus emat aliquod animal, ſeu rem prædatam, vel prædatum, & aliquis emerit poſt dictum bannumentum, aliquod animal, ſeu rem prędatā, & dominus animalis, vel rei prædictę petierit ſibi dictum animal, ſeu rem reddi, cogatur talis emens de facto dictum animal, ſeu rem reddere repetenti, & prætium eius perdat, ad quod Poteſtas Ciuitatis Recaneti, pęna quinquaginta lib. den. cogat de facto dictum ementem ad prędicta.

Quibus diebus Iudęi in occulto permaneant, & cum Chriſtianis non conuerſentur. Rubr. C X L V I.

NON videtur honeſtum, Iudęos perfidos temporib. quibus per fideles Chriſtianos Domini Noſtri Ieſu Chriſti paſſio recolitur per Ciuitatem uagare, uel cum Chriſtianis de morte domini condolentibus cõuerſari, vel eos alloqui dum viſitantur Eccleſię diebus ſolemnitatis paſſionis eiuſdem: prohibemus ergo Iudęis omnibus tàm maſculis, quàm feminis, & magnis, & paruis cuiuſcunq; perſiſtant ętatis, domos eorum habitationis tenere apertas, aut aliquẽ ex ipſis per vias, vel ſtratas accedere, vel in loco publico ſtare, in quo per Chriſtianos videri poſſint ab hora veſpertina ſacri diei Iouis in poſterum, vſq; ad diem dictum de manè ſanctiſſimę Reſurrectionis Domini. Qui verò cõtrafecerit, in quolibet prædictorum caſuum, & vice qualibet, decem libr. den. pro banno ſoluat, ad quam pęnam teneatur pater pro filio, frater pro fratre, & pater familias, pro quolibet de ſua familia. Teneatur inſuper extraordinariorum Notarius, diebus prędictis perſonaliter accedere, & pro contrafacientibus perquirere, & quos inuenerit in aliquo de prędictis delinquere, perſonaliter capi facere, & ad palatium ducere, ibiq; retinere, & eũ non relaxare, donec dictam pęnam per delinquentem ſolui de facto fecerit in Communi.

De pœna Iudęi morantis, & conuerſantis in palatio Poteſtatis, niſi certo tempore. Rubr. C X L V I I.

STATVIMVS, quod nullus Iudęus de Ciuitate Recaneti, vel habitator eiuſdem poſſit, vel perſonaliter vti, vel conuerſari, vel morari in palatio Poteſtatis Ciuitatis Recaneti, niſi tantum ad banchum iuris, tempore quo Poteſtas, vel Iudex Poteſtatis Recaneti ſederit ad banchum ad reddendum ius; alio verò tempore eis prędicta non liceat, ſine licentia Priorum Populi Ciuitatis Recaneti, pęna centum ſolid. den. pro quolibet,

libet, & qualibet vice. Quæ licentia non poſſit concedi, niſi de pręſentia trium, vel quatuor ex Prioribus Populi dictę Ciuitatis.

De pœna dantis de ſero commedere ſenatoribus, & quod Priores debeăt facere boc banniri, Rubr. C X L V I I I.

NVLLVS de Recaneto, vel eius diſtrictu, vel eius habitator audeat, vel pręſumat dare de ſero cõmedere in domo propria, vel aliena, alicui operario, quem conduceret ad fenandum fenum, niſi in caſibus inſequenti ſtatuto deſcriptis, pęna viginti ſolid. den. tàm conducens, quàm conductus ad dictũ fenum fenandum. Et quilibet poſſit denunciare ſecretò contrafacientem, cuius nomen teneatur in credentia. Et Priores Populi, qui pro tempore fuerint de menſe Maij, & menſe Iunij teneantur, & debeant, pęna centum ſol. den. pro quolibet, de prędictis menſibus facere banniri, quod nemo det de ſero commedere fenatoribus ſub pęna prędicta.

Quibus operarijs dentur expenſę, & quibus non. Rubr. C X L I X.

EXPENSAS inutiles euitare volentes, vetando prohibemus, ne quiſquam expenſas det alicui operario ad diem conducto, niſi ſolum battitoribus bladorum, & fenatoribus in campo tantùm, ac etiam frantoribus lini ſolum, de die, & non de ſero. Qui verò contrafecerit, tàm præbens, quàm recipiens viginti ſol. den. vice quali bet de facto ſoluere cogatur. Exceptis magiſtris muratoribus, & lignaminum, quibus expenſę dari poſſint impunè, liceatq; cuilibet contrafacientes denunciare cum medietate banni habenda. Et reperti culpabiles puniantur per Poteſtatem, & eius officiales in pęna prædicta. Volumus inſuper, quod Notarius extraordinariorum ad minus bis in hebdomada contra delinquentes in prædictis rimari perquirat. Et quos inuenerit delinquere, cogat de facto ad ſoluendum pęnam prędictam, pęna centum ſolid. ipſi Notario ſi fuerit negligens in prędictis.

Explicit tertia particula tertij Libri.

INCIPIT QVARTA DE EXECVTIONIBVS.

De executione ſententiarum. Rubr. C L.

QVIA parum prodeſſet ſententias ferre, niſi executioni debitę mãdentur, eadem lege ſancimus, quod Poteſtas quilibet vinculo ſui ſacramenti teneatur, & debeat exigere omnes perſonales, & pecuniarias condemnationes, quæ fuerint per eum prolatę de ſuis proceſſibus criminalibus, & etiam condemnationes veteres proceſſuum tem poribus pro latas, quæ poterunt exequi, dummodò perſonales cõdemnationes infrà Ciuitatem, vel burghos exequi nullo modo, vel executioni nullo modo mandare attentet, pœna centum libr. de ſuo ſalario, quotiens contrauenerit in aliquo de prædictis. Adijcientes inſuper, quod omnes condemnationes pecuniarię, quæ latę eſſent, vel in futurum ferentur per Poteſtatem, Iudicem, vel alium Officialem dictæ noſtrę Ciuitatis contra quoſcunq; homines, vel perſonas, quæ pęna veniret applicanda noſtro Communi, elapſis quindecim diebus, computãdis a die latę dictę cõdemnationis exigantur, & Poteſtas, Iudex, ſeu alius quiuis officialis dictæ noſtrę Ciuitatis poſſit, & valeat contra tales condemnatos, pro ipſis condemnationibus facere, & fieri facere executionem realem, & perſonalem de facto, ſimpliciter, & ſummariè, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, omni iuris ordine prętermiſſo, dictis xv. diebus elapſis, & vna via ipſarum exequutionũ incepta, valeat, & poſſit ad aliam redire, & vtramque ſimul facere, prout de ipſorum, & cuiuslibet ipſorum proceſſerit voluntate. Et quod ratione alicuius omiſſionis ſolemnitatis, ſubſtantialitatis, ſeu ordinis iudiciarij, quę facta fuiſſet in prędictis, non poſſit vitiari, periclitari, ſeu aliqualiter executio, ſeu exactio condemnationis prędictę, plenam obtineat roboris firmitatem. Et ſi aliqua condemnatio facta, ſeu lata fuerit contra aliquem, ſeu aliquos, vel in futurum fieret per Poteſtatem, Iudicem, ſeu alios noſtros Officiales dictę Ciuitatis in aliqua quantitate pecunię, & in defectu ſolutionis ipſius quantitatis non fiendę per eum, ſeu eos, qui

condemnati

emnati eſſent infra terminum in dicta condemnatione ſtatuendum ıdum formam ſtatutorum dictæ Ciuitatis condemnatus fuerit, ſeu ›luendum pęnam corporalem in eius, ſeu eorum contumaciam, ab- ...iam, & contentum, & in fortiam noſtri Communis, & noſtrorum officialium non eſſet, ſeu eſſent de eorum bonis mobilibus, ſeu immobilibus, vel nominibus debitorum reperirentur aſcendentibus, & valentibus quantitatem, in qua condemnatus eſſet, ſeu eſſent in totum, vel in partem, quod tunc contra bona ipſorum condemnatorum, quæ reperirentur poſſit, & valeat fieri executio pro dicta quantitate, in qua condēnatus eſſet. Nō obſtante quod dicta condemnatio pecuniaria translata eſſet in pœnam corporalem propter ſolutionem de eo non factam infra terminum in ſententia ſtatutum iure aliquo canonico, ſeu ciuili ſtatuto ordinamento, ſeu conſtitutione in contrarium loquente non obſtante. Et vt ſolertius ad prædicta vacare ſtudeat, volumus eundem Poteſtatem de omnibus condemnationibus prolatis eius præceſſorum temporibus, quæ per eum fuerint executi, conſequi, & habere duodecim denar. pro libra qualibet ſummę totius, quæ de veteribus condemnationibus ad manus Maſſarij Communis peruenire fecerit. Sed ſi dictus Poteſtas in prędictis fuerit negligens, vel remiſſus, quantitates omnes quę potuerunt exequi de condemnationibus quibuslibet, & executę non fuerint, computentur eidem Poteſtati in parte ſui ſalarij. Et debeant in eius ſalario diſcomputari ſcindicatus ipſius Poteſtatis tempore, per Maſſarium noſtri Communis, tanquam ſi de quātitatibus illis per eundem Maſſarium verè Poteſtati eidem ſolutio facta eſſet. Quæ omnia cuilibet Poteſtati volumus in eius electione per noſtrum Cancellarium fore nota.

Quod omnia bona delinquentis a tempore commiſsi delicti ſint obligata Communi. Rubr. C L I.

BONA damnatorum pecunialiter à tempore commiſſi delicti, volumus eſſe obligata Communi, vt omnibus creditoribus ius, poſt delictum commiſsũ præcedentibus in eiſdem, quocunque titulo alienationis obligationis, ſeu conceſſionis, ipſum noſtrum Commune volumus anteferri, ita quod iure creditorum poſteriorum, non obſtante in ipſis bonis exemptionis, condemnationis fieri poſſit. Sed & ſi apparuerit, delinquentem vſque ad vnum annum ante commiſſum delictum, aliquam alienationem, conceſſionem, vel obligationem de ſuis bonis feciſſe quocunque titulo, & tempore commiſſi delicti, ipſa bona inueniretur detinere, præſumatur ipſam alienationem factam in fraudem Cõmunis, & ſuſpicatione delicti committendi, ita quod ea non obſtante, tanquam non facta liberè in ipſis bonis ſententia, ſeu condemnatio poſſit executioni mandari, quantunq; alienator cõſtituiſſet ſe nomine eius cui facta eſſet alienatio pręcario poſſidere, aut ipſa bona ad naulum, pẽſionem, coptimum, ſeu laboritium, vel quocunq; alio modo pro eo, cui conceſſio facta eſſet tenere, aut poſſidere, per inſtrumenta, vel teſtes pateret.

Quod domus non deuaſtetur, vel depopulatio fiat ratione delicti. Rubrica C L I I.

PRO delicto qualitercunque commiſſo ante cõdemnationem, vel poſt, niſi in caſibus in ſta ſtatutis expreſſis, nec domus deuaſtetur, nec bona delinquentis depopulentur, ſed ipſa bona vſque ad quantitatem pęnę impoſitę delinquenti, & ſuam condemnationem non ſoluenti, alienentur, vel pro Communi ſeruentur, pęna Poteſtati centum librar. ſi contra fecerit in prędictis. Et nihilominus damnum emendare teneatur leſo de ſuo ſalario.

 Quod

Quod in delictis filiorum, pater teneatur vſque ad quantitatem legitimę eis debitę. Rubr. CLIII.

FILIO, vel filijs delinquentibus emancipatis, vel in Poteſtate propria conſtitutis, legitimis, & naturalibus, vel naturalibus tantùm condemnatis per confeſſionem, vel teſtium probationes, aut per contumaciam filij, ſeu aliter quocunque, & qualitercunque de quocunque maleficio, vel delicto; pater, vel auus paternus auctoritate pręſentis ſtatuti ſit obligatus Communi, & ſoluere teneatur de ſuo condemnationem vſque ad legitimam, vel quatenus de ſuis bonis pro legitima filio condemnato competeret ab inteſtato patris perſona, vel aui paterni in parte, & diuiſione connumerata cum eis.

Quod fideiuſſor repręſentans principalem in delictis ſit à ſua fideiuſſione liberatus. Rubr. CLIV.

FIDEIVSSOR qui in cauſa criminali Rectori, vel alicui Officiali pro Communi recipienti pro aliquo ſe obligauerit, quãdocunq; ipſum principalem repreſentauerit coram Rectore, ſeu Iudice proteſtando, quod pro eo vlterius in obligatione fideiuſſoria ſtare nollet, ab ipſa obligatione ſit totaliter liberatus; principalem reppreſentatum verò Rector, vel Iudex cogat, & detineri faciat, donec alios fideiuſſores idoneos dederit, vel aliter idoneè cauerit, ſeu pro ipſo delicto effectualiter Communi ſatisfecerit.

De beneficio pacis ſuper maleficio commiſſo. Rubr. C L V.

SVBIECTORVM concordias potius, quàm pœnas affectantes augeri, decernimus, quod in quolibet maleficio, de quo proceſſus factus eſſet per īquiſitionem, denunciationem, vel accuſationem, vel in futurum fieret; Si pax, & concordia facta fuerit inter ipſas partes iniuriantes, & iniuriatas, ipſius pacis, & concordię beneficium eis admitti, dummodo ipſa pax, vel concordia facta fuerit infrà quindecim dies, à tempore primę citationis factę ſuper proceſſu maleficij, vel excuſationis, vbi citatio facta non appareret de quo pax facta fuerit, cōputandos per publicum inſtrumentum manu legalis Notarij confectum, ac etiam producta fuerit in ipſo iudicio criminali ante ſententiam, ſeu condemnationem de ipſo maleficio factam, ſi contingerit ſententiam fieri poſt ipſum terminum quindecim dierum; poſſit etiam poſt ſententiam, & condemnationem inſtrumentum pacis producere, dummodo ipſa ſententia, & condemnatio lata fuerit infrà quindecim dies à die ſuę excuſationis, vel citationis. Et quod dicta pax producatur, & ſcribatur per notarium Poteſtatis in proceſſu iudicij criminali infrà octo dies poſt latam ſententiam. Et iſto modo dicta pax admittatur. Quod ſi pax, & concordia facta fuerit tali modo, condemnatus, qui pacem habuerit, tertiam partem tantum ſuę cōdemnationis ſoluere, teneatur alijs duabus partibus pro beneficio pacis ſibi remiſſis. Nec intelligatur per inſtrumentum pacis, ſeu concordię confiteri delictum, niſi aliter de ipſo maleficio conſtaret per veras probationes. Volumus etiam, quod beneficium pacis prodeſſe non poſſit in furtis, falſitatibus, damnis datis, & iniuriam inferentibus arrengatoribus.

De beneficijs conceſſis ſoluentibus condemnationem infrà tempus quindecim dierum, & delictum confitentibus. Rubr. C L V I.

VLTRA quantitatem centum ſol. ſi quis condemnatus fuerit de quocunque delicto, ſi infrà quindecim dies a tempore latę ſententię ſuam condemnationē ſoluerit Maſſario Communis, quarta pars ipſius condemnationis ſit ei, auctoritate pręſentis ſtatuti remiſſa, & ad quartam partem ſoluendam nullatenus teneatur. Ac etiam ſi in iudicio criminali, ante receptionem teſtium, in ſua excuſatione delictum, de quo contra eum proceditur ſponte confeſſus fuerit, condemnationis factę de eo tertia pars remittatur eidem, ita quod ad duas partes condemnationis tantùm ſoluendas cogi poſſit, dummodo hęc duo beneficia, ſolutionis, & confeſſionis, in eadem condemnatione concurrere ſimul non poſſint. Nec alicui proſit beneficium pacis, ſolutionis, & confeſſionis, niſi ſolummodo ei, qui ſententię paruerit, ſuamq; condemnationem infrà tempus quindecim dierum ſoluerit. Quod ſi infrà tempus quindecim dierum ſoluere recuſauerit, dimidium plus condemnationis de eo factę ſoluere compellatur, tanquam verè condemnatus in dicta dimidia, ſimul cum condemnatione facta de eo. Si verò infra dictam quantitatem centum ſol. fuerit condemnatus, & ipſam infra dictum terminum quindecim dierum non ſoluerit, quartam partem plus ſoluere compellatur; quæ pęna ei remitti non poſſit per Poteſtatem, Priores, vel Conſilium, quod ſi remitteretur auctoritate pręſentis ſtatuti, nullius ipſa remiſſio valoris exiſtat, Poſſitq; condemnatus parens condemnationi in maleficijs, & damnis datis, bullam ipſius propriam tantum, & non alterius, ſi quam haberet ſuper delicto, quod deberet recipere à Communi, vſque ad ſummam concurrentem compenſare cum Commune, & pro ſua condemnatione ſoluenda admittere ipſam. Maſſarius verò teneatur ipſam recipere, & compenſare, pęna decem libr. quod Poteſtas, & Priores faciant obſeruari, pęna vigintiquinque libr.

Quod

Quod omnes condemnationes, & banna facta contra omnes exititios olim dictę Ciuitatis ſint caſſę, & irritę, & de pęna impoſita contra facienti. Rubrica C L V I I.

CONDEMNATIONES, pęna, & banna, & etiam omnes proceſſus facti, factę, & facta olim per quoſcunque Rectores, ſeu Officiales dictæ Ciuitatis contra omnes nobiles, & magnates dictæ Ciuitatis, & contra ipſorum, ſeu alterius ipſorum amicos, fautores, complices, & ſequaces, & alios quoſcunq; occaſione alicuius rumoris, ſub quacunque conceptione verborum, & etiam occaſione exceſſus, ſeu aliquorum exceſſuum factorum, & commiſſorum per ipſos, ſeu alterium ipſorum in Ciuitate, territorio, & diſtrictu dictę Ciuitatis in perſonis, ſiue rebus alicuius, ſeu aliquorum quocunque modo ante tempus rebellionis dictæ Ciuitatis, tempore dictę rebellionis, & poſt vſque in diem introitus facti per omnes exititios in dictam Ciuitatem, tempore Poteſtarię dicti Domini Ioãnis, & ante, caſſa, caſſę, caſſi, irrita, irritę, irriti, & nullius valoris, auctoritate pręſentis ſtatuti volumus permanere. Et quod occaſione dictorum exceſſuum, ſeu alicuius ipſorum, per eos, vel alterum ipſorum commiſſorum à dicto tempore citrà in perſonis, vel rebus quocunque modo procedi, inquiri, & condemnari non poſſit, & ſi fieret ſit nullius valoris. Et ſi quis Poteſtas, vel officialis eius, contra prædicta, vel aliquod prędictorum venire pręſumpſerit, aut prędictum ſtatutum non obſeruauerit, centum libr. pęnam incurrat dicti Communi ſoluendam. Exceptis, & excluſis illis, qui fuerint, & ſunt exceptuati per Dominos Rectorem Marchiæ, & Epiſcopum Florentinum in compoſitione facta cum Commune Recaneti, qui pro expreſſis, & nominatis in præſenti ſtatuto habeantur, ad quos, ſeu aliquo ipſorum fauor, & beneficium præſentis ſtatuti nullatenus extendatur, & exceptis illis, qui habitabant, ſeu habitant in dicta Ciuitate, qui cõdemnati reperiuntur in pęcunia, dummodo ex dicta cõdemnatione pecuniaria, pro executione ipſius, pęna perſonalis non imponeretur à tempore diſſipationis Ciuitatis Recaneti vſq; ad Kalendas Decembr. pręteriti currentibus Annis Domi M. CCC XXIX. Indict. xiij. tempore Domini Ioannis Papæ xxij. Qui eorum condemnationes dicto Communi non ſoluerint.

De

De modo, & forma ſeruanda in caſſatione condemnationum, & de pęna arrenghantis, vel proponentis caſsationem poſt partitum perditum. Rubr. CLVIII.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod ſi contingerit in futurum, aliquam cōdemnationem caſſari de aliquo condemnato, ſeu aliquibus condemnatis in perſonis, vel rebus, aut in pecunia pro euidenti vtilitate dicti Communis, caſſari non poſſit quoquo modo, niſi ſoluerint totam quantitatem, in qua cōdemnati eſſent, vel niſi obſeruentur ſolemnitates infraſcriptę; quod oēs Priores, qui erunt in dicto officio Prioratus ſint, & eſſe debeant in concordia nemine diſcordante ad buſſulas, & palluctas. Et Anciani, qui erunt in dicto officio Ancianatus, ſint, & eſſe debeant in concordia ad buſſulas, & palluctas omnes quatuor. Et quod vigintiquatuor Populi ſint, & eſſe debeant in concordia viginti, de ipſis vigintiquatuor Populi, ad buſſulas, & palluctas, nemine committendo vocem ſuam alicui, vel aliquibus. Et ſi aliter fieret, euaneſcat, & ſit ipſo facto, & iure nullius valoris, efficacię, & momenti. Quod ſi contingerit aliquam cōdemnationem, vt dictum eſt caſſari, remitti, vel annullari, & eſſet obtentum in ſupradictis Conſilijs Dominorum Priorum Populi, Ancianorum, & vigintiquatuor, prout ſupra ſit mentio ad buſſulas, & palluctas; & proponeretur in publico, & generali Conſilio Dominorum Priorum Populi, Ancianorum, & vigintiquatuor, & in maiori, & generali Conſilio Communis, & Populi dictę Ciuitatis, ac ducentorum de Populo, quod dicti Conſiliarij ſint, & eſſe debeant in concordia centum Conſiliarij de Conſilio ad buſſulas, & palluctas. Et quod in ipſo Conſilio non interſit, nec pręſens ſit aliquis, qui non eſſet, nec ſit de Conſilio. Et Poteſtas, qui pro tempore erit vinculo ſacramenti, & pęna vigintiquinq; librar. denar. de ſuo ſalario auferenda per Rationatores Communis, ſine aliqua remiſſione, & deueniat in Communi, teneatur, & debeat in ipſo Conſilio banniri, & pręconizari facere, quod ſi quis non eſſet de Conſilio, in ipſo Conſilio ſtare, nec morari debeat. Et Priores

res

Quibus diebus Iudęi in occulto permaneant, & cum Chriſtianis non conuerſentur. Rubr. C X L V I.

NON uidetur honeſtum, Iudęos perfidos temporib. quibus per fideles Chriſtianos Domini Noſtri Ieſu Chriſti paſſio recolitur per Ciuitatem uagare, uel cum Chriſtianis de morte domini condolentibus cõuerſari, vel eos alloqui dum viſitantur Eccleſię diebus ſolemnitatis paſſionis eiuſdem: prohibemus ergo Iudęis omnibus tàm maſculis, quàm feminis, & magnis, & paruis cuiuſcunq; perſiſtant ętatis, domos eorum habitationis tenere apertas, aut aliquẽ ex ipſis per vias, vel ſtratas accedere, vel in loco publico ſtare, in quo per Chriſtianos videri poſſint ab hora veſpertina ſacri diei Iouis in poſterum, vſq; ad diem dictum de manè ſanctiſſimę Reſurrectionis Domini. Qui verò cõtrafecerit, in quolibet prædictorum caſuum, & vice qualibet, decem libr. den. pro banno ſoluat; ad quam pęnam teneatur pater pro filio, frater pro fratre, & pater familias, pro quolibet de ſua familia. Teneatur inſuper extraordinariorum Notarius, diebus prędictis perſonaliter accedere, & pro contrafacientibus perquirere, & quos inuenerit in aliquo de prędictis delinquere, perſonaliter capi facere, & ad palatium ducere, ibiq; retinere, & eũ non relaxare, donec dictam pęnam per delinquentem ſolui de facto fecerit in Communi.

De pœna Iudęi morantis, & conuerſantis in palatio Poteſtatis, niſi certo tempore. Rubr. C X L V I I.

STATVIMVS, quod nullus Iudęus de Ciuitate Recaneti, vel habitator eiuſdem poſſit, vel perſonaliter vti, vel conuerſari, vel morari in palatio Poteſtatis Ciuitatis Recaneti, niſi tantum ad banchum iuris, tempore quo Poteſtas, vel Iudex Poteſtatis Recaneti ſederit ad banchum ad reddendum ius; alio verò tempore eis prędicta non liceat, ſine licentia Priorum Populi Ciuitatis Recaneti, pęna centum ſolid. den. pro quolibet,

libet, & qualibet vice. Quæ licentia non poſſit concedi, niſi de pręſentia trium, vel quatuor ex Prioribus Populi dictę Ciuitatis.

De pœna dantis de ſero commedere fenatoribus, & quod Priores debeãt facere hoc banniri. Rubr. CXLVIII.

NVLLVS de Recaneto, vel eius diſtrictu, vel eius habitator audeat, vel pręſumat dare de ſero cõmedere in domo propria, vel aliena, alicui operario, quem conduceret ad fenandum fenum, niſi in caſibus inſequenti ſtatuto deſcriptis, pęna viginti ſolid. den. tàm conducens, quàm conductus ad dictũ fenum fenandum. Et quilibet poſſit denunciare ſecretò contrafacientem, cuius nomen teneatur in credentia. Et Priores Populi, qui pro tempore fuerint de menſe Maij, & menſe Iunij teneantur, & debeant, pęna centum ſol. den. pro quolibet, de prędictis menſibus facere banniri, quod nemo det de ſero commedere fenatoribus ſub pęna prędicta.

Quibus operarijs dentur expenſę, & quibus non. Rubr. CXLIX.

EXPENSAS inutiles euitare volentes, vetando prohibemus, ne quiſquam expenſas det alicui operario ad diem conducto, niſi ſolum battitoribus bladorum, & fenatoribus in campo tantùm, ac etiam frangtoribus lini ſolum, de die, & non de ſero. Qui verò contrafecerit, tàm præbens, quàm recipiens viginti ſol. den. vice quali bet de facto ſoluere cogatur. Exceptis magiſtris muratoribus, & lignaminum, quibus expenſę dari poſſint impunè, liceatq; cuilibet contrafacientes denunciare cum medietate banni habenda. Et reperti culpabiles puniantur per Poteſtatem, & eius officiales in pęna prædicta. Volumus inſuper, quod Notarius extraordinariorum adminus bis in hebdomada contra delinquentes in prædictis rimari perquirat. Et quos inuenerit delinquere, cogat de facto ad ſoluendum pęnam prędictam, pęna centum ſolid. ipſi Notario ſi fuerit negligens in prędictis.

Explicit tertia particula tertij Libri.

INCIPIT QVARTA DE EXECVTIONIBVS.

De executione ſententiarum. Rubr. C L.

QVIA parum prodeſſet ſententias ferre, niſi executioni debitę mãdentur, eadem lege ſancimus, quod Poteſtas quilibet vinculo ſui ſacramenti teneatur, & debeat exigere omnes perſonales, & pecuniarias condemnationes, quæ fuerint per eum prolatę de ſuis proceſſibus criminalibus, & etiam condemnationes veteres proceſſuum temporibus prolatas, quæ poterunt exequi, dummodò perſonales cõdemnationes infrà Ciuitatem, vel burghos exequi nullo modo, vel executioni nullo modò mandare attentet, pœna centum libr. de ſuo ſalario, quotiens contrauenerit in aliquo de prædictis. Adijcientes inſuper, quod omnes condemnationes pecuniarię, quæ latę eſſent, vel in futurum ferentur per Poteſtatem, Iudicem, vel alium Officialem dictæ noſtrę Ciuitatis contra quoſcunq; homines, vel perſonas, quæ pęna veniret applicanda noſtro Communi, elapſis quindecim diebus, computãdis a die latę dictę cõdemnationis exigantur, & Poteſtas, Iudex, ſeu alius quiuis officialis dictæ noſtrę Ciuitatis poſſit, & valeat contra tales condemnatos, pro ipſis condemnationibus facere, & fieri facere executionem realem, & perſonalem de facto, ſimpliciter, & ſummariè, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, omni iuris ordine prętermiſſo, dictis xv. diebus elapſis, & vna via ipſarum exequutionũ incepta, valeat, & poſſit ad aliam redire, & vtramque ſimul facere, prout de ipſorum, & cuiuslibet ipſorum proceſſerit voluntate. Et quod ratione alicuius omiſſionis ſolemnitatis, ſubſtantialitatis, ſeu ordinis iudiciarij, quę facta fuiſſet in prędictis, non poſſit vitiari, periclitari, ſeu aliqualiter executio, ſeu exactio condemnationis prędictę, plenam obtineat roboris firmitatem. Et ſi aliqua condemnatio facta, ſeu lata fuerit contra aliquem, ſeu aliquos, vel in futurum fieret per Poteſtatem, Iudicem, ſeu alios noſtros Officiales dictę Ciuitatis in aliqua quantitate pecunię, & in defectu ſolutionis ipſius quantitatis non fiendę per eum, ſeu eos, qui

condemnati eſſent infra terminum in dicta condemnatione ſtatuendum ſecundum formam ſtatutorum dictæ Ciuitatis condemnatus fuerit, ſeu ad ſoluendum pęnam corporalem in eius, ſeu eorum contumaciam, abſentiam, & contentum, & in fortiam noſtri Communis, & noſtrorum officialium non eſſet, ſeu eſſent de eorum bonis mobilibus, ſeu immobilibus, vel nominibus debitorum reperirentur aſcendentibus, & valentibus quantitatem, in qua condemnatus eſſet, ſeu eſſent in totum, vel in partem, quod tunc contra bona ipſorum condemnatorum, quæ reperirentur poſſit, & valeat fieri executio pro dicta quantitate, in qua condēnatus eſſet. Nō obſtante quod dicta condemnatio pecuniaria translata eſſet in pœnam corporalem propter ſolutionem de eo non factam infra terminum in ſententia ſtatutum iure aliquo canonico, ſeu ciuili ſtatuto ordinamento, ſeu conſtitutione in contrarium loquente non obſtante. Et vt ſolertius ad prædicta vacare ſtudeat, volumus eundem Poteſtatem de omnibus condemnationibus prolatis eius præceſſorum temporibus, quæ per eum fuerint executi, conſequi, & habere duodecim denar. pro libra qualibet ſummę totius, quæ de veteribus condemnationibus ad manus Maſſarij Communis peruenire fecerit. Sed ſi dictus Poteſtas in prędictis fuerit negligens, vel remiſſus, quantitates omnes quę potuerunt exequi de condemnationibus quibuslibet, & executę non fuerint, computentur eidem Poteſtati in parte ſui ſalarij. Et debeant in eius ſalario diſcomputari ſcindicatus ipſius Poteſtatis tempore, per Maſſarium noſtri Communis, tanquam ſi de quātitatibus illis per eundem Maſſarium verè Poteſtati eidem ſolutio facta eſſet. Quæ omnia cuilibet Poteſtati volumus in eius electione per noſtrum Cancellarium fore nota.

Quod omnia bona delinquentis a tempore commiſsi delicti ſint obligata Communi. Rubr. C L I.

BONA damnatorum pecunialiter à tempore commiſſi delicti, volumus eſſe obligata Communi, vt omnibus creditoribus ius, poſt delictum commiſsũ præcedentibus in eiſdem, quocunque titulo alienationis obligationis, ſeu conceſſionis, ipſum noſtrum Commune volumus anteferri, ita quod iure creditorum poſteriorum, non obſtante in ipſis bonis exemptionis, condemnationis fieri poſſit. Sed & ſi apparuerit, delinquentem vſque ad vnum annum ante commiſſum delictum, aliquam alienationem, conceſſionem, vel obligationem de ſuis bonis feciſſe quocunque titulo, & tempore commiſſi delicti, ipſa bona inueniretur detinere, præſumatur ipſam alienationem factam in fraudem Cõmunis, & ſuſpicatione delicti committendi, ita quod ea non obſtante, tanquam non facta liberè in ipſis bonis ſententia, ſeu condemnatio poſſit executioni mandari, quantunq; alienator cõſtituiſſet ſe nomine eius cui facta eſſet alienatio pręcario poſſidere, aut ipſa bona ad naulum, pẽſionem, coptimum, ſeu laboritium, vel quocunq; alio modo pro eo, cui conceſſio facta eſſet tenere, aut poſſidere, per inſtrumenta, vel teſtes pateret.

Quod domus non deuaſtetur, vel depopulatio fiat ratione delicti. Rubrica C L I I.

PRO delicto qualitercunque commiſſo ante cõdemnationem, vel poſt, niſi in caſibus in ſta ſtatutis expreſſis, nec domus deuaſtetur, nec bona delinquentis depopulentur, ſed ipſa bona vſque ad quantitatem pęnę impoſitę delinquenti, & ſuam condemnationem non ſoluenti, alienentur, vel pro Communi ſeruentur, pęna Poteſtati centum librar. ſi contrafecerit in prędictis. Et nihilominus damnum emendare teneatur leſo de ſuo ſalario.

Quod in delictis filiorum, pater teneatur vſque ad quantitatem legitimę eis debitę. Rubr. CLIII.

FILIO, vel filijs delinquentibus emancipatis, vel in Poteſtate propria conſtitutis, legitimis, & naturalibus, vel naturalibus tantùm condemnatis per confeſſionem, vel teſtium probationes, aut per contumaciam filij, ſeu aliter quocunque, & qualitercunque de quocunque maleficio, vel delicto; pater, vel auus paternus auctoritate pręſentis ſtatuti ſit obligatus Communi, & ſoluere teneatur de ſuo condemnationem vſque ad legitimam, vel quatenus de ſuis bonis pro legitima filio condemnato competeret ab inteſtato patris perſona, vel aui paterni in parte, & diuiſione connumerata cum eis.

Quod fideiuſſor repræſentans principalem in delictis ſit à ſua fideiuſsione liberatus. Rubr. CLIV.

FIDEIVSSOR qui in cauſa criminali Rectori, vel alicui Officiali pro Communi recipienti pro aliquo ſe obligauerit, quãdocunq; ipſum principalem repreſentauerit coram Rectore, ſeu Iudice proteſtando, quod pro eo vlterius in obligatione fideiuſſoria ſtare nollet, ab ipſa obligatione ſit totaliter liberatus; principalem reppreſentatum verò Rector, vel Iudex cogat, & detineri faciat, donec alios fideiuſſores idoneos dederit, vel aliter idoneè cauerit, ſeu pro ipſo delicto effectualiter Communi ſatisfecerit.

De beneficio pacis ſuper maleficio commiſſo. Rubr. C L V.

SVBIECTORVM concordias potius, quàm pœnas affectantes augeri, decernimus, quod in quolibet maleficio, de quo proceſſus factus eſſet per inquiſitionem, denunciationem, vel accuſationem, vel in futurum fieret; Si pax, & concordia facta fuerit inter ipſas partes iniuriantes, & iniuriatas, ipſius pacis, & concordię beneficium eis admitti, dummodo ipſa pax, vel concordia facta fuerit infrà quindecim dies, à tempore primę citationis factę ſuper proceſſu maleficij, vel excuſationis, vbi citatio facta non appareret de quo pax facta fuerit, cõputandos per publicum inſtrumentum manu legalis Notarij confectum, ac etiam producta fuerit in ipſo iudicio criminali ante ſententiam, ſeu condemnationem de ipſo maleficio factam, ſi contingerit ſententiam fieri poſt ipſum terminum quindecim dierum; poſſit etiam poſt ſententiam, & condemnationem inſtrumentum pacis producere, dummodo ipſa ſententia, & condemnatio lata fuerit infrà quindecim dies à die ſuę excuſationis, vel citationis. Et quod dicta pax producatur, & ſcribatur per notarium Poteſtatis in proceſſu iudicij criminali infrà octo dies poſt latam ſententiam. Et iſto modo dicta pax admittatur. Quod ſi pax, & concordia facta fuerit tali modo, condemnatus, qui pacem habuerit, tertiam partem tantum ſuę cõdemnationis ſoluere, teneatur alijs duabus partibus pro beneficio pacis ſibi remiſſis. Nec intelligatur per inſtrumentum pacis, ſeu concordię confiteri delictum, niſi aliter de ipſo maleficio conſtaret per veras probationes. Volumus etiam, quod beneficium pacis prodeſſe non poſſit in furtis, falſitatibus, damnis datis, & iniuriam inferentibus arrengatoribus.

De beneficijs conceſſis ſoluentibus condemnationem infrà tempus quindecim dierum, & delictum confitentibus. Rubr. CLVI.

VLTRA quantitatem centum ſol. ſi quis condemnatus fuerit de quocunque delicto, ſi infrà quindecim dies a tempore latę ſententię ſuam condemnationẽ ſoluerit Maſſario Communis, quarta pars ipſius condemnationis ſit ei, auctoritate pręſentis ſtatuti remiſſa, & ad quartam partem ſoluendam nullatenus teneatur. Ac etiam ſi in iudicio criminali, ante receptionem teſtium, in ſua excuſatione delictum, de quo contra eum proceditur ſpontè confeſſus fuerit, condemnationis factę de eo tertia pars remittatur eidem, ita quod ad duas partes condemnationis tantùm ſoluendas cogi poſſit, dummodo hęc duo beneficia, ſolutionis, & confeſſionis, in eadem condemnatione concurrere ſimul non poſſint. Nec alicui proſit beneficium pacis, ſolutionis, & confeſſionis, niſi ſolummodo ei, qui ſententię paruerit, ſuamq; condemnationem infrà tempus quindecim dierum ſoluerit. Quod ſi infrà tempus quindecim dierum ſoluere recuſauerit, dimidium plus condemnationis de eo factę ſoluere compellatur, tanquam verè condemnatus in dicta dimidia, ſimul cum condemnatione facta de eo. Si verò infra dictam quantitatem centum ſol. fuerit condemnatus, & ipſam infra dictum terminum quindecim dierum non ſoluerit, quartam partem plus ſoluere compellatur; quæ pęna ei remitti non poſſit per Poteſtatem, Priores, vel Conſilium, quod ſi remitteretur auctoritate pręſentis ſtatuti, nullius ipſa remiſſio valoris exiſtat, Poſſitq; condemnatus parens condemnationi in maleficijs, & damnis datis, bullam ipſius propriam tantum, & non alterius, ſi quam haberet ſuper delicto, quod deberet recipere à Communi, vſque ad ſummam concurrentem compenſare cum Commune, & pro ſua condemnatione ſoluenda admittere ipſam. Maſſarius verò teneatur ipſam recipere, & compenſare, pęna decem libr. quod Poteſtas, & Priores faciant obſeruari, pęna vigintiquinque libr.

Quod omnes condemnationes, & banna facta contra omnes exititios olim dictę Ciuitatis ſint caſſę, & irritę, & de pęna impoſita contra facienti. Rubrica CLVII.

CONDEMNATIONES, pęna, & banna, & etiam omnes proceſſus facti, factę, & facta olim per quoſcunque Rectores, ſeu Officiales dictæ Ciuitatis contra omnes nobiles, & magnates dictæ Ciuitatis, & contra ipſorum, ſeu alterius ipſorum amicos, fautores, complices, & ſequaces, & alios quoſcunq; occaſione alicuius rumoris, ſub quacunque conceptione verborum, & etiam occaſione exceſſus, ſeu aliquorum exceſſuum factorum, & commiſſorum per ipſos, ſeu alterium ipſorum in Ciuitate, territorio, & diſtrictu dictę Ciuitatis in perſonis, ſiue rebus alicuius, ſeu aliquorum quocunque modo ante tempus rebellionis dictæ Ciuitatis, tempore dictę rebellionis, & poſt vſque in diem introitus facti per omnes exititios in dictam Ciuitatem, tempore Poteſtarię dicti Domini Ioãnis, & ante, caſſa, caſſę, caſſi, irrita, irritę, irriti, & nullius valoris, auctoritate pręſentis ſtatuti volumus permanere. Et quod occaſione dictorum exceſſuum, ſeu alicuius ipſorum, per eos, vel alterum ipſorum commiſſorum à dicto tempore citrà in perſonis, vel rebus quocunque modo, procedi, inquiri, & condemnari non poſſit, & ſi fieret ſit nullius valoris. Et ſi quis Poteſtas, vel officialis eius, contra prædicta, vel aliquod prędictorum venire pręſumpſerit, aut prędictum ſtatutum non obſeruauerit, centum libr. pęnam incurrat dicti Communi ſoluendam. Exceptis, & excluſis illis, qui fuerint, & ſunt exceptuati per Dominos Rectorem Marchiæ, & Epiſcopum Florentinum in compoſitione facta cum Commune Recaneti, qui pro expreſſis, & nominatis in præſenti ſtatuto habeantur, ad quos, ſeu aliquo ipſorum fauor, & beneficium præſentis ſtatuti nullatenus extendatur, & exceptis illis, qui habitabant, ſeu habitant in dicta Ciuitate, qui cõdemnati reperiuntur in pęcunia, dummodo ex dicta cõdemnatione pecuniaria, pro executione ipſius, pęna perſonalis non imponeretur à tempore diſſipationis Ciuitatis Recaneti vſq; ad Kalendas Decembr. pręteriti currentibus Annis Domi M. CCC XXIX. Indict. xiij. tempore Domini Ioannis Papæ xxij. Qui eorum condemnationes dicto Communi non ſoluerint.

De

De modo, & forma ſeruanda in caſſatione condemnationum, & de pęna arrenghantis, vel proponentis caſsationem poſt partitum perditum. Rubr. C L V I I I.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod ſi contingerit in futurum, aliquam cōdemnationem caſſari de aliquo condemnato, ſeu aliquibus condemnatis in perſonis, vel rebus, aut in pecunia pro euidenti vtilitate dicti Communis, caſſari non poſſit quoquo modo, niſi ſoluerint totam quantitatem, in qua cōdemnati eſſent, vel niſi obſeruentur ſolemnitates infraſcriptę; quod oēs Priores, qui erunt in dicto officio Prioratus ſint, & eſſe debeant in concordia nemine diſcordante ad buſſulas, & palluctas. Et Anciani, qui erunt in dicto officio Ancianatus, ſint, & eſſe debeant in concordia ad buſſulas, & palluctas omnes quatuor. Et quod vigintiquatuor Populi ſint, & eſſe debeant in concordia viginti, de ipſis vigintiquatuor Populi, ad buſſulas, & palluctas, nemine committendo vocem ſuam alicui, vel aliquibus. Et ſi aliter fieret, euaneſcat, & ſit ipſo facto, & iure nullius valoris, efficacię, & momenti. Quod ſi contingerit aliquam cōdemnationem, vt dictum eſt caſſari, remitti, vel annullari, & eſſet obtentum in ſupradictis Conſilijs Dominorum Priorum Populi, Ancianorum, & vigintiquatuor, prout ſupra fit mentio ad buſſulas, & palluctas; & proponeretur in publico, & generali Conſilio Dominorum Priorum Populi, Ancianorum, & vigintiquatuor, & in maiori, & generali Conſilio Communis, & Populi dictę Ciuitatis, ac ducentorum de Populo, quod dicti Conſiliarij ſint, & eſſe debeant in concordia centum Conſiliarij de Conſilio ad buſſulas, & palluctas. Et quod in ipſo Conſilio non inter ſit, nec pręſens ſit aliquis, qui non eſſet, nec ſit de Conſilio. Et Poteſtas, qui pro tempore erit vinculo ſacramenti, & pęna vigintiquinq; librar. denar. de ſuo ſalario auferendą per Rationatorçs Communis, ſine aliqua remiſſione, & deueniat in Communi, teneatur, & debeat in ipſo Conſilio banniri, & pręconizari facere, quod ſi quis non eſſet de Conſilio, in ipſo Conſilio ſtare, nec morari debeat. Et Prio-

res

res, pęna centum ſol. pro quolibet ipſorum, eis auferenda per Rationatores Communis de facto, & deueniat in Communi teneantur, & debeant requiri facere Conſiliarios qui de conſilio ſunt. Et ſi aliter fieret euaneſcat, & ipſo iure ſit nullius valoris, efficacię, & momenti. Adijcientes inſuper, quod ſi contingerit aliquod ex dictis partitis deperdi in aliquo ex ipſis, vel aliquorum ipſorum Conſilijs, & obtentum non eſſet modo prædicto, quod Poteſtas, & Priores Populi, qui pro tempore erit, vſque ad vnum annum proximè venturum non poſſint, nec debeant in aliquo Conſilio, nec in ipſis Conſilijs dicere, proponere, vel arrengare verbo, vel facto, ſub quauis cauſa, & queſito colore. Et ſi eſſet in aliquo prędictorum contrafactum, pęna Poteſtati ſit, & eſſe debeat viginti quinque libr. denar. de ſuo ſalario, & Prioribus, & arrengatoribus pro quolibet ſit eis, & cuilibet ipſorum, pęna centum ſolid. den. & eis auferatur de facto ſine aliqua remiſſione, & deueniat in Communi. Et poſt perditionem, & amiſſionem dicti partiti pro illo, vel illis, pro quo, vel quibus ipſum partitum mitteretur, vlterius remitti non poſſit, vt dictum eſt. Et ſi aliter fieret, illi, vel illis, pro quo, vel pro quibus dictum partitum mitteretur, ſit ei pęna decem libr. denar. & exigatur de facto per Poteſtatem, & eius curiam, & deueniat in Communi, & non valeat, nec teneat ipſo iure, & ex nunc ſit ipſo iure nullius valoris. Et dictus Poteſtas ſub dicta pęna teneatur, & debeat contrafacientes in prædictis, vel aliquo prædictorum, inquirere, procedere ex mero officio, & eos condemnare in omnibus ſupradictis pęnis, prout in dicto ſtatuto continetur.

De pęna Officialium, & aliorum Conductorum, & Salariatorum à Communi, ſine licentia abſentantium. Rubr. C L I X.

POTESTAS, vel aliquis ſuorum Officialium, vel etiam quilibet alius officialis, vel conductus, & ſalariatus à Communi Recaneti ad aliquod officiũ, ſeu miniſterium exercendum, ſiue ſit Medicus, ſiue Magiſter grãmaticę non poſſit, nec valeat ſe abſentare à Ciuitate Recaneti, & eius diſtrictu ſine expreſſa licentia Dominorum Priorum, Ancianorum,

eorum, & duarum partium Conſilij vigintiquatuor, inter eos obtenta, ad buſſulas, & palluctas, vnà cum Dictis Prioribus, pęna cuilibet Priorum aliter danti licentiam viginti ſolid. pro qualibet vice, de facto per eorum ſcindicatores auferenda, & licentia aliter data non valeat, nec teneat vllo modo. Et ſi dicta licentia ſecundum formam ſupradictam fuerit conceſſa alicui ex ſupradictis officialibus, & ſalariatis a noſtro Communi, volumus, qnod vltrà tempus ſibi indicta licentia conceſſum ſtare, vel permanere extrà dictum diſtrictum aliquis non pręſumat, nec debeat, quod ſi cõtrafecerit in aliquo caſuum ſupradictorum, ſi fuerit Poteſtas Ciuitatis Recaneti, pęnam decẽ ducatorum auri, pro qualibet vice, qua contrafecerit, & qualibet die, qua vltrà dictam licentiam ſteterit, de facto incurrat. Si verò fuerit Iudex, ſeu Medicus dicti Communis, pęnam decem libr. denar. pro quolibet, & vice qualibet, qua contrafecerir, & die qualibet, qua vltrà dictam licentiam ſteterit, de facto ſoluat. Si verò alius officialis fuerit, pęnam quadraginta ſolidorum modo prędicto perſoluat, quas pęnas per eorum ſcindicatores exigi volumus, & ſtabilimus. Si verò dictus Poteſtas, & ſui Iudices, & Officiales cuſtodię, & damnorum datorum, & duanę, & quilibet alius conductus, & ſalariatus a dicto Communi, ſe abſentauerit à dicta Ciuitate, & eius diſtrictu, ſine expreſſa licentia antedicta pęna ſit Poteſtati ſe abſentanti quinquaginta libr. denar. Et ſi pernoctauerit, pęna decem libr. denar. pro quolibet die vltrà dictas quinquaginta libras denar. & qualibet vice, & pęna cuilibet Iudici dictæ Ciuitatis, & eius militi vigintiquinque librar. denar. pro quolibet, & qualibet vice, & decem librar. denariorum vltrà dictas vigintiquinque libras denar. pro quolibet die, ſi pernoctauerit, & pęna decem libr. pro quolibet aliorum officialium pręnominatorum, & ſi pernoctauerit, pęna quadraginta ſol. pro quolibet die, & qualibet vice vltrà dictas decem libr.

SVPER DAMNIS DATIS.
De electione, & officio Notarij damnorum datorum.
Rubrica CLX.

DAMNORVM datorum Notarius eligatur in generali Conſilio Communis, & Populi dictæ Ciuitatis, ille qui bonus, & legalis, & forenſis fuerit; non habens officium in dicta noſtra Ciuitate a quinque annis citrà, electione facienda de eo ante officium exercentis per vnum menſem hac forma, quod in ipſo Conſilio proponatur, & reformetur de quo loco, ſeu locis. Idem Notarius eligi debeat, quibus peractis in dicto Conſilio, fiant due ſcarfine, ſeu breuia per quodlibet quarterium, adq; accipienda, ſinguli de quarterio accedant diuiſim, quibus breuia accidũt, quilibet eligat vnum electorem notarij, ipſi verò electi octo, iuramento præmiſſo, ſimul cum Prioribus Populi poteſtatem habeant damnorum datorum notarium eligendi, deliberatis primum, ſecundum, & tertium, de locis, quorum primo acceptante, aliorum electio, ſeu nominatio annulletur. Et ſic per ordinem de ſecundo, & tertio nominatis, cum ſalario centum octuaginta libr. denar. per tempus ſex menſium perſoluendo ſingulo menſe pro rata, vt tangit cum vno ſubſtituto notario legali, & ſollicito, & vno Ronzeno bono, & ſufficienti valoris, & Communis æxtimationis quindecim ducatorum ad minus toto dicto tempore ſex menſium, quo contentus exiſtat pro ſe dicto ſubſtituto, & Ronzeno, omnibus ſuis ſumptibus, & expenſis, ſine aliqua alia prouiſione ceræ, candelarum, olei, luminis, vel alterius cuiuſcunque prouiſionis, & lucri ſcripturarum percipiendi. Et nihil aliud quam ſupradictum eſt percipere a Communi, vel à ſingularibus perſonis attentet. Qui Notarius vinculo ſacramenti, & pœna vigintinque libr. denar. teneatur, & debeat ire perſonaliter ſingulis diebus in hebdomada, per territorium dictæ Ciuitatis ad rimandum, & inueniendum pro damna dantibus, in poſſeſſionibus, & rebus Communis, & hominum dictæ Ciuitatis. Et etiam per Ciuitatem contra damnum dantes perſonaliter, vel cum beſtijs, in ortalibus, fructibus, & poſſeſſionibus Communis, & hominum perſonarum habitantum in dicta Ciuitate,

& eos

& eos condemnare, in pęnis in ſtatutis contentis. Et etiam teneatur ire perſonaliter in die dicto, & alijs diebus feſtiuis à ſtatuto prohibitis extrà Ciuitatem contra aliquid operantes, & facientes in ipſis feſtiuitatibus, ac contra bructuram facientes ad fontes, & Ianuas, & foueas dictę Ciuitatis, & ante Eccleſias, ac figuras alicuius ſancti, & ad foueas in quibus blada iacent extrà Ciuitatem prædictam, & contra occupantes res, & bona dicti Communis, & reinuenire occupata, & apprehenſa, & contra facientes ligna in ſyluis Communis contra formam alicuius ſtatuti, & ad molendina dictæ Ciuitatis pro delinquentibus contra formam alicuius ſtatuti dictę Ciuitatis, & repertos culpabiles condemnare in pęnis in dictis ſtatutis Communis contentis, ſine aliquo proceſſu, & ſummariè, & de plano ſine ſtrepitu, & figura Iudicij, ſecũdum formã ſtatutorum Ciuitatis Recaneti. Non liceat ipſi notario, nec poſſit recipere accuſationes, & denunciationes de dãno dato ab aliqua perſona, quæ damnũ reciperet, vel cui damnum datum eſſet perſonaliter, vel cũ beſtijs in eius poſſeſſionibus, ſed tantummodò procedere poſſit contra illos, quos perſonaliter ipſe Notarius, vel eius ſubſtitutus inuenerit dãnum dare perſonaliter, vel cum beſtijs, & ipſos condemnare. Teneatur tamen ipſę notarius expoſita querela de damno illato coram eo, ire perſonaliter ad uidendum damnum datum, & inquirere, & repertos culpabiles condemnare in pęnis in ſtatutis contentis. Poſſit, & valeat ipſe notarius contra inobedientes pęnam imponere vſque ad quantitatem viginti ſol. ex vno prędictorũ tãtùm. Et poſsit etiam aliud præceptum facere de alijs viginti ſolid. contra inobedientes, ita quod ipſa duo præcepta, aſcendant ad ſummam quadraginta ſolid. & non vltrà, & Dominus Poteſtas, & eius Officiales ad querimoniam dicti notarij teneantur, & debeant dictam pęnam exigere, & exigi facere contra talem nolentem parere mandatis dicti notarij, de facto, ſummariè, & de plano abſque aliqua remiſſione. Et ſi ipſe Poteſtas, & eius officiales nollent adimplere prædicta, & executioni mandare; quod de facto, nomine pęnę, tempore ſui ſcindicatus auferantur decem libr. den. & deueniant in Communi, & ſic obtineat roboris firmitatem. Qui Notarius habeat, & ſibi concedatur, & adſignetur tantum de domibus noſtri Communis, quod ſibi ſufficiat pro ſua hĩtatione, ſi in eis habitare voluerit. Si aũt habitare noluerit, ſed eat, & ipſemet inueniat ſuis expẽſis vnã domũ, vbicũque voluerit, in quarterio S. Angeli pro ſua hĩtatione, pẽſionẽ ipſius de

ſuo

ſuo proprio, aut de ſuo ſalario perſoluendam. Teneatur etiam dictus officialis perquirere, & inveſtigare contra fraudantes peſam bladi, euntes ad macinandum, ſine bulla, & repertos culpabiles punire, ſecundum formam ſtatutorum dictę Ciuitatis, & maximè ſtatuti poſiti ſub rubrica de pęna fraudantis duanam peſę bladi. Et ad refrenandum inęſtimabilia damna, quę beſtiarum cuſtodes cum beſtijs, & alij perſonaliter nocturno pręcipuè tempore, non ceſſant inferre, mandamus Officiali damnorũ datorũ, quod ſępè ſepius noctis tempore maximè bis in hebdomada qualibet, diuerſo tamen tempore, vadat, inueſtiget, & perquirat per territoria huius Ciuitatis pro damnificantibus perſonaliter, vel cum beſtijs in vineis, cannetis, hortis, & terris bladatis, & quos damnificare inuenerit, cõdamnet, in pęnis in ſtatutis noſtri Communis expreſſis, cuius officialis inuentionibus ſtetur, & habeatur pro probatione legitima. Similiter ire teneatur dicto nocturno tempore ad petitionem cuiuſcunque requirentis eundem. Qui Notarius habeat quartam partem bannorum, & pęnarum, quas, & quæ occaſione dictæ ſuæ inuentionis venire fecerit in Communi de nocte tantùm. Et ſi dictus Notarius non iuerit bis in hebdomada adminus, vel recuſauerit, aut ceſſauerit ire ad petitionem cuiuſcunq; requirentis, pœnam centum ſol. vice qualibet incurrat. Et volentes officium dicti Notarij damnorum datorum Ciuitatis Recaneti ampliare, firmamus quod de inueſtionibus damnorum datorum, quę ipſe Notarius damnorum datorum dixerit, & retulerit ſe inuenniſſe, ſtetur, & credatur relationi ipſius Notarij, & ei ſtetur, & credatur abſq; alia probatione, & pro uera, ſufficienti, & legitima probatione habeatur, quoad pęnam Communis tantùm. Inſuper tollere volentes querelas damnum dantium, qui ſe dicunt ex proceſſu Notariorum damnorum datorum grauari, volumus, quod Notarius, & officialis damnorum datorum dictæ Ciuitatis Recaneti, ſemper teneatur dare terminũ trium dierum ad faciendum defenſam, & ſe excuſandum inuentis per eos, uel denunciatis quomodolibet damnum dare poſt inuentionem ipſorum, ſiue denunciationem ei factam ſuper aliquo damno dato; aliter nullo modo procedant ad condemnationem, & notificatio dicti termini ſufficiat, ſi fiat perſonaliter, vel domi habitationis ſolitę dictorum inuẽtorum, ſeu denunciatorum, & datio dicti termini, & eius relatio ſufficiant, & valeant, ac ſi omnes citationes, quæ requiruntur ex forma ſtatutorum Ciuitatis Recaneti ad proceſſum maleficiorum, & damnorum

datorum

datorum eſſent factę, adeò quod ſine eis dato dicto termino trium dierum, & eius relatione facta, procedi poſſit ad ſententiam, & condemnationem, nulla alia citatione facta, niſi citatione vnica ad ipſam ſententiam andiendam, & quod ſententia data per eum, & in cauſis damnorum datorum, præcedente dicto termino trium dierum, & eius relatione, cũ dicta vnica citatione ad audiendum ſententiam, valeat, & teneat, & ratione proceſſus, contra eam venire non poſſit aliquo iure, vel alio ſtatuto in contrarium loquente non obſtante. Decernentes inſuper, Notariũ prædictum teneri, & debere, pęna centum ſolid. pro vice, qualibet, qua per eum contrafactum fuerit, contra omnes, & ſingulos, quos inuenerit ipſe, vel eius ſubſtitutus, aut eis conſtiterit damna dare perſonaliter, vel cum beſtijs in omni caſu, quo ſibi licet contra damnificantes procedere, & punire quolibet die ſabbati de omnibus in hebdomada illa repertis in damno dato delinquere, ſine proceſſu aliquo, vel alio iuris ordine, ſententias ferrè, dictoſque delinquentes condemnare in pœnis ordinatis, & præfixis per formam ſtatutorum noſtri Communis, dummodò quotiens conſtet de damno dato ante ſententiam fiat ęxtimatio damni dati, & damnificans in dicta ęxtimatione, vnà cum pęna, debeat condemnari, pęna notario ſi negligens fuerit, vel omiſerit condemnationem dictę ęxtimationis, decem librar. denar. Quarum executionẽ, ipſe idem Notarius faciat, ad pęnam prædictam, in quam eum incurrere volumus, etiàm quotiens ipſę defecerit in aliquo de prædictis. Finito verò ſuo officio, duobus diebus ſtabit ad rationem reddendam, querimonia contra eum non præcedente, vel aliqua ſpeciali perſona, petitione verò data quatuor diebus morabitur, ſui officij abſolutionem, vel condemnationem prout geſſerit habiturus, perſonaliter toto tempore in ipſa Ciuitate ſuum exercebit officium, ſemel tantùm ſi neceſſarium fuerit ſibi habebit licentiã abſentandi, pro illis diebus quibus videbitur Prioribus, & vigintiquatuor conueniri, ipſo verò tempore, ipſum officium omnibus ſuis expenſis, fortuna, & periculo exercente ab omni cõuerſatione Poteſtatis, Officialium, & quarumcunque aliarum ſingularium perſonarum, in comedendo, & bibendo totaliter abſtinebit, pęna ſibi decem librar. pro vice qualibet, de quo per Rationatores ſolemniter inquiratur.

T De

De damnis datis perſonaliter ſine beſtijs. Rubr. C L X I.

DAMNA, quę frequenter in alienis poſſeſſionibus inferuntur volentes punire, prouidimus, vt laboratores, & laborari facientes fructibus rerum ſuarum gaudeant, & negligentes ad ſuum uictum ſtudeant operari. Si quis igitur maſculus, vel fęmina, pubes, vel inpubes à decem annis ſupra perſonaliter damnum dederit in vinea, vel canneto, intrando fractam frangendo, & de ipſa vinea, ſeu canneto, aliquid ex portauerit, ſi de die viginti ſol. pro banno ſoluat, ſi de nocte duplum, & damnum emendet. Sed ſi damnũ fuerit graue, puniatur in duplum eius, quod aliter deberet puniri, de qua grauitate ſtetur ſacramento accuſatoris cum vno teſte. Sacramento ſolius damnum paſſi ſtetur vſque ad quantitatem viginti ſolidorum. Si verò inde non exportauerit aliquod ſola fractione fractę, vel ſępis, aut grappi, decem ſol. pro banno ſoluat, de quo ſtetur ſacramento accuſatoris dicentis ſe vidiſſe. Si autem damnum dederit in arboribus fructiferis poma colligendo de dictis arboribus, ſeu in grano, vel alio genere bladorum, leguminum, de ipſis, ſeu aliquo ipſorum colligendo, vel exportando viginti ſolidorum pęna puniatur. Sed ſi in plantonibus arborum fructiferarum, ſeu vinea diſculta, ſeu inciſa, incidendo eas arbores, ſeu vites, quadraginta ſol. pęna plectatur. Quod ſi frondes mororum exportando, ſi de die viginti ſol. ſi de nocte quadraginta ſolid. pęna puniatur, ſeu incurrat. Si paleam, vel fenum abſtulerit de palcario, viginti ſolidorum pęna puniatur. Si verò iuerit per bladum alienum, vel vineam pedes, quinque ſolidorum pęnam ſoluere compellatur. Si verò pro qualeis iuerit à Kalendas Maij, vſque ad Kalendas iunij, ſoluat bannum centum ſolidor. Quod ſi ripam foderit, ſeu limen alicuius, ſeu foſſatum deuaſtauerit, ſeu ſublimauerit, viginti ſolid. pro banno ſoluat. Quod ſi cum cianceis, ſeu faculis per terram alienam ſi quis de nocte aucellauerit, ſeu aucuparet, ſoluat pro banno quadraginta ſolid. Sed ſi de poſſeſſione alicuius ligna portauerit pro igne, decem ſolidos pro banno ſoluat. Si in ſiluis, vel poſſeſſionibus aliorum lignum ab ędificio, ſeu vinçariam inciderit, quadraginta ſolidos pro banno ſoluat. Si autem de

ſiluis

ſiluis exportauerit ligna, uiginti ſolidorum pęna puniatur. Ita quod de omnibus pęnis ſupradictis medietas ſit Communis, & alia damnum paſſi. Et delinquentes ſemper damnum paſſo emẽdare teneatur. In quibus pęnis pater teneatur pro filio, maritus pro uxore, frater maior pro fratre minore domeſtico ſuo. Nec audeat aliquis facere varcum, vbi ſunt arundines, ſiue cãnę pęna viginti ſolidorum de qua medietas ſit cuiuslibet accuſare volentis.

De pęna damnum dantis perſonaliter in horto. Rubr. CLXII.

SIQVIS maſculus, vel fęmina tàm Ciuis, quàm aduena cuiuſcunque ſtatus, & conditionis exiſtat, maior tamen decem annorum, damnum dederit perſonaliter ĩ aliquo horto ſito in territorio, & diſtrictu Recaneti, portãdo foleas, olera, cępe, porros, ortulanas, milonos, caules, melãgulas, pertiſimulos, rapas, anitos, & alias foleas, vel quoſcũq; alios fructus actos ad comedendũ pro vſu hominis exiſtẽtes in eodem horto, vel non exportando, ſi de die fuerit, ſoluat Communi de facto centum ſol. ſine aliqua remiſſione; Et ſi fuerit de nocte, ſoluat Communi decem libr. denar. de facto, ſine aliqua remiſſione, & ſemper teneatur damnum paſſo emendare. Et dictę pęnę exigãtur de facto per Poteſtatem, & eius officiales, vel per Notarium damnorum datorum. Et quilibet poſſit accuſare, & denũciare de prędictis coram Poteſtate, & eius Curia, vel Coram Notario damnorum datorum, & eius Curia cum vno teſte fide digno. Et licitũ ſit cuilibet hortulario, & alijs facientibus hortum, qui haberent in eorum poſſeſſionibus horta quãdo inueniret malefactorem, & damnum dantem in dictis hortis capere, & detinere, & Curię Poteſtatis, vel ipſi Poteſtati, & ſuis officialibus, vel curię Notarij damnorum datorum dictę Ciuitatis, qui nunc eſt, & pro tempore fuerit, pręſentare: qui Notarius poſſit, & debeat inquirere, & procedere ſũmarie, & de plano, de facto, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, oĩbus ſolemnitatibus iuris prętermiſſis, Et repertos culpabiles punire, & condemnare in ſupradictis pęnis, & accuſationes, ſiue denunciationes in prædictis recipere. Et ſi per Poteſtatem, & eius Curiam cognoſceretur de ipſis damnis, ipſe Notarius

damnorum datorũ ſe nullatenus intromittat, immò careat omni vigore. Et ſi famulus, vel pactualis alicuius perſonę damnum dederit in dictis hortis, & hortalibus, & fuerit cum cõſenſu, mandato, ſiue volũtate ipſius domini, ac patroni, vel receptauerit in domo ſua propria, vel conducta, vel alio loco, poſt quam ſciuerit ab eo damnum datum eſſe, condamnetur de facto ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura Iudicij ipſe dominus, vel patronus, in decem libris denar. Comuni prędicto; & in emendatione damni paſſo. Et in defectu ſolutionis, malefactor, & damnũ dãs in dictis hortis, ſiue hortalibus ſi ſoluere noluerit, vel recuſauerit dictas pęnas, per totam Ciuitatem Recaneti fuſtigetur. Et ad pęnam pecuniariam teneatur pater pro filio, maritus pro vxore, frater major pro minori domeſtico, & cohabitãti ſuo. Quarum pęnarũ medietas ſit Communis, & alia damnum paſſi.

De pęna damnum dantis in Arboribus fructiferis bactendo fructus arborum probeſtijs. Rubr. CLXIII.

DAMNVM in ferens in arboribus fructiferis domeſticis tãtùm vbicunq; ſitis, bactendo poma, & fructus earum pro beſtijs, ſoluat bannum cẽtum ſolid. de die, ſi verò de nocte ſoluat pęnã decem libr. ſine remiſſione aliqua in quolibet dictorum caſuum. Et ſufficiat ſacramentum accuſantis dicentis ſe vidiſſe & inueniſſe, cũ vno teſte, & habeatur pro plena probatione, Sacramento ſolius damnum paſſi dicentis ſe uidiſſe, & inueniſſe de die ſtetur vſq; ad quantitatem viginti ſolidorum. Si de nocte affirmãdo ſe recognouiſſe, & inueniſſe, accuſatus quadraginta ſol. pro bãno ſoluat. Relationi verò Notarij ſiue officialis, qui acceſſerit ad inueſtigãdum pro dictis damnis, credatur, & ſtetur, & eius dictum habeatur pro probatione legitima.

De pena damnum dantis in glandibus. *Rubr.* *CLXIIII.*

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod ſi damnum datum fuerit in glandibus alienis, eas bactendo, & cadere faciendo, talis bactens, & cadere faciens ſoluat pro pena quadraginta ſolidos denar. Si verò in ejuſdem glãdibus damnum datum fuerit cum porcis, vel ſcrofis, ſoluat cuſtos, aut dominus eorũ, ſiue earum pro qualibet vice, & quolibet animali, de die decem ſol. de nocte verò viginti ſolid denar. De damno autẽ dato in ſiluis noſtri Cõmunis, ſeruari volumus formam ſtatuti poſiti in quarto libro, ſub Rubrica de arboribus fructiferis non incidendis in ſiluis Communis &c.

De pena colligentis agreſtas, & vuas. *Rubr.* *CLXV.*

ITEM addendo ſtatutis, & reformationibus quibuſcunque loquentibus de damno dato in vinea perſonaliter, ſtatuimus, quod quicunq; damnum dederit in vinea alicuius perſonaliter, & collegerit, ſeu exportauerit vltrà tres raſpos agreſtarum, ſeu vuarum, ſoluat penam centum ſolid. den. ſine remiſſione pro qualibet vice, & ſemper damnum emendet ſecũdum formam ſtatutorum Recaneti.

De pena mictentis granum, vel couos exportantis. *Rubrica* *CLXVI.*

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod quicunque perſonaliter dãnum dederit in grano, ſeu alio blado alterius a Kalẽdis Aprilis in poſterum, vel metendo granum, ſeu bladum alterius, vel meſſium couos exportando, ſi de die, ſoluat centũ ſol. den. pro qualibet vice ſine remiſſione, ſi verò de nocte,

ſoluat decem libr. denar. ſine remiſſione pro qualibet vice. Et in quolibet dictorum caſuum teneatur emendare damnum ſecundum formam ſtatutorum Recaneti, & ſtare debeat, & detineri octo diebus continuis in carceribus Communis Recaneti.

De pęna deferentis herbas de fenarijs ſuis, vel alienis certis temporibus, & damnum dantis in eiſdem cum beſtijs groſſis. Rubr. CLXVII.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod nullus audeat, vel pręſumat à Kalendis Martij vſq; ad Kalendas Iunij metere, vel aſportare herbas de fenarijs ſuis, vel alienis, pęna quadraginta ſol. pro qualibet ſalma, vel faſſio, ſi ſalmã nõ fecerit, vel aſportauerit. Si verò aliquis poſt Kalendas Iunij apportauerit de fenarijs alienis ſine licentia Domini Fenarię, vel fenariarum herbas, vel fenum, eandem pęnam modo prędicto perſoluat. Quod ſi in dictis fenarijs damnum datum fuerit à Kalendas Martij, vſque ad Kalendas Iulij cum Boue, Vacca, equo, vel equa; Si de die ſoluat dominus, vel cuſtos eorum, decem ſolid. pro quolibet, & qualibet vice; Si de nocte viginti ſolid. den. ſoluat pro quolibet, & qualibet vice. Adijcentes, quod in ſingulis caſibus damnorum datorũ, damnum emendetur ſecundum formam ſtatutorum Recaneti loquentium de emenda prędicta, & quod medietas pęnarum ſit Communis Recaneti, & altera damnum paſſi.

De damnis datis cum animalibus, & eorum punitione, & per quos debeat emendari damnum, ſi non reperitur dans damnum. Et quod Dominus teneatur pro ſuo pactuali, & bubulco non exiſtente ſoluendo. Rubr. CLXVIII.

BOVE, Vacca, Iumento, Somerio, ſeu Beſtijs eorundem generum, fęminini ſexus, ſeu maſculini, Si quis damnum ſubſtinuerit in vinea, horto, frumento, ſeu blado, & canneto, cuſtos animalis, aut Dominus, ſi cuſtos non inueniretur, ſoluat pro bannò pro quolibet animali, ſi de die damnum datum fuerit xx. ſolid. Si de nocte quadraginta ſol. Si verò

cum

cum dictis animalibus in arboribus fructiferis fuerit illatum damnum decem ſol. pro banno ſoluat pro quolibet animali ſi de die, ſi de nocte, viginti ſol. Si verò in vinea cum porco, ſcrofa, ſeu capra damnum datum fuerit, decē ſol. Si verò in arboribus fructiferis, tres ſol. ſoluantur pro quolibet animali. Si autem in herba cuſtodita, ſeu vincaria, dictam pœnam ſoluat. Quod ſi cum Boue, Aſino, Iumento in herba cuſtodita, ſeu vinçaria, decē ſol. pœnam ſoluat. Si in ſtipula, quinque ſolid. pro quolibet animali. Excipimus quod ſi boues aratorij, ſeu porci, capræ, Bicci, ſcrofæ, vel pecudes, & cetera animalia eiuſdem generis fuerint repertæ paſculare in ſtipula, & ſodo, & etiam in locis, in quibus ſtant arbores fructiferæ, & fructus domeſticos producentes, ad pœnam aliquam non teneantur, niſi reperti fuerint damnum dare in fructibus dictarum arborum, quod tunc pęna impoſita ſolui debeat. Si verò fuerint reperti damnum dare comedendo, & rodendo dictas arbores, tunc pęnam decem ſolid. pro quolibet boue, & capra, ſiue biccos, cuſtos aut Dominus ſoluere teneatur. Si in vinea, & canneto diſculto per triennium, & non laborato, pro quolibet dictorum animalium quinque ſolid. pro banno ſoluat ſi de die, ſi de nocte decem ſolid. Si autem cum pecudibus, vel alijs animalibus non nominatis damnum datum fuerit in horto, vinea, frumento, blado, quinque ſol. pro quolibet animali de die, de nocte verò, ſi in herba cuſtodita de die fuerit, duos ſolid. ſi de nocte, quatuor ſol. pro banno ſoluat pro quolibet animali. Statuentes, quod in ſingulis caſibus ſupradictis, & infraſcriptis ſemper cuſtos animaliū, vel Dominus, vel patronus damnum paſſo emendet, ſecundum ęxtimationem fiendā per duos bonos viros eligendos per partes, qui electi, vel vnus pro parte teneantur ire ad locum, vbi damnum eſt illatum, & ęxtimare, & referre, & ſecundum, quod eis videbitur declarare, ſacramento ipſis electis primo, & ante omnia per Iudicem deferendo. Poſſitq; damnum paſſus, ſiue fuerit dominus poſſeſſionis, ſiue laborator eorūq; familię, Beſtias quas inueneritdamnum dare, ſi neſciuerint cuius ſint, ſua auctoritate capere, & ad curiam pręſentare ſine metu alicuius pęnę, vel banni, & eorum Domini, vel laboratoris ſacramento credatur, vſque ad quantitatē viginti ſolid. Ab inde verò ſupra, fiat ęxtimatio per dictos duos viros, vt ſupradictum eſt. Et ſi quis ſe opponeret reducenti dictas beſtias, & non permitteret dictas beſtias ducere, incurrat pœnam decem libr. denar. & credatur ſacramento reducentis cum dicto vnius teſtis fide di-

gni, quę pęna de facto ſoluatur Maſſario Communis Recaneti pro ipſo communi recipienti per delinquentem. S. d ſi quis viderit damnum da-ri, & Domino non dixerit bannum decem ſol. incurrat. Nec audeat aliquis cuſtos animalium portare aliquod genus armorum tempore pacis, pręter cultellum, & baculum, pęna decem ſol. Si verò in prato poſt Kalendas Martij vſq; ad Kalendas Iulij, aut in ſyluis ſpecialium perſonarum quocunque tempore damnum datum fuerit, ſi cum Boue, Aſino, vel Iumento quinque ſolid. Si cum capra triū ſol. pęna plectatur: Saluo quod de Boue à dictis Kalendis Martij, vſque ad Kalendas Iulij, puniatur damnum dans in dictis fenarijs, ſiue pratis, ſi de die in decem ſolid. pro qualibet beſtia bouina, ſi verò de nocte, in viginti ſolid. denar. pro qualibet. Saluo quod in omni tempore ſi damnū datum fuerit à porco, vel ſcrofa in pratis, vel fenarijs, pœna ſit pro quolibet, quinque ſol. Et quia grauiora damna, & certis temporibus illata, grauius ſunt punienda, addimus ſupradictis, quod ſi damnum datum fuerit cum bobus de nocte, porcis, ſcrofis, vel capris, vel biccis, in horto, vinea, vel in pomis pirorum, malorum, ficuum, oliuarum, vel aliarum arborum produ cētiū fructus domeſticos, talis dans damnum, pro ſua perſona tātum, & qualibet vicē ſoluere teneatur pęnam decem libr. den. noſtro Communi, & ſtare debeat decem diebus continuis in carceribus Communis Recaneti, & pro quolibet capite dictorum animalium, & vice qualibet ſoluat cuſtos, vel Dominus animalium, ſi cuſtos haberi non poſſet, vel non reperiretur quadraginta ſolid. denar. quod locum habere volumus in vinea, & pomis prædictis exiſtētib. in vinea, & horto, ſiue canneto à Kal. Martij vſq; ad Kal. Nouembr. Sed exiſtentib. in alijs locis teneatur ad eādē pęnā eas bactēdo, excurlādo, vel colligendo pro beſtijs. Si aūt dictis tēporibus inuenta fuerint dicta aīalia paſcere, & corrodere fructus arborum, non bactutos, lectos, vel ſcurlatos, ſoluatur pro quolibet dictorum animalium viginti ſolid. à Kalendis Martij vſque ad Kalendas Nouembris. Exceptis ficubus in quibus intelligatur à Kalendis Auguſti, vſque ad Kalendas Nouembris; in oliuis verò à Kalendis Octobris, vſque ad Kalendas Februarij. Saluo ſi infra dictum tempus eſſent oliuę recollectę, quod eis recollectis non teneatur ad pęnam, niſi prout de alijs poſſeſſionibus ſine oliuis. Quinimmò cuſtodiam neceſſariam iniungimus Dominis porcorum, caprarum, pecudum, & caſtratorum, & ſic iniungendo ſtatuimus, & ordinamus, quod à Kalendis men

ſis

ſis Octobris cuiuslibet anni in poſterum, nullus porcus, pecus, caſtronus, aut capra tranſitum faciat per poſſeſſiones Ciuium, aut habitatorũ Ciuitatis Recaneti, in quibus oliuę exiſtant, niſi primo dictæ oliuę ſint perfectę, & in totum collectę de poſſeſſionibus ſupradictis ad pęnam pro quolibet dictorum animalium, & vice qualibet quinque ſolid. denar. In horto verò locum habeat in quacunque parte anni damnum datum fuerit. Et ſemper damnum paſſo emendare teneatur, ſecundum ęxtimationem fiendam per duos homines, eligẽdos ſecundum formam aliorum ſtatutorum Ciuitatis Recaneti. Si verò de die damnum datum fuerit cum porcis, vel ſcrofis in vinea, horto, & pomis arborum producentium fructus domeſticos temporalibus, ſiue dictus cuſtos ipſorum, aut dominus, ſi cuſtos non reperiatur, ſoluat viginti ſol. denar. pro quolibet animali, & vice qualibet. Quod ſi damnum datum fuerit cum aliquo porco, porca, ſiue ſcrofa in Canneto, vel blado, ſoluat cuſtos dictarum beſtiarum, aut Dominus, ſi cuſtos non reperiatur, viginti ſol. den. pro qualibet beſtia, & qualibet vice de die, ſi verò de nocte, quadraginta ſolid. denar. & in quolibet caſuum, prędictorum ſemper teneatur damnum paſſo emendare, ſecundum ęxtimationem modo prædicto fiendam. Quarum pęnarum medietas ſit Communis Recaneti, & altera medietas damnum paſſi. Quod ſi in aliquo dictorum caſuum, ac etiam in alijs damnis datis, damnum datum fuerit in quibuſcunq; rebus cum bobus, & damnum dans ſciri non poſſet, quod tunc damnum prędictum emendari debeat per ſex bubulcos habentes proximiora laboritia loco, vbi dictum damnum datum fuerit; ſi verò damnum datum fuerit, aliter quam cum bobus, debeat emendari per decem proximiores vicinos loci, vbi dictum damnum datum fuerit. Et in quolibet dictorum caſuum, ſemper dominus teneatur pro ſuo pactuali, & bubulco, ſi dictus bubulcus, & pactualis haberi non poſſit, vel non eſſet ſoluendo. Ad quorũ omnium, & ſingulorum probationem ſufficiat probatio, quę ſecundum formam aliorum ſtatutorum Ciuitatis Recaneti loquentium de damno dato ſufficit: dummodo ſemper ſtetur relationi Notarij damnorum datorum Ciuitatis Recaneti de ſuis inuentionibus quoad pęnam Communi applicandam tantùm, & non quoad emendam damni prædicti.

De

De pęna ducentis, vel paſculari facientis beſtias minutas per mageſias alienas à Kalendis Septembris in poſterum. Rubr. C L X I X.

ITEM ſtatuimus pro bono, & vtilitate Ciuium dictę Ciuitatis, quod nullus audeat, vel pręſumat ducere, ſeu paſculari facere per magieſes, aut in mageſibus exitentibus in territorio Recaneti à Kalendis menſis Septembris in poſterum, vſquequo dictę magieſes fuerint ſeminatę oues, ſiue porcos, caſtronos, aut capras, ad pęnam duodecim denar. pro quolibet dictorum animalium, & vice qualibet, deinde in poſterum ipſis mageſibus exiſtentibus ſeminatis, ſeruentur alia ſtatuta, & ordinamenta dicti Communis de prędictis loquentia.

Quod non liceat giffare vltrà duos modiolos terrę, & de pœna dantis damnum. Rubr. C L X X.

ITEM ſtatuimus, quod non liceat alicui Ciui, vel habitatori, vel incolę Ciuitatis Recaneti de ſuis territorijs, & poſſeſſionibus giffare vltrà duos modiolos terrę, in quibus infeſtētes damna, incurrāt pęnam in ſtatutis Ciuitatis Recaneti contentam, ſi damnum datum fuerit in herba cuſtodita.

De pęna paſculantis in prima, ſecunda, vel tertia ſenaita cum porcis, vltrà numerum quinque porcorum. Rubr. C L X X I.

ITEM quod noſtri eſt officij debitum quantum nobis extat poſſibile cōmoda exquirere Ciuium Ciuitatis prædictę; Et ad euitandum grauia damna, quæ in poſſeſſionibus, ac fontibus ſpecialium perſonarum, & Communis Recaneti, quæ infra primam, ſecundam, & tertiam ſenaitas ſunt, frequentiſſimè cum porcis inferun-

tur,

tur. Idcirco ſtatuimus,& ordinamus,quod nullus audeat, vel præſumat paſculari facere,& quod quomodocunque porci, alicuius non paſculent in prima,nec in ſecũda, nec in tertia ſenaita Territorij dictę Ciuitatis Recaneti vltrà numerum quinque porcorum inter maſculos, & fęminas, ad pęnam quinque ſolid. pro quolibet porco, & qualibet ſcrofa, & prędicta vendicent ſibi locum tempore pacis tantùm. Excipimus tamen, à prędictis forenſes venientes cum porcis per dictas ſenaitas paſculantibus ad forum noſtræ Ciuitatis in die ſabbati, quos nolumus in pęnam aliquam occaſione dicti paſculi tantùm infrà dictas ſenaitas incidere, niſi damnum darent,quo caſu teneãtur ad pęnam in ſtatutis contentas.

De cuſtodibus faciendis ſuper denunciatione damnum dantium.
Rubrica C L X X I I.

AD omnium damnorum datorum euitationem, & ipſorum punitionem, pręſenti ſtatuto firmamus, vel prouidimus, certos cuſtodes per Commune ſecretos eligi ad ipſa damna inueſtiganda, denuncianda, & referenda hoc modo, quod in quolibet quarterio Rector, qui pro tempore erit cum conſiliarijs ſpecialibus ſecretè in principio ſui regiminis eligat ſex cuſtodes pro quolibet quarterio, qui cuſtodes poſſint, & debeant iuramento pręmiſſo, accuſare, & denunciare omnes, & ſingulos damnum dantes cum beſtijs, & ſine, & eorum, & cuiuslibet eorum denunciationi credatur vſque ad quantitatem viginti ſolid. denar. ſi voluerit ſecreto denunciare, & eorum nomen teneri in credentia. Si verò palàm voluerit denunciare, credatur relationi cuiuslibet cum ſacramento, ſi habuerit vnum teſtem de viſu, & habeatur eius denunciatio cum dicto vnius teſtis prędicti, pro plena, & ſufficienti probatione, quarum pęnarum tertia pars ſit Communis, & alia tertia damnum paſſi, & alia tertia ipſius cuſtodis denunciantis.

De modo, & forma procedendi ſuper damnis datis. Rubrica CLXXIII.

FORMA procedendi ſuper damnis datis talis deinceps ſeruetur, quod ad petitionem Domini poſſeſſionis accuſantis, ſeu denunciantis, aut laboratoris, vel etiam familię eorum, Guaſtaldi, vel Procuratoris, aut etiam cuſtodis Rector procedere debeat ad examinationem, & condemnationem damni dati perſonaliter, vel cum beſtijs. Et ſemper ſtetur ſacramento accuſantis de dominio, laboritio, poſſeſſione, filiatione, & domeſticitate, niſi contrarium probaretur. Item per accuſationem in certã hoc modo, accuſo, ſeu denuncio, omnes, & ſingulos quos dixerint tales teſtes dantes mihi damnum perſonaliter, vel cum beſtijs, deinde receptis, & examinatis teſtibus contra nominatos ad condemnationem procedatur ſicut ſi eorum nomina in accuſatione, ſeu denunciatione eſſent nominatim expreſſa. Steturque ſacramento denunciatoris, ſiue accuſatoris damnum paſſi dicentis ſe vidiſſe, & inueniſſe damnum dare vſque ad quantitatem viginti ſolid. Idem ſi eſſet vnus teſtis de viſu, ſi pęna eſſet eiuſdem quantitatis, vel maior, ſiue denunciatus fuerit contumax ſiue non, dummodò denuncians in ſua denunciatione exprimat diem dati damni. Si autem eſſet vnus teſtis de viſu, & ſacramentum damnum paſſi dicentis ſe vidiſſe, & inueniſſe, habeatur pro plena, & legitima probatione. Nec poſſit quis accuſare de damno dato cum beſtijs, niſi vſque ad quindecim dies a tempore dati damni. Quod ſi ſacramentum denunciantis aſſerentis vidiſſe, & inueniſſe fuerit reprobatum per accuſatum, ea die probantem ſe, vel animalia continuè in alio loco fuiſſe, denuncians duplum eius pęnę, quam denunciatus ſoluiſſet, ſi condemnatus eſſet, ſoluere compellatur, & denunciatus abſoluatur. Statuentes, quod in omnibus proceſſibus damnorum datorum procedi poſſit ſummariè, ſine ſolemnitate iudicij, ordinis, & figura, in quibus pater teneatur pro filio, Dominus pro pactuali, & frater pro fratre domeſtico, & cohabitanti ipſius non inuenti, vel exiſtentibus non ſoluendo. Quia ergo frequenter accidit, grauia damna inferri perſonaliter, vel cum beſtijs, & delinquentes neſciuntur, ſi damnum illatum fuerit in horto, vinea, canneto, ſegete, & arboribus fructi-

feris

ſeris per decem proximiores vicinos poſſeſſionis, in qua datum eſt damnum, volumus emendari ſecundum æxtimationem ſacramenti damnum paſſi, vſque ad quantitatem viginti ſolid. ab inde ſupra ſi damnum maiorem quantitatem excederet, æxtimetur per duos homines legales, per Iudicem deputandos, non derogando per hoc ſtatuto ſupra poſito ſub rubrica de damnis datis cum animalibus, illud in ſuo robore volumus permanere. Illud etiam ſtatuimus generaliter obſeruari, vt ſi damnum datum fuerit perſonaliter, vel cum beſtijs in rebus, vel poſſeſſionibus, de quibus collecta non ſolueretur Communi, damnum dantes nullam pęnam ſoluere compellantur, poſſeſſionibus proprijs Eccleſiarum, & Monaſteriorum, Hoſpitalium, & aliorum piorum locorum dumtaxat exceptis.

Quod in damnis datis pœnę integraliter perſoluantur.
Rubrica CLXXIIII.

STATVIMVS, & ordinamus, quod in damnis datis pœnę integraliter perſoluantur ſine aliqua diminutione, & quod non poſſint, nec debeant diminui per Officiales aliquos Ciuitatis Recaneti, ſed integraliter perſoluantur, & exigantur per Officiales damnorum datorum dictæ Ciuitatis Recaneti. Et quod ſi dicti Officiales aliquid de dictis pęnis dimitterent, vel diminuerent, incurrant pęnam decem libr. den. de ſuo ſalario retinendarum tempore ſui ſcindicatus, & medietas dictarum penarum ſit Communis Recaneti, & alia accuſatoris, ſiue damnum paſſi.

FINIS TERTII LIBRI.

INCI-

INCIPIVNT RVBRICAE QVARTI LIBRI.

DE priuilegijs, & iuribus Communis reinueniẽdis. Rubr. 1.

De recuperando, & manutenendo bona, & res ſpectantia ad Commune. Rubr. 2.

De arboribus fructiferis non incidendis in ſiluis Cōis. 3.

De correctione appretiorum, & de pęna non facientiũ ſcribere ſua bona in appretio, ſiue catasto Communis. Rubr. 4.

De domibus, & poſſeſſionibus Eccleſijs relictis de appretio Cōis caſſandis. 5.

De modo, & forma exigendi, & ſoluendi collectas. Rubr. 6.

De pœna collectas non ſoluentium. Rubr. 7.

Quod quilibet Ciuis, & habitator Recaneti tenens aliqua bona immobilia, teneatur ſoluere fumantia. Rubr. 8.

De pęna retinentium porcos in ſiluis Communis temporibus non permiſſis. 9.

De pęna vendentis de ſcoſſuijs Communis. Rubr. 10.

De modo, & forma repreſalias concedendi. Rubr. 11.

De ordine ſimiliter retinendo contra ordinantes aliquid contra noſtrum Commune atque Ciues, & habitatores Recaneti. Rubr. 12.

De exemptione nouorum Ciuium. Rubr. 13.

Quod nullus emat de bonis alicuius exbanniti. Rubr. 14.

De laboratoribus ad laborandum conductis. Rubr. 15.

Quod emendetur domus per Cōe deuaſtata cauſa reſiſtendi igni. Rubr. 16.

Quod liceat habentibus domos ab vtraq; parte vię pontem facere, & ſupra viam balconos, ſeu ſolarios. Rubr. 17.

De habentibus plateas, vel domos iuxtà vias, & carbonarias Cōis. Rubr. 18.

Quod habentes domos, ſeu muros iuxtà foſſos Communis teneantur feneſtras habere muratas, & de foueis retinendis matonatis ſupra viam. Rubr. 19.

Quod non fiant Caſſinę in Ciuitate, & burgbis. Rubr. 20.

De baliſtis Communis reinueniendis. Rubr. 21.

De rebus vetitis extrà territorium non trahendis. Rubr. 22. Quod moneta quę generaliter currit per Prou. Marchię poſſit expẽdi, & de ipſis ſoluti fieri. 23.

De arboribus pendentibus ſupra vias, vel terras aliorum. Rubr. 24.

Quod quilibet fumus faciens per ſe vnum modiolum terrę laboret. Rubr. 25.

Quod circli non fiant, vel operentur extrà Ciuitatem, & burghos. Rubr. 26.

De

De Becchariis, & forma vendendi carnes. Rubr. 27.
De electione superſtitum Beccariorum, paniſaculorum, tabernariorum, et eorum officio. Rubr. 28.
De officio Tabernariorum. Rubr. 29.
De officio paniſaculorum. Rubr. 30.
De officio Fornariorum. Rubr. 31.
De friſculariis, & artem friſculariorum exercentibus. Rubr. 32.
De ponderibus, paßibus, cannis, & menſuris. Rubr. 33.
De guarnellaribus, & textoribus. Rubr. 34.
De modo, & forma cantonum, copporum, & menſura calcinę. Rubr. 35.
De Molendinariis. Rubr. 36.
Quod domus Caſtri Portus locentur volentibus ibi continuè morari, & quod vna ſola locetur. Rubr. 37.
De Nundinis, & de ordine Nundinarum. Rubr. 38.
De ordinatione mercati, ſeu fori Communis, & de pęna picicaroli ementis aliquid ante tertias, & quod ortolarius vendat pro vno denario. Rubr. 39.
De Nauibus in noſtra riua exonerantibus, et carcantibus. Rubr. 40.
De pœna carcandi, ſeu diſcarcandi mercantias alibi, quam ante Portũ. Rubr. 41.
Quod nullus accoptimet totam mercantiam, qui mitteretur ad Portum, vel inde remitteretur. Rubr. 42.
Quod forenſis cum forenſe non faciat mercatum, vel ab eo emat aliquas mercantias. Rubr. 43.
De electione, & officio viariorum, ſeu eorum qui debent eſſe ſuperſtites ſuper aptatione, & reparatione viarum, pontium, fontium, & aliarum rerum Communium vniuerſitatis, & vicinorum aliquorum. Rubr. 44.
Quod aptetur fons ſancti Michaelis. Rubr. 45.
Quod aptetur fons Molliæ. Rubr. 46.
Quod aptetur fons paſſarorum. Rubr. 47.
De via faciendi ſuper poſſeßione Iannocti Domini Maßiocti, & aliorum. 48.
De fonte Varani actanda. Rubr. 49.
De reaptando viam, qua itur verſus Montezanum. Rubr. 50.
De aptando Fontem Pontis. Rubr. 51.
De Coclariis. Rubr. 52.
De viis iuxtà quas aliquis tenet ab vtroq; latere, & de his qui non habent exitum in vias publicas. Rubr. 53.
De pecunia, quæ percipitur de plenariis mittatur in actationę viarũ. Rubr. 54.

De

De cauando Flumen anaſę. Rubr. 55.
Quod dirizetur Flumen Muſcioni. Rubr. 56.
Quod acłetur ſons prouatę. Rubr. 57.
De via concedendi Fratribus Sancti Auguſtini. Rubr. 58.
De ſuſpenſione non facienda propè Ciuitatem. Rubr. 59.
De Fontibus aptandis. Rubr. 60.
De cauata Communis incepta, & facta in Flumen Potentiæ perficienda, & manutenenda. Rubr. 61.
De Traſanda Sanctæ Luciæ, & Sancti Angeli non incomborandis. Rubr. 62.
De lapidibus emendis pro Palatio dicti Communis perficiendo. Rubr. 63.
De ſolutione recipiēda ab Aduocatis, Notarijs, & Procuratoribus, & Arbitris, & Arbitratoribus. Rubr. 64.
Quod omnino fiat propoſita de proſtima carratellorum. Item de iuramento, & ſalario Bottacciariorum, & de pęna eorum, ſine licentia ſe abſentantium. Rubrica. 65.
De ſolutione Muratorum, Magiſtrorum Lignaminum, Bottacciariorum, & Barlettariorum. Rubr. 66.
De ſolutione Sartorum, Sutorum, & Cimatorum. Rubr. 67.
De ſolutione fienda menſurantibus terram. Rubr. 68.
De ſolutione Barberiorum. Rubr. 69.
De ſolutione Fabrorum. Rubr. 70.
De ſolutione Calceolariorum, ſiue cerdonum. Rubr. 71.
De ſolutione fienda aptantibus granum. Rubr. 72.
Quod vbi ſtatutum non loquitur de ſupradictis artibus, & in alijs, reducatur ad ſimilia. Rubr. 73.
De Senſalibus, & eorum electione atque officio. Rubr. 74.
De Carrarijs. Rubr. 75.
De electione quatuor bonorum virorum pro defenſione Communis. Rubr. 76.
De electione, & officio quatuor virorum ſuper fortificatione Ciuitatis noſtræ. Rubrica 77.
De pœna illius, qui officium Prioratus exerceret, qui adiuuaret, ſeu conſuleret alicui, qui quæſtionē, ſeu litem haberet cum Commune Recaneti. Rubr. 78.
Statuta ſuper artę lanę. Rubr. 79.
De quot ligis debet argentum laborari. Rubr. 80.
De ſubſidio præſtando ſtudentibus per Commune. Rubr. 81.
Quod Procuratores, vel Aduocati non poßint comparere pro alio ante litem conteſtatam,

teſtatam, nec intrare palatiũ Poteſtatis, niſi hora iuris reddendi. Rubr. 82.
De electione officio, & arbitrio Officialis duanę. Rubr. 83.
De ſolutione gabellæ infraſcriptarum rerum. Rubr. 84.
Quod liceat Ciuibus, & habitatoribus Recaneti apportare fructus ad Ciuitatem Recaneti, de eorum poſſeßionibus extrà territorium ſine gabella. Rurb. 85.
Quod ſoluentes gabellã poßint extrahere infra octo dies abſque aliqua alia ſolutione, niſi vendiderint dictam mercantiam. Rubr. 86.
Quod non exemptus ſoluat pro exempto. Rubr. 87.
De pęna ceſſantis, vel recuſantis ſoluere duanam, & non aßignantis mercantias. Rubrica 88.
De ſolutione conducentium per mare animalia. Rubr. 89.
De ſolutione gabellę pro tranſitu. Rubr. 90.
De quot pannis intelligatur ſalma pannorum. Rubr. 91.
De quot libris intelligatur ſalma mercantiarum. Rubr. 92.
Quid ſoluere debeat extrahens porcos de territorio Recaneti. Rubr. 93.
Quod ſoluatur gabella de rebus emptis in mari à Flumine Potẽtię vſq; ad Aſpiã. Rubrica 94.
De ſolutione gabellę à retinentibus animalia in paſcuo. Rubr. 95.
De conducentibus, & retinentibus Caſtronos in paſcuo, & territorio Recaneti. 96.
Quot diebus poſſunt retinere forenſes beſtias in paſcuo Cõis Recaneti. Rubrica 97.
Quod tenentes pecudes debeant tenere eas in hyeme ſicut in Aeſtate. Rubr. 98.
De pęna Ciuis retinentis beſtias forenſium in paſcuo Communis. Rubr. 99.
Quod equi ſclaui poßint teneri in territorio Recaneti per forenſes per octo dies. Rubrica 100.
Quot diebus Ciues poſſunt tenere in paſcuo equos ſclauos. Rubr. 101.
Quod quilibet retinens beſtias in paſcuo debeat eas dare in ſcriptis. Rubr. 102.
De gabella ſoluenda pro beſtijs conductis poſt ſolutionem gabellę primę. 103.
De electione, poteſtat, & officio Reuiſorum paſcuorum. Rubr. 104.
De pęna vendentis vinum ſine bulla. Rubr. 105.
De pęna carcantis, vel deferentis mercantias ſine bulla. Rubr. 106.
De ſtagiatoribus, & eorum officio. Rubr. 107.
De conducentibus caſtratos, & beſtias bouinas. Rubr. 108.
Quot beſtias poteſt retinere in paſcuo faciens carnes ad becchariam. Rubr. 109.
De pęna vendentis vinum non ſtagiatum ad tabernam, & vbi vendi debeat, & eius duana. Rubr. 110.

De gabella ſoluenda à vendentibus vinum ad menutum. Rubr. 111.
De pęna extrahentis ſal, & eius gabella ſoluenda. Rubr. 112.
De duana ſoluenda à beccharijs, & alijs vendentibus carnes. Rubr. 113.
Quod liceat vnicuique accuſare, capere, & arreſtare fraudantes duanam. 114.
Quod Poteſtas, & eius officiales debeant preſtare auxilium, & fauorem gabellarijs, & duanerijs. Rubr. 115.
De pęna fraudantis duanam peſę bladi, & quod nullus vadat ad macinandum abſque bulla. Rubr. 116.
De executionibus faciendis per Officiales Communis. Rubr. 117.
Quod forenſes terrarum in quibus noſtri Ciues ſoluunt maiorem gabellam, hic compellantur ſoluere eandem. Rubr. 118.
Quod conducentes animalia ad forum noſtræ Ciuitatis non teneantur pro ipſis ſoluere duanam. Rubr. 119.

FINIS

INCI-

INCIPIT LIBER DE IVRIBVS COMMVNIS CONSERVANDIS.

De priuilegijs, & Iuribus Communis reinueniendis. Rubr. I.

POSTQVAM de rebus, & negotijs ordinauimus ad ſingulares homines pertinentibus diuerſis modis, & formis, prouidimus de his quæ ſpecialiter ad rem publicam, in qua priuata continetur vtilitas, ſpectatur, feliciter ordinare. Vnde quia naturale vitium eſt negligi, quod Communiter poſſidetur, ad omnem negligentiam auferendam, & ſolicitudinē Rectoris, & Officialium in iuribus recuperandis Communis inducendnm, hac conſtitutione firmamus, quod Rector quilibet, qui noſtræ Ciuitatis Regiminis ſumet officium vigore præſtiti ſacramenti, & pęna centum libr. Communi ſoluenda, infra primum menſem ſui officij, ſimiliter cum Prioribus Populi teneatur ſolemnem inquiſitionem facere, & diligenter inueſtigare per ſe, & ad promotionem cuiuslibet ſingularis perſonę, contra nmnes, & ſingulos Ciues, & habitatores noſtrę iuriſdictionis, & omnem aliam perſonam, collegium, & vniuerſitatem, Communia, Ciuitates, & Terras pro reinueniendis, & recuperandis priuilegijs, inſtrumentis, iuribus, & ſententijs pertinentibus, competentibus, & ſpectantibus ad libertates, iuriſdictiones, conceſſiones, largitiones, conſuetudines, & honores ipſius Communis noſtri Populi Ciuitatis, & iuriſdictionis, ipſaque reperta, apud Ciuem, ſeu habitatorem noſtrum, ſtatim omni mora, & allegatione poſpoſitis deuenire faciat in Communi; apud alias verò repertas perſonas, ſeu alijs non noſtris ſubiectis tenentibus, expenſis Communis, recuperentur, ac ipſa reperta, & recuperata in ſcrineo ordinato ad conſeruationem iurium, ſententiarum, & actorum Communis, ſub cuſtodia ſcrineaij ad hæc deputati, diligenter recludi faciat, & reponi: vt cum opus fuerit cum tractaretur de noſtris iuribus allegandis in fauorem ipſius Communis ex ipſis haberi poſſit copia manifeſta.

ſa intrandi, & exeundi hoſtium domus ſuę. Ex quibus via non impediretur per eam ire perſonaliter, vel cum beſtijs, leuare, vel tollere non cogatur, nec pro his bannum ſoluere aliquod cogatur.

De arboribus fructiferis non incidendis in ſyluis Communis. *Rubrica* III.

ARBORES fructiferas, ſeu mala, pyra, & alias arbores iclarum, vel truncos crognalium, vel quercuum, vel aliqua ligna groſſa voluentia ſex palmis in ſyluis Laureti, cornialeti, vel alijs ſyluis Communis, nullus præſumat incidere, vel incidendo extrahere aliquo tempore, pęna vigintiquinque libr. pro qualibet vice, excepto quod liceat vnicuique ſine pęna apportare, & incidere ligna dictarum arborum ſicca pro lignis. Excepto quod quilibet poſſit apportare virgas crognalium cauſa triturandi granum. Et exceptis alijs caſibus infrà poſitis, & quilibet poſſit de prædictis accuſare cum vno teſte, & habeat tertiam partẽ banni, & eius nomen teneatur in credentia. Et quod incidẽs, vel exportans ligna crognalium de ſyluis Communis Recaneti, contra formam ſupradictam, ſoluat pęnam viginti ſolid. den. pro quolibet, & qualibet vice. Liceat etiam cuilibet noſtro Ciui, vel habitatori quemlibet forenſem non habitantem in noſtra Ciuitate, vel iuriſdictione, inuentum in aliqua ſylua Communis incidentem ligna, vel exportantem, expoliare, ferramenta, aſinos, & animalia, & nauiculam ſua auctoritate eis auferre, quod ſi inde accuſaretur, vel vexaretur, per Cõmune defendatur, & conſeruetur indemnis. Idem dicimus quod nemo præſumat in dicta ſylua Laureti, vel alia quacunque Communis, ligna incidere, vel incidi facere, vel extrahere cauſa portandi extrà Ciuitatem, & diſtrictum, vel vẽdendi alicui forenſi; ſi quis verò contrafecerit, pęnam quinquaginta libr. incurrat, quam ſi ſoluere non poterit, manus dextra ſibi debeat amputari. Et ſi capi non poterit, perpetuò ſit exbannitus dictę Ciuitatis, & eius diſtrictus in dicta pęna. Teneatur etiam Poteſtas quolibet menſe ſemel adminus, pęna decem libr. de ſuo ſalario in Communi ſoluenda, mittere vnum de ſuis Notarijs ad inquirendum, & videndum dicta ligna inciſa, & coadunata cauſa prędicta. Nulli autem liceat

fęnum campi ſugliarani, aut ligna de aliquibus ſyluis Communis alicui forenſi vendere, aut aliquomodo dare, vel concedere, contra faciens pęnam quinquaginta libr. incurrat. Quod bannum Poteſtas ſine accuſatore poſſit delinquenti auferre, ſi de ipſo maleficio ei legitime cõſtiterit. Liceat tamen cuilibet Ciui liberè, & impunè apportare in Recaneto ligna ſicca, & omnem generationem lignorum ſiccorum de ſyluis Cõmunis pro igne tantum, & incidere, & apportare ligna corgnalium quatuor virgas tantùm, cauſa triturandi bladum, vel pro cultrinis, & aratris. Excipimus eos, qui habitant in Portu Recaneti, & qui hoſpitarentur ibidem, quibus licitum ſit, tàm de dicto fęno, quàm de lignis poſſe habere pro ſuis neceſſitatibus, donec in dicto Portu moratentur, quod bannum delinquens ſi ſoluere non poterit, Rectoris arbitrio puniatur. Si quis verò in dictis locis ſi Ciuis noſter fuerit de dicto fęno, vel lignis furaretur, pęnam quadraginta ſolid. incurrat. Et cuilibet liceat accuſare, & habeat quartam partem banni. Volumus tamen, quod nulla perſona audeat, vel præſumat incidere, extrahere, vel portare, vel aliquo modo deuaſtare de canna, ſeu cannis ſtantibus in ſyluis, coronis, pratis, vel alijs locis dicti Communis, vſque ad Kalendas Nouembris, pęna, & banno contrafacienti quadraginta ſolidorum pro vice qualibet ſoluere compellatur. Et quilibet cõtrafacientem poſſit accuſare, & denunciare, & teneatur in credentia, & habeat medietatem banni. Et illud idẽ dicimus de Poteſtate, & quolibet alio Officiale Communis Recaneti, qui in prędictis delinquerint, ſeu delinqui fecerint, in duplici dictę pęnę puniantur per Priores, qui pro tempore fuerint, vel ſuos ſcindicatores, pęna decem libr. pro quolibet dictorum Priorum negligentiũ ad prædicta. Addimus inſuper, quod nullus Ciuis, vel forenſis debeat colligere, bactere, vel apportare glandes de ſyluis Communis Recaneti, vſque ad Feſtum ſancti Franciſci, pęna centum ſolid. pro quolibet, & qualibet vice. Et quilibet poſſit accuſare cum vno teſtę, & habeat tertiam partem pęnę prædictę. Statuentes inſuper, quod nemo debeat mittere, vel tenere in ſylua Laureti Communis Recaneti boues ſine licentia Priorum Populi Ciuitatis Recaneti, quę licentia debeat concedi receptis fideiuſſoribus à dicto tali, qui voluerit dictos boues mittere, vel tenere, quod non incidet aliquam arborem fructiferam in dicta ſylua ſub pęna vigintiquinque librar. denar. pro quolibet, & qualibet vice. Excepto ſi caſu caualcatę, fugiẽdo dictos boues in dicta ſylua, mitteret

tunc

tunc ad dictam pęnam non teneatur, quod ſi aliquis in dictam ſyluam boues miſerit, vel tenuerit, & aliquam arborem fructiferam in dicta ſylua inciderit, vigintiquinq; libr. denar. ſoluat de facto, & ſtet vno menſe in carceribus Communis Recaneti. Et ſemper Dominus pro ſuo famulo, vel bubulco teneatur pro dicta pęna pecuniaria. Et ſi contingat aliquã arborem fructiferam incidi in dicta ſylua, tempore quo boues tenerentur in dicta ſylua, & neſciretur quis eam inciderit, quod tunc alij tenentes, & habentes boues in dicta ſylua, teneantur ſoluere Communi Recaneti pro pęna centum ſolid. den. pro quolibet eorum, niſi dictum delictum clarè monſtrauerint per quem fuerit commiſſum. Et de prædictis quilibet denunciare, & accuſare poſſit, & habeat medietatem pęnarum prædictarum, & teneatur in ſecreto. Et quod Officialis damnorum datorum Communis Recaneti teneatur ſemel in hebdomada ire, vel mittere ſuum Notarium ad inueſtigandum prædicta, pęna cẽtum ſolid. den. pro qualibet vice. Et de prædictis quilibet Officialis noſtræ Ciuitatis procedere, & condemnare poſſit.

De correptione apprętiorum, & de pęna non facientium ſcribere ſua bona in apprętio, ſiue Cataſto Communis. Rubr. IIII.

CVM ſecundum res poſſeſſas, onera debeat ſubire poſſeſſor, nec vltrà quã poſſidet, debeat aggrauari prouidimus, vt primo menſe regiminis cuiuslibet, Rectores, & Priores Populi eligant quatuor bonos, & legales Notarios, vnum per quodlibet quarteriũ, qui ſint adminus ętatis quadraginta Annorum ad corrigendum apprętia ſingularium perſonarum, ex quibus debeat ſolui collecta Communi, quorum officium ſit, & eſſe debeat in demẽdo, & caſſando bona, & res poſita in apprętio alicuius perſonę, quæ poſſiderentur, vel quæ poſita alienarentur in aliam perſonam ſuppoſitam iuriſdictioni Communis, vel diminuendo vbi error inueniretur in apprętio in maiori ſumma, quod eſſe deberet, augumentando vbi Commune inueniretur deceptum, & ponendo in apprętio omniũ res, quas poſſidere inueniretur alicui quocunq; titulo inter viuos, vel vltimę voluntatis. Ita tamen quod non caſſent de apprętio vnus aliquam rem, niſi in alterius

apprętio ponatur, & pręſentibus his, & volentibus in quorũ apprętio ſit diminutio, & additio rerum; caueant tamen ne de apprętio alicuius ſubiecti iuridictioni Communis demant rem aliquam, quę alterius ſimili modo iuridictioni Communi ſubiecti apprętio non adderetur. Exceptis rebus, & poſſeſſionibus Eccleſiarum, Monaſteriorum, ſiue Hoſpitaliũ in quibus ſubſequens ſtatutum ſeruetur. Teneantur et prędicti quatuor Notarij omnes poſſeſſiones forenſium, & bona immobilia in territorio noſtrę Ciuitatis, & iuriſdictionis conſtituta in apprętio eorum ſcribere, vt de his ſicut de alijs bonis, & rebus Ciuium collecta ſoluatur Cõmuni, poſſint quę res apprætiatas, deſtructas, & ãnichilatas de apprętio demere, eaſque ſecundum valorem minorationis in apprętio corrigere, errorem ſenaitarum auferre, & ad veritatem ſecundum cõſuetudinem reducere, & omnia alia facere, exequi, ac operari, vt omnis error ſit de apprętio ſublatus, & vnuſquiſque pro rebus, quas poſſidet tantùm onera collectarum agnoſcat, & de nulla poſſeſſione, ſeu re immobili in territorio noſtro poſita, pręter res Eccleſiarum, & Monaſteriorum, ac aliorum [illegible]erabilium ſpiritualium locorum, & domorum collecta perdatur Communi. In quibus negligens Poteſtas, centum libr. quilibet ex Prioribus decem, quilibet corrector pro vice qualibet, pęnam centum ſolid. incurrant. Studeant quoque idem correctores ſub pęna prædicta, quotiens collecta per apprętiũ imponeretur, facere ſcribi quaternos ex quibus exactio collectę fieri debebit ſecundum additiones, & diminutiones factas per eos in quaternis ſuis correctionum, ita quod nullo modo collectę exactio incipi poſſit, niſi ipſis quaternis, ex quibus exactio fieri debet correctis, & declaratis per e[illegible]. Quod etiam Poteſtas, & Priores eſſectualiter facere obſeruari procurent, ſub pęna ſuperius declarata. Et quod Priores Populi teneantur, & debeant quolibet anno de menſe Ianuarij facere renouationem, & electionem de ipſis quatuor Notarijs, ſimiliter, dictis apprętijs fiẽdis, addẽdis, minuẽdis, & corigẽdis pro pęna quadraginta ſol. pro quolibet ipſorum. Statuentes prætera, quod quęlibet perſona Ciuis, vel forenſis cuiuſcunque conditionis exiſtat teneatur, & debeat omnes ſuas poſſeſſiones, & domos, quę non eſſent ſcriptę in ſuis ęxtimis, vel in cataſto, ſeu apprętio Communis dictę Ciuitatis, & quę inuenirentur poſſeſſę, vel poſſideri per eam ſcribi, & poni facere in dicto ſuo apprętio ordinatè infra octo dies à die facti bannimẽti per pręcones dictę Ciuitatis, ita quod inueniantur, & reperiantur ſcriptę in di-

cto apprętio, & cataſto, & ſi quis contrafecerit in quolibet prędictorum caſuum, condamnetur per Poteſtatem, vel eius Officiales de facto, ſine remiſſione aliqua, dum tamen excepto, quod non præiudicet dictum ſtatutum prętendenti iuſtam cauſam ignorantię in decem lib. den. vſualis monetę abſque condemnatione de eo fienda.

De domibus, & poſſeſſionibus Eccleſijs relictis de apprętio Communis caſſandis. Rubr. V.

AD reuerentiam omnipotentis Dei, & omniũ eius ſanctorum, & ſanctarum ſtatuimus, & ordinamus, quod omnes domos, terras, & poſſeſſiones, relictas in teſtamento, vel codicillis alicuius, aut quocunque alio titulo datas, vel donatas, dedicatas, ſeu acquiſitas Eccleſijs, Monaſterijs, Cappellis, Altaribus, ſeu Hoſpitalibus iſtius Ciuitatis, aut alicui ipſorum, Priores dictę Ciuitatis, qui pro tempore fuerint, teneantur, & debeant ſine aliqua deliberatione Conſilij dicti Communis ad petitionem illorum, quorum fuerint dictę domus, terrę, & poſſeſſiones, vel eorum hęredum, ſeu quorũ intereſt facere, adimi, tolli, diminui, & caſſari de apprætio eorum, & dicti Communis. Et quod non grauentur aliquo modo directè, vel indirectè in collectis, vel datijs impoſitis, vel imponendis, ſtatuto aliquo in contrarium loquente non obſtante. Et prędicta locum habeant cũm legitimè probatum, & declaratum fuerit coràm dictis Prioribus Populi, dictas domos, & poſſeſſiones ad dictas Eccleſias, Monaſteria, Cappellas, Altaria, vel Hoſpitalia, ſeu ad aliquod ipſorum perueniſſe, vel pertinere. Et ſi contingerit aliquo tempore, quod aliqua res dictarum Eccleſiarum, ſeu dictorum aliquorum locorum, vel aliquorum quorumcunq; ad aliquem ſecularem perueniret, ſeu pertineret, ex quacũq; cauſa, vel titulo, dictus ſecularis, ad quẽ dicta res peruenerit, teneatur, & debeat, facere ſibi poni ĩ ſuo apprętio, & cataſto dicti Communis, infra ſpatium vnius menſis, poſtquam res ipſa ad eum peruenerit, pęna, & banno centum ſol. & ammiſſionis dictæ rei, quæ res deueniat in Communi.

De

De modo, & forma exigendi, & ſoluendi collectas. Rubr. VI.

OMNES homines pro his rebus immobilibus, quas poſſident proprijs, vel alienis de quibus fructus percipiunt, ſeu percipi faciunt in noſtro territorio, & diſtrictu Ciues, habitatores, vel forenſes, & etiam ſi de his fructus non percipiunt, dum tamen poſſidere quocunq; modo, vel titulo inueniũtur, collectas omnes tàm prçteritas, quàm futuras per noſtrum Coẽ impoſitas, ſoluere compellãtur. Quod ſi forenſis non ſolueret, ſeu ſolui non faceret, res ipſe ſecundũ quãtitatis ſummam collectç impoſitç contingentis eiſdem, publicentur Cõmuni. Ita quod per ſcindicum noſtri Cōis pro ipſa quãtitate collectç debita, vendi poſſint in tantum, quantum ſufficiat ad ſummam collectç ſoluendç. Sed ſi alienatio, vel trãslatio alicuius rei in apprçtio alicuius ſcriptç, & per eum poſſeſſç, ex qua collecta ſolueretur, vel eſſet ſoluta Communi, fieret in aliam perſonam exemptam, ex qua alienatione, ſeu tranſlatione exactio collectç fieri non poſſet contra perſonam de nouo poſſidentem, pçnã vigintiquinq; libr. Communi ſoluat. Nihilominus, & collectam ſemper ſoluere teneatur. Exceptis rebus immobilibus, deuenientib. ad Eccleſias, Cappellas, Altaria, Monaſteria, Hoſpitalia, ſeu ad domos, & loca ſpiritualia quoquo modo, in quibus ſuper proximum ſtatutum ſeruetur. Prçterea nullus audeat laborare de terrenis, & poſſeſſionibus de quibus collecta non ſolueretur Communi. Exceptis rebus Eccleſiarum, & Monaſteriorum, pçna decem libr. & collectas ſoluere compellatur. Idem volumus obſeruari in omni laboratore, accoptimatore, fructuum emptore, vel quomodolibet de aliqua poſſeſſione fructus perciperet, ſeu in rem immobilẽ prçcario, vt conductor, vel inquilinus, vel gratis, aut quocunque alio modo teneret, vt ceſſante domino, vel poſſeſſore ipſius rei immobilis collectam ſoluere Communi, ipſe laborator, conductor, vel alio quocunque modo detentor ad ſolutionem collectarum, vſq; ad ſummam apprçtij rei detentç cogatur inuitus; reſeruato ſibi iure contra dominum poſſeſſorem, locatorem, vel ſibi modo aliquo concedentem.

De pęna collectas non ſoluentium. Rubr. VII.

QVOTIENS infra terminum in conſilio in quo collecta imponitur ſtatutum, bannimentis pręmiſſis in ſolutione ipſarum collectarũ fuerit ceſſatum per aliquam perſonam poſt terminũ, ab eo totius collectę, & quarto pluri, exactio fieri poſſit: vt metu pęnę cęteri infra terminum ſtatutum ſoluere ſollicita cura procurent. Quarum collectarum exactiones Poteſtas, ſeu Rector per ſuos officiales, & familiam fieri faciat cum effectu, cogendo perſonas non ſoluentes, & in palatio retinendo, pignora domorum hoſtia accipi faciẽdo, dum tamen à deuaſtatione, ſeu diruptione domorum, vel habitationum deſtructione, proiectione, aut ruptione copporum, vel ruptione murorũ, ſeu parietũ prorſus abſtineat, & abſtinere faciat officiales, familiã, baiulos, exactores, & perſonam quamcunq;. Itẽ volumus, quod Priores Populi, qui pro tempore fuerint, poſſint, teneãtur, & debeant in principio officij ipſorum eligere, & nominare vnum, vel plures rationatores collectarum impoſitarum, ante dictum eorum officium non ſolutarũ in termino hominibus impoſito, & ſtatuto in conſilio generali; qui ſic electi habeant Poteſtatem exigendi collectas, vt ſupradictum eſt, tàm à nõ ſoluentibus, quàm ab exactoribus ipſarum, & inquirant ſic electi, tàm cõtra exactores, qui collectas exactas non reſtituerĩt Cõi, quàm contra ſingulares perſonas, quę exactoribus non ſoluerit, ipſaſq; nõ ſolutas, & Communi nõ reſtitutas ab exactoribus cum duplo exigant; à ſingularibus perſonis cum qnarto pluri, Rectore eis prębente auxilium, & fauorem, officiales, & familiam ad requiſitionem ipſorũ, de quo quarto pluri à ſingularibus perſonis exacto, medietas ſit Communis, alia ſit ipſorũ Rationatorum pro ipſorum ſalario, & labore. In quorum quolibet capitulo, ſi Rector neglexerit, pęnam centum libr. ſoluere Communi cogatur. Et ipſi exactores collectarum, qui negligentes fuerint, non exigẽdo collectas à perſonis, à quib. exactio fieri poſſet, de ſuo proprio collectas nõ exactas Cõi ſoluere cõpellantur. Sed ſi tẽpore collectę impoſitę aliquis noſter Ciuis, vel hĩtator in alio loco carceratus detineretur, vel ĩuitus, ipsã collectã ſoluere nõ teneatur, nec pro tẽpore captiuitatis, vel detẽtionis, nec poſt ſuũ reditũ, redẽtionẽ, vel ẽt reuerſionẽ; volumus ẽt

quod

quod ſi quis de dicta Ciuitate, & eius diſtrictu, haberet appretium, & cauſa decipiendi Commune in ſolutione collectarum per fumantem, & ſe coniungeret, ſeu coadunaret cum aliquo, teneatur, & debeat ſoluere collectam impoſitam per fumantem, ſicut alij ſoluunt, & poni debeat in libro fumantium, & in cartucijs per illos, qui poſiti ſunt pro Communi ad faciendum fumantes, & cartucias, non obſtante, quod ipſi tales, qui dictum appretium coniungerent, ſeu coadunarent cum aliquo. Et prędicta dicti Officiales teneantur executioni mandare, pęna centum ſol. pro quolibet. Volentes inſuper, quod hominum malitijs obuietur, ſtatuimus, quod nullus exactor collectarum audeat, vel præſumat ponere, nec ſcribere, ſeu ſcribi facere in quaterno ſibi dato, & aſſignato per aliquem officialem Communis, nec diminuere, nec cancellare aliquem de dicto quaterno, nec aliquam collectam exigere ab aliquo, qui non eſſet ſcriptus in dicto quaterno ſibi aſſignato. Et ſi quis ex dictis exactoribus fęcerit contra prædicta, vel aliquod prędictorum, puniatur pęna xxv. lib. per Poteſtatem dictę Ciuitatis, qui pro tempore fuerit.

Quod quilibet Ciuis, & habitator Recaneti tenens aliqua bona immobilia teneatur ſoluere fumantiam. Rubr. *V I I I.*

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod quilibet Ciuis, & habitator dictę Ciuitatis poſſidens, ſeu tenēs aliqua bona immobilia, teneatur, & debeat ſoluere fumantiam, prout fuerit impoſita pro Communi, & ipſam recuſare non poſſit nulla ratione, & quęſito colore. Et ſi aliquis Ciuis, & habitator dictę Ciuitatis, qui non poſſideret aliqua bona ſtabilia, & eſſet ſufficiens ad ſolutionem dictę fumantię, quod ipſam fumantiam ſoluere teneatur. Et quod Domini Priores Populi dictę Ciuitatis, qui erunt de menſe Nouembris in ipſo officio Prioratus, vinculo ſacramenti, & pęna pro quolibet ipſorum Priorum decem libr. den. eis auferenda per Rationatores ipſorum Priorum de facto, ſine remiſſione aliqua, teneantur & debeant ordinatè ſcribi facere in quaternis fumantię omnes, & ſingulos homines, & perſonas dictę Ciuitatis, qui poſſiderent aliqua bona, vel res immobiles, & qui non poſſiderent res immobiles. Et quod examinatio, & correctio illorum non poſſidentium aliqua

bona

bona immobilia per ipſos Dominos Priores non poſſit fieri, niſi in Conſilio Dominorum Priorum Populi, Ancianorum, & vigintiquatuor Populi ad buſſulas, & palluctas, aliàs facta non teneat ipſo iure. Et ſi vllus Prior, vel omnes Priores, qui pro tempore erunt, vel quis alius Officialis dictæ Ciuitatis, caſſaret, vel cancellaret aliquem de ipſis fumantibus, qui eſſent ſcripti in quaterno ipſorum fumantium, quod per Rationatores ipſorum de facto, ſine aliqua remiſſione condamnetur in decem libr. & deueniant in Communi. Et quod quilibet exactor dictæ fumantię vinculo ſacramenti, & pęna centum ſolid. pro quolibet ipſorum de facto, ſine remiſſione aliqua per Poteſtatem, & eius officium auferatur, & deueniat in Communi. Teneatur, & debeat exigere omnes homines, & perſonas ſcriptos, vel ſcriptas in quaternis fumantię, qui reperirentur habitare in Ciuitate, vel diſtrictu Recaneti. Et nihilominus teneatur de ſuo proprio ſoluere.

De pęna retinentium porcos in ſyluis Communis, temporibus non permiſſis.
Rubrica IX.

NVLLVS audeat retinere, vel habere in ſyluis Communis porcos à Kalendis menſis Auguſti, vſq; ad carniſpriuium, niſi qui emerit fructus eiuſdem à Cõmune, vel ab alio, qui emerit à Commune. Qui verò cõtrafecerit perdat medietatem omnium porcorũ, qui reperti fuerint, vel habuiſſe cõſtiterit in eadem. Cuſtos verò porcorum prędictorum incurrat pęnam vigintiquinq; libr. quam ſi non ſoluerit infra terminum quindecim dierum poſt condemnationem de eo latam, per Ciuitatem fuſtigetur. Liceat tamen Reuiſoribus paſcuorum, & alteri cuicunq; porcos in ſyluas inuentos infrà dicta tempora, reducere, & ad curiam pręſentare ſine pęna, & banno, & reconducens partem mediam dictę medietatis porcorum conſequatur.

De pęna vendentis de ſcoſicijs Communis. Rubr. X.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod habentes de ſcoſſicijs Communis Recaneti non poſſint, nec debeant ea vendere, nec in alium transferre, & ſi contra factum fuerit, non valeat, & contrafaciens, pęnam incurrat centum ſol. & quilibet accuſare poſſit, ſeu denunciare, & medietatem banni habeat.

De

De modo, & forma repreſalias concedendi. *Rubr.* X I.

LICET de iure Communi pignorationes, ſeu repreſalię regulariter fieri non debeant, tamen Ciuitatibus, & Terris iuſtitiam facere negligētibus, iuſtum, & equum eſt, & à iure permiſſum, contra ipſas Ciuitates, & Terras, & habitatores earū repreſalias debere concedi. Ideoque pro iuribus noſtrorum Ciuium recuperādis, auctoritatem iuris noſtri ſequuti, prouidimus ordinandum, vt cum noſter Ciuis, vel habitator ius haberet cōtra aliquē forēſem, ſeu iuriſdictioni noſtrę nō ſubmiſſū, quod proſequi corā ſuo Iudice nō poſſet, nec ſuper eo iuſtitiā reportare, facta fidę de his corā Rectore, & Prioribus Populi, Coē, ſeu Iudex ipſius forenſis, ſeu nō ſubiecti per binas literas ſigillo Coīs ſigillatas, vel per ambaſciatores, expēſis cōquerētis requiri debeat per noſtrū Coē, vt noſtro Ciui, vel hītatori iuſtitiā exibeat iuris ſui cū effectu debitū petitū, & legitimè probatū reſtitui faciat, & de eo integraliter ſatisfieri; quibus pręcedētibus ſi eidē noſtro Ciui, vel hītatori iuſtitia negaretur, ſeu debitū recuperare non poſſet, per Commune prouideatur ſibi repreſaleas concedendi tàm contra Commune, quàm contra ſingulares perſonas illius Ciuitatis, & Terrę modo prędicto inſtitiam negligentis. Similiter ſi alicui noſtro Ciui, vel habitatori extrà, vel infrà noſtrum territorium, & diſtrictum derubatio facta foret, vel res aliquę, pecunia, animalia ſibi eſſent ablata per aliquos, ſeu prębentes derubatoribus auxilium, conſilium, vel fauorem, ſeu rubatores ipſos receptantes, Communitas, vniuerſitas, vel alia ſingularis perſona, vel coactus eſſet aliquid dare, vel ſoluere, occaſione aliquarum reprehenſaliarum contra noſtrum Commune, Ciuem, vel habitatorem in loco aliquo conceſſarum, aut iniuſtè, vel indebitè vexatus, vel detentus, cuius occaſione res ſuas amitteret, pecuniā ſolueret, expenſas faceret, vel ſua aliter intereſſet, vt modo prędicto eidem Ciui, vel habitatori noſtro, vel repreſaleis conſulatur. In quarū repreſalearum conceſſione iſte modus ſeruetur, quod factis requiſitionibus ſolemniter, vt ſupra eſt expreſſum, proponatur inter Priores, & Ancianos primò, ibique reformetur ad buſſulas, & palluctas per duas partes ipſorum, & ſimili modo reformetur in Conſilio vigintiquatuor, deinde ad Cōſiliū generale Populi reducatur, ibiq; reformetur ad buſſulas, & palluctas, vtrum repreſalę ſint concedendę, vel non, in qua refor

matione

matione adminus centum Conſiliarij ſint concordes de repreſaleis concedendis. Conceſſione verò facta illę, cui conceſſę fuerunt de rebus tantùm Communis, vel ſingularium perſonarum illius Ciuitatis, terrę, ſeu caſtri, in qua ius ſuum conſequi, ſeu rubbaria facta fuerit, aut rubbatores acceptauerit, vel derubantes cum rebus derubatis receptari quomodolibet, vſq; ad ſummam ſui debiti expenſarum, & intereſſe, licentiam habeat reprehendendi non perſonas detinendi, niſi aliter deliberatum fuerit in dictis Conſilijs modo præmiſſo ſolemniter ordinatis. In quibus ſi Rector negligens fuerit, vel in aliquo contrafecerit, pro pęna centum libr. denar. de ſuo ſalario ſoluere Communi cogatur. Et quilibet Priorum decem libr. pęnam incurrat per ſuos Rationatores integraliter aufferendam. Et hæc ita demum obtineant, ſi concederent contra terram non exiſtentem in Prouincia Marchiæ, & cum licentia Rectoris Prouincię aliter non. Si autem vellet contra terram in dicta prouincia exiſtentem minimè poſſit repreſalię concedi, ſed conſtitutiones de hac materia loquentes ſeruentur. Adijcientes inſuper quod omnes, & ſinguli Ciues, & hĩtatores dictę Ciuitatis Recaneti poſſint, & valeant accedere ad partes ſclauonię, & ad quaſcunq; alias partes licitas ad mercandũ negotiandum, & alias licitas faciendum, & ſi ibi ob repreſaleas conceſſas, vel concedendas contra Commune, & homines dictæ Ciuitatis, culpa, defectu, cauſa, vel occaſione alicuius Ciuis, vel hĩtatoris dictę Ciuitatis, aliquis Ciuis, vel habitator dictę Ciuitatis ſubſtineret, vel reciperet aliquod damnum, detrimentum, vel expenſas, quod Dominus Poteſtas dictę Ciuitatis, qui erit pro tempore teneatur, & debeat pęna ſacramenti, & vigintiquinque librar. denar. de facto ſummariè, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſine libello, litis conteſtatione, & alijs omnibus ſolemnitatibus iuris omiſſis, & ſine aliqua ſcriptura, ad petitionem talis damnum paſſi habita informatione de damnis, & expenſis perceptis, illum talem, ſeu tales, cuius, vel quorum culpa, defectu, vel quauis cauſa, vel occaſione dictę repreſalię fuiſſent conceſſę, vel concederentur, ob quas aliquis Ciuis, vel habitator dictę Ciuitatis ſubſtineret, vel reciperet aliquod damnũm, detrimẽtum, vel expenſas, vt prę fertur cõpellere, cõſtringere, & grauare realiter, & perſonaliter, ad reſarciẽdũ, & reficiẽdũ tali dãnũ paſſo, oẽ dãnũ, res, & expẽſas, quę, & quas ſubſtineret, vel reciperet cauſis, & occaſionibus ſupradictis, incõtinẽti, & ipſo facto hoc addito, quod ſi dictę repreſalie eſsẽt conceſſę,

vel

vel concederentur occaſione alicuius officialis dicti Communis exercentis eius officium, & tamen Commune teneatur, & non talis officialis ad reficiendum damna paſſo huiuſmodi.

De ordine ſimiliter retinendo contra ordinantes aliquid contra noſtrum Commune atque Ciues, & habitator Recaneti.
Rubr. XII.

NE noſtro Communi, & eius Ciuibus, & habitatoribus in iuſtitia fiat, nec iniuria aliqua irrogetur, pręſenti lege firmamus, quod ſi quis Dominus, vel Communitas alicuius Ciuitatis, Terrę, vel Caſtri contra noſtrum Commune, vel eius Ciues, vel habitatores eiuſdem ordinaſſet, vel feciſſet, aut ordinaret, vel faceret aliquas repreſalias, vel ſtatuerit, ordinaret, vel prouideret, aut ſtatuiſſet, ordinaſſet, vel prouidiſſet, quod noſter Ciuis, vel habitator noſtræ Ciuitatis non recipiatur ad aliquod officium in ſua Ciuitate, Terra, vel Caſtro, vel in eis conuerſaretur, vel negotiaretur, ex nunc ſit ſtatutum, & ordinatum, & pro ſtatuto, & ordinato haberi firmamus idem, & ſimile contra eos, & eorum Commune, & eis, & eorum Ciuibus, terrigenis, & habitatoribus fieri, concedi, & prohiberi, quod ſtatuerunt, ordinauerunt, conceſſerunt, & prohibuerunt, contra noſtrum Commune, Ciues, & habitatores eiuſdem, & ſic pro lege municipali noſtræ Ciuitatis haberi volumus, & ſtabilimus; & ne de prædictis valeat ignorantia allegare ſtatuimus, quod de præſenti ordinamento in electionibus de noſtris officialibus fiendis, eis plena mentio fiat.

De exemptione nouorum Ciuium. *Rubr.* XIII.

SI quis forenſis, vel aduena, contrahere voluerit domicilium in noſtra Ciuitate, & in ea cum ſua familia, & rebus perpetuò habitare, poſſit recipi in Ciuē per Dominos Priores Populi, qui pro tempore fuerint, vnà cum Cōſilio Ancianorum, vigintiquatuor & credētię ad buſſulas, & palluctas, videlicet ſi per

duas

duas partes ipſorum conſiliariorum, inter quos computentur, & numerentur ipſi Priores hoc fuerit obtentum; & liceat ipſi conſilio eo modo recipere aduenam in nouum Ciuem, & aliter non; in quo conſilio iurare teneatur fidelitatem, & obedientiam Communi noſtro, & quod habitabit perpetuò cum ſua familia, & rebus in noſtra Ciuitate, territorio, vel diſtrictu, prędictaq; iurando promittat ſcindico Communis noſtri, liceatq; dicto conſilio publicum inſtrumentum ipſis forenſibus fieri facere, per Notarium reformationum dictę Ciuitatis, qui nunc eſt, & pro tempore fuerit, vel per ſuum ſubſtitutum, & ipſis nouis Ciuibus nomine dicti Communis dare, & conſignare tres modiolos terrę de ſcoſſicijs muſcioni, vt ipſi poſſint fructus trium modiolorum prędictorum terrę recipere, & fructare hinc ad decem annos proximè complendos. Et illi qui recepti fuerint modo prędicto in Ciues, & pro Ciuibus dictæ Ciuitatis, exempti ſint, & exemptionem habeant omnium munerum, ſeu onerum realium, & perſonalium, quas exemptiones habeant, & habere debeant vſq; ad quindecim annos proximè cōplendos à tempore, quo fuerint recepti, & in Ciuitate prędicta, vel eius diſtrictu incęperint habitare, & toto dicto tempore quindecim annorum ſint immunes, liberi, & exempti ab omni onere præſtantiarum, datiuarum, collectarum imponendarum per fumantem, & ab omni obſequi reali, & perſonali, ad quod ipſi tenerentur aliàs per formam ſtatutorum dicti Communis, & quocunque alio modo, & forma, capitulo aliquo in contrarium loquente, non obſtante. Excepto quàm a datijs impoſitis, vel imponendis pro apprętijs, & à gabellis fructuum, & aliarum rerum; Teneanturque ipſi noui Ciues ſoluere collectam per apprętium ſi emerint, vel aliter acquiſiuerint res immobiles in Ciuitate, vel diſtrictu Recaneti. Et facta dicta receptione, & habito inſtrumento exemptionis, nullus præſumat eis iniuriam facere, nec reponere in libro, ſiue matricula fumantię, nec in aliquo loco, vbi poſſet aliquod onus portare, pęna cuilibet contrafacienti in aliquo pręmiſſorum decem lib. & ſi aliter fieret, ipſo facto ſit, nullius valoris, ſed participent ſic aſſumpti, & gaudeant fauoribus, priuilegijs, libertatibus, conſuetudinibus, pratis, & ſyluis, & alijs rebus Communis, vt cęteri noſtri Ciues. Non tamen audeant rem quamcunque, quam beneficio liberalitatis reciperēt à Communi, tempore dictę aſſumptionis in quamuis perſonam, collegium, vel vniuerſitatem quouis titulo alienare, quod ſi ad actum peruenerint, ſtatim, & immediatè

X ipſo-

ipſo facto dominium ipſius rei, vel ipſarum rerum tranſeat in Commune. Et quia ab experto cognouimus, quod tales ſic aſſumpti finito tempore immunitatis, repatriare non nulli deſiderant, & per hoc nos noſtrumque Commune deludunt, ſtatuimus, & ordinamus, quod de Ciuitate, vel diſtrictu Recaneti, non poſſint aliquas res, vel ſuppellectiles extrahere cum licentia, vel ſine, immò Priores, vel quicunq; alij, qui huiuſmodi licentiam darent, puniantur de facto pro quolibet in quadraginta ſolid. & nihilo magis licentia ſic data, penitus ſit nullius efficaciæ valoris, vel momenti.

Quod nullus emat de bonis alicuius exbanniti. *Rubr.* *X I I I I.*

EXBANNITORVM, ſeu condemnatorum bona in totum, vel in partem, niſi primò ſatisfacto Communi de condemnatione, ſeu banno nemo emere, ſeu laborare, aut accoptimare pręſumat, aut alio titulo vti eis, pęna uigintiquinque libr. Sed ſi emere voluerit à ſcindico Communis de voluntate Priorũ in Conſilio generali, & Populi ad buſſulas, & palluctas reformato, ibidem per duas partes ad minus, præcedente deliberatione Ancianorum, & uigintiquatuor, eandem ſolemnitatem volumus obſeruari in oĩbus, & ſingulis alienationibus, ſeu obligationibus quantitatem decem librar. excedentibus, quas fieri contingerit per noſtrum Commune, & ipſius ſcindicum, emptori verò dictum Commune teneatur rem defendere, & de euictione ſit obligatum eidem, ſicut quęlibet perſona priuata rem aliquam diſtrahendo, dum tamen nullus, qui non ſit in apprętio Cõmunis, quę fieret in Conſilio offerre, vel incantare pęna decem libr.

De laboratoribus ad laborandum conductis. *Rubr.* *X V.*

LABORATORVM prauam conſuetudinem petentium ſe cibari reijcere intendentes, ex quo fraus per eos, & ſępę inertia in opere tractabatur, prouidimus, ut nemo operarius, laborator, vel quiuis alius, qui ad operandum, ſeu laborandum operas ſuas locat, expenſas in cibo ſibi præſtando cum conductore,

re; ſeu patrono aliquam conuentionem facere, vel in ire præſumat, pęna viginti ſol. tàm laboratori, quàm patrono, ſeu conductori contrafacientibus conſtituta, ſiue de die, ſiue de ſerò, de cibo pręſtando fieret conuẽtio inter eos, aut præſtaretur eidem, de quo quilibet poſſit accuſare ſecretò, cum medietate banni habenda. Exceptis bactitoribus, ſeu trituratoribus frumenti, vel alterius bladi, & in frantoribus lini. Volumus tamẽ, quod fęnatoribus non detur cibus de ſerò, ea die, qua iuerint ad fęnandum cum aliquo, & etiam ipſis bactitoribus die Dominico, & alijs diebus feſtiuis, quibus ipſi non bactẽt, nec triturant, cibus non detur, pęna, & bannó ipſi fenatoribus, & trituratoribus, & etiam patronis centũ ſol. pro quolibet contrafaciente. Et quod, Notarius dicti Communis ad damna data deputatus vinculo ſacramenti, & pęna decem lib de ſuo ſalario temporibus congruis, & dum fenum fenatur, & bladum trituratur, & alia opera ruſticalia operantur, & alijs temporibus congruis contra delinquentes in prędictis, & alijs contentis in pręſenti conſtitutione, inquirere, & procedere teneatur, & quoties ei videbitur conueniri, & repertos culpabiles, debita pęna punire, & condemnare. Teneatur tamen conductor, vel patronus ſemper de ſero operarijs diurnis, pęna quinque ſol. ſatisfacere de mercede, qui operarij ſtare debeant ad locandum opęras ſuas in locis conſuetis vſque ad ortum ſolis, pedeſter ab inde in antea in dictis plateis, vel locis cauſa eundi ad prętium nullo modo ſe inuenire permittant, pęna quinque ſolidor. Eandem pęnam incurrant ſi de loco, vbi ſteterint ad operandum, ligna, cannas exportauerint, ſiue vites. Et prędicta Poteſtas banniri faciat per totam Ciuitatem quolibet menſe, vt ad notitiam perueniant ſingulorum.

Quod emendetur domus per Commune deuaſtata cauſa reſiſtendi igni.

Rubrica *XVI.*

SI quando contingerit in aliqua habitatione ignem oriri ad cuius reſiſtẽtiam, ſeu obuiationem aliqua domus, ſeu habitatio conuicina deuaſtaretur, vel deſtruxeretur, volumus per noſtrum Commune ipſius domus, vel habitationis deſtructę, vel deuaſtatę, ſecundum ęxtimationem faciendam per duos homines legales de contrata, per Priores Populi eligendos fieri, emendam, Idem volumus obſeruari, ſi vinum fuerit effuſum,

cauſa ignem extinguendi, vt ei cuius vinum fuerit ſecundum quantitatem, & ęxtimationem vini pręſtiti, vel effuſi, ſibi competens per Commune prętium tribuatur. Quod locum non habeat in cuius domo fuerit ignis ortus, qui de vino ſuo pręſtito, vel effuſo nullam a Communi, vel vicinia poſſit habere emendam.

Quod liceat habitantibus domos ab utraque parte via pontem facere, & ſupra viam balcones, ſeu ſolarios. Rubr. X V I I.

HABENTIBVS, & verè, & non fictè poſſidentibus domos ex utraq; parte vię Communis liceat inter vnam domum, & aliam pontem facere, & ipſas domos coniungere lignamine, vel lapidibus, tectorio, & parietibus, dũmodo ipſum ędificium, ſeu pōs ſit altitudinis decem pedum adminus. Excepta ſtrata magna, & publica Communis, qua itur a Sancta Maria Caſtri noui, vſq; ad portam Montis Morelli, ſuper qua nulli ſit licitum pontem facere, vel domos coniungere ædificium conſtruendo, contrafaciens, pęnam xxv. lib. incurrat, & conſtructum ædificium deſtruatur, ad quod faciendũ notificatione facta Rectori, per quamcunq; perſonam, pęna quinquaginta libr. vnũ ex officialibus ſuis mittat cum familia ad inquirendum prædicta, & executioni mandandum, ad cuius etiam denunciationem quilibet admittatur ſecretò cum dimidia banni habenda. Volumus etiam, quod tàm ſuper ſtrata magna prędicta, quàm ſuper alias vias Communis licitum ſit habentibus domos, ſolaria, ſeu balcones facere, dũmodo in dicta ſtrata interueniat altitudo decem pedum, in alijs verò vijs altitudo octo ad minus.

De habentibus plateas, vel domos iuxtà vias, & carbonarias Communis Rubr. X V I I I.

AD decorem noſtrę Ciuitatis, & effectum Communis vtilitatis mandamus omnibus, & ſingulis perſonis habentibus plateas iuxtà ſtratam magnam Communis, qua itur à porta Sanctę Marię, vſque ad portam Mõtis Morelli, & à Triuio ſancti Viti, ad portam ſancti Nicolai, in ipſis plateis iuxtà viã publicam,

publicam murum,ſeu parietem ædificare,altitudinis octo pedum ad minus,& de ipſis plateis omne aliud cluſimen auferre, pęna centum ſolid. Quod Poteſtas executioni mandari faciat infrà duos menſes primos ſui regiminis,pęna quinquaginta libr. Quod etiam publicè banniri faciat ſemel,& pluries: vt in omnium notitiam deducatur. Sed ſi aliquis iuxtà vias Communis quaſcunq; ędificare uoluerit, ad aliquod opus non incipiat,niſi requiſitis Prioribus prius,qui mittant ad videndum,& reinueniendum iura Communis cum vicinis proximioribus loci, vbi ædificiũ conſtrueretur,pęna decem libr. de quo quilibet poſſit accuſare cum dimidia banni habenda. Quod etiam ſingulis menſibus banniatur. Liceat tamen alicui in vijs publicis, ſeu vicinalibus habere lapidem, vel duos gradus lapidum ante hoſtium domus ſuæ cauſa intrandi, & exeundi. Si quis quoque paries, vel murus iuxtà carbonariam Cõmunis ruina, vel incendio,aut terrę vitio dirueretur,ſeu caderet,teneatur dominus illius plateę, ſeu habitationis infrà quindecim dies illum reędificare facere, Commune ſibi prębente expenſas,ſeu manualium,aſinorum, & muratorum,ita quod ſemper Ciuitas,& burghi vndiq; ſint murati.

Quod habentes domos, ſeu muros iuxtà foſſos Communis, teneantur feneſtras habere muratas. & de foueis tenendis matonatis ſupra viam.

Rubrica XIX.

OMNES domos, ſeu muros habentes iuxtà foſſos Communis,teneantur ipſas habere clauſas, & feneſtras in dictis muris habere remuratas lapidib. & calce, & ſecundum groſſitudinem muri, pęna centum ſol. quotiens contrauentum fuerit. Si verò pro lumine feneſtram habere voluerit, eam hà bore poſſit in altitudine decem pedũ adminus ferratam tamen,ſeu aliter actatã, quod ex ea aliquis puer intrare, vel exire non poſſit. Et ad hoc inquirendum Poteſtas teneatur pęna quinquaginta librar. bis quolibet menſe ſui regiminis mittere unum ex officialibus ſuis,cuius relationi ſtetur. Quicunq; etiam ędificauerit iuxtà portam Communis, ſtudeat taliter murum portę aptare, & coperire, quod inde non recipiat leſionem aliàs damnum Communi emendare teneatur, & centum ſolid. Communi ſoluere compellatur. Nec liceat alicui fodere, uel foſſam facere in uijs Communis, niſi ille

ſolis qui habitationes habent in illo loco, vbi foderetur, vel fouea fieri vellet. Si tamē quis īter ſe, & ſuos autores foueā poſſediſſet per quinq; annos, & eſſet in poſſeſſione ipſius, dicta prohibitio ſibi non obſtet, ſed in ſua poſſeſſione remaneat. Si verò foueas, quas haberet in quocūq; loco diſcopertas, deuaſtatas, ſeu detectas, teneatur infra dies tres notificatione, ſeu mādato ſibi facto recoperire, & reactare, pęna quadragīta ſol. Nihilominus ſi quod damnum ex ea alicui illatum foret ille, cuius eſſent foueę, emendare integrè teneatur. Adijcentes inſuper, quod habētes foueas a grano in Ciuitate Recaneti, & burghis in ſtratis publicis Communis Recaneti teneātur, & debeāt eas tenere matonatas ſecundum planitiem dictarum ſtratarum, pęna v. ſol. denar. pro qualibet earum. Volumus etiam, quod omnis tàm Ciues, quàm forēſes habētes domos iuxtà carbonarias Communis, debeant a decem pedibus infra ad pedem Communis Recaneti, remurare, & remurari facere omnes feneſtras, quas habēt in domibus eorum, liceat tamen habere feneſtram longam duorum pedum, & amplā vnius pedis ferratam taliter, quod puer per dictam feneſtram intrare, ſeu exire non poſſet, a decem pedibus ſupra cuilibet liceat habere feneſtras in eorum domibus, prout de eius proceſſerit arbitrio, & voluntate. Qui autem contrafecerit in prędictis, condamnetur in centum ſol. Communi Ciuitatis Recaneti. Et Nihilominus feneſtram teneatur remurare, ſeu ipſam habere ferratam longitudinis, & amplitudinis ſuperius declaratę, non obſtante aliquo ſtatuto in contrarium loquente.

Quod non fiant caſſinę in Ciuitate, & burghis Rubrica X X.

CASSINAM, ſeu aliam habitationem, cum ſtipula, ſtaguo, ſeu ſpulla in Ciuitate, vel burghis omninò fieri prohibemus, immò ſi quid ædificium factū prędicto modo inueniretur per totam terram, & burghos, aut domos, quę haberent cluſimē, ſpulle, ſtagui, ſtipulę, cannę, vel arundineti, vel cambura, cannę iuxtà ſtratam magnam, qua itur a porta Montis morelli ad ſanctam Mariam de Recaneto, illud omninò deſtruatur vſque ad Kalendas Nouembris proximè venientes per eos, qui ipſas habitationes tenerent, ſeu fieri fecerunt, contrafaciens autem in aliquo de prædictis,

pęnam

pœnam decem libr. ſoluere compellatur,& ædificium per Officiales Poteſtatis deſtruatur. Et ne ignorãtiã prętendatur,quolibet męnſe ſępius, pręſens,& futurus Poteſtas,per pręconem Cõmunis faciat publicè nunciari. Nihilominus Poteſtas teneatur, & debeat tempore ſui officij bis inquirere de dictis caſſinis, & habitationibus cum dicta ſtipula habitis, & retentis, infrà dictam Ciuitatem tantùm , & repertos culpabiles in dicta pęna decem libr. de ſuo ſalario Communi applicanda.

De baliſtis Communis reinueniendis. Rubrica X X I.

BALISTAS Communis datas ſingularibus hominibus pro Communi tenendas, vel quę in futurum darentur, conſeruari volumus pro ipſo Communi illęſas. Tenentes igitur pro ipſo Communi diligenter cuſtodire, non commodantes,nec alienantes, neque deuaſtantes eaſdem , aliter de ſuo proprio reinuenire eiuſdem pretij teneatur, & pœna puniatur decem libr. Volumus etiam baliſtas Communis non poſſe , nec debere vendi, alienari, vel etiam commodari alicui Communitati, vel ſingulari perſonę,pęna vigintiquinque librar. cuilibet Priorum Populi cõſtituta , ſi contrà in aliquo factum foret. Et ad reinueniẽdum eas vbicunq; diſperſas,duo homines per quarterium per Priores Populi eligãtur primò menſe regiminis Poteſtatis, qui ipſas reinueniant,& reinuẽtas reactari faciant, prout viderint opportunum. Et de ipſis baliſtis fiat vnus quaternus conſeruandus ſub cuſtodia ſcrineatij in ſcrineo noſtri Communis.

De rebus vetitis extrà territorium non trahendis. Rubrica X X I I.

VT frumenti, & bladorum exquibus vita ſubſtentatur hominum, copia habeatur, diligenti prouiſione decernimus, quod quotiens contingerit ſalmam frumenti, ſeu grani excedere quantitatem trium libr. in noſtra Ciuitate, & diſtrictu, fiat proſtima frumenti, bladi, fabę, & aliorum victualium, pręter vinum, & oleum, ſemẽ lini, ſecundum deliberationem Conſilij generalis, & Po-

puli, quod Priores, qui pro tempore fuerint proponi faciant, pęna vigintiquinque lib. pro quolibet, omnes habitãtes poſſeſſiones in noſtro territorio, & diſtrictu, frumentum, & bladum, legumina, & alios fructus de ipſis poſſeſſionibus perceptis, & percepta, in Ciuitatem, & burghos reportare, pęna vigintiquinque libr. cuilibet contrafacienti iniuncta. Nec audeat Rector, pęna l. libr. detegere aliquam foueam cauſa extrahendi frumentum, vel aliud bladum, neque imponat affictum vendentibus, ſeu vendere volentibus frumenta, blada, legumina, vel alios fructus. Sed vnicuiq; liberũ ſit ipſos fructus vendere, prout de ſua proceſſerit voluntate. Et licitum ſit cuicunque apportare, conducere, & apportari, & conduci facere extrà terram, territorium, & diſtrictum Ciuiuitatis Recaneti oliuas, cauſa vendendi, vel mercandi, prout de eorum proceſſerit voluntate; dumtamen ſoluant gabellam, quę per noſtrum Commune inponitur oliuis noſtrorum Ciuium. Prohibemus etiam ne quis extrà noſtram Ciuitatem territorium, & diſtrictum apportet, vel apportari faciat ad dictam Ciuitatem Recaneti, vel eius territorium, & diſtrictum vinum cauſa vendendi, vel mercandi, ſeu aliter vtendi, pęna decem libr. cuilibet contrafacienti iniuncta. Excepto, quod ſcolares in noſtra Ciuitate ſtudentes poſſint facere apportari, & afferri vinum, & oleum, & alias res pro ſuo victu, ſine pęna, banno, & abſq; aliqua ſolutione alia pedagij, datij, vel gabellę.

Quod moneta, quę generaliter currit per prouinciam marchię poſſit expendi, & de ipſis ſolutiones fieri. Rubr. XXIII.

PRO ſedandis diſcordijs ordinamus, vt unicuique liceat pro debitis in quibus eſſet ad ſoluendum, vel reſtituendum quolibet pecunialiter obligatus ſoluere, & reſtituere monetam comuniter currentem in noſtra Ciuitate, & marchię prouincia; neq; creditor audeat ipſam refutare, licet tempore obligationis, moneta maioris, vel minoris valoris curriſſet, pęna decem libr. cuilibet contrafacienti iniuncta. Nihilominus monetam currentem ſoluere, & recipere teneatur. Quod locum habere volumus, tàm in futuris obligationibus, & pręſentibus, quàm in pręteritis, ex quibus ſolutio pecunię fieri debeatur.

De arboribus pendentibus ſupra vias, vel terras aliorum.
Rubrica XXIIII.

ARBORIBVS ſupra alicuius terram pendentibus, liceat ei cuius terra fuerit, quatenus ſupra ſuam terram extenditur, ex ipſis poma, & fructus colligere, banno Communis, & contradictione vicini non obſtantibus. Liceatq; eidem poſt triduum proteſtatione pręmiſſa de dãno arborum, ipſas incidere in quãtum ſupra terram ſuam pendent. Idem obſeruari volumus, ſi arbor aliqua penderet ſupra viam, de quo impedimento, ſacramento ſtetur incidentis. Teneatur etiam quilibet habens fractale iuxtà conuicinum arborum, vlmorum, quercuum, & aliarum non fructiferarum detriemnio in triemnium remundare, ne ipſius pręrextu damnum inferatur vicino, pęna viginti ſol. Sed ſi aliquis haberet arborem fructiferam, vel non fructiferam in aliena poſſeſſione, teneatur domino poſſeſſionis emere volenti, vendere, iuſtà extimationem faciendam per duos conuicinos cõmuniter eligendos. Cum autem poſſeſſionem quis haberet, ad quam per viam vicinalem Communis, vel propriam ire nõ poſſet, vel quod non haberet, vel ex inundatione aquę, vel hyemalis temporis, aut alia cauſa legitima, liceat ſibi ſine pęna, & banno, & contradictione vicini, ire perſonaliter, & cum beſtijs per poſſeſſionem vicini, vnde minus damnum ei poſſit inferri. Habẽtes poſſeſſionem iuxtà vallata molendinorum poſſint ſua auctoritate ſuper ipſa vallata pontem facere, quatenus ſuas poſſeſſiones tangunt, ſine contradictione cuiuſque. Et etiam liceat vnicuiq; ducere, & tenere animalia iuxtà flumen Muſioni ab utroq; latere ipſius fluminis, ſine pęna, & banno. Et tenentes iuxtà ipſum flumen, teneantur territorium decem pedum dimittere pro via per quam annimalia commodius duci poſſint.

Quod

Quod quilibet fumum faciens per ſe ipſum vnum modiolum terrę laboret. Rubr. XXV.

LABORARE quilibet fumum faciens per ſe ipſum teneatur vnum modiolum terrę campeſtris, & duo ſtaria terrę, ĩ quibus hortũ faciat, laborari, vel laborari facere, pęna viginti ſol. vt pigritia negligentium, & non laborantium refrenetur, & terrę noſtri territorij cultui deputentur, de quo quilibet ad accuſandum admittatur.

Quod circuli non fiant, vel operentur extrà Ciuitatem, & burghos, & de vinco nõ extrahendo extrà Ciuitatem eiuſq; territorium. Rubr. XXVI.

PROPTER fraudem circulos facientium in non ſoluendo duanam Communis ordinamus, quod nullus audeat circulos pro vegetibus, ſeu vegeticulis extrà Ciuitatem, & burghos aliqualiter facere, vel operari; contrafaciens, pęnã vigintiquinque libr. incurrat, pręmiſſo tamen bannimento primo menſe regiminis Poteſtatis; de quo banno medietas ſit accuſatoris, ſeu denunciantis cuiuslibet, cuius nomen habeatur occultum, quam pęnam ſi ſoluere non poſſet, perſonaliter Rectoris arbitrio puniatur: poſſit tamen quilibet laborare, & facere circulos in Portu Recaneti, prout in Ciuitate, & burghis laboratur, impunè. Prohibemus etiam corollas de vinco fieri in Ciuitate, vel extrà, de vinco proprio, vel alieno à Kalendis Maij, vſque ad Kalendas Decembr. pęna xl. ſol. ad cuius probationem ſufficiat, ſi corollę in domum inueniãtur. Nec liceat dicto tempore alicui, ſuum, vel alienum vincum incidere ſine licentia Poteſtatis, pęna xl. ſol. ſuper quo poſſit procedi per denunciationem, & inquiſitionem ex officio Curiæ factam. Licitum ſit tamẽ omnibus vincum extrahere ſupra corollas antiquas à Kal. Aprilis in antea, vſq; ad Kal. Auguſti impunè, dũmodo ſoluat duanam dicti Coĩs, & habeat bullectã a duanerijs dicti Coĩs: alio verò tempore ſi quis extraxerit vincũ factũ, vel non factũ extrà noſtrũ territoriũ, & diſtrictum, pęnã xl. ſol. incurrat, de qua medietas ſit cuiuslibet ſecretò denunciare volentis. Addentes, & corrigentes dicto ſtatuto, & prędictis omnibus nõ obſtãtibus, quod nullus tã Ciuis, quàm forenſis extrahere,

trahere, vel extrahi facere pręſumat modo aliquo de Ciuitate Recaneti, eiuſque territorio, & diſtrictu Circulos vincum, trabes, decorrentes, vel alia ligna quęcunque de ſiluis dicti Communis, lignis verò, quę per mare ducerentur, & portarentur ad Ciuitatem prędictam, vel ad portum eiuſdem Ciuitatis ex alijs partibus adducendis, & deferendis dumtaxat exceptis, ad pęnam ſupradictã, quos licitum ſit cuilibet accuſare, vel denunciare de prędictis; cuius pęnę medietas ſit, & eſſe debeat dicti Communis, & alia accuſantis.

De beccharijs, & forma vendendi carnes. Rubrica XXVII.

QVIA inter alia victualia, quibus corpori humano cõſulitur, carnibus mũdis, ſanis, & non maculatis coĩter eſt veſcendum: ideoque beccharijs frequẽter in arte becchariæ cupiditatis occaſione, & auaritię cecitate, malitiam, & fraudem committunt, modum infraſcriptum imponimus in ipſa vendẽdo; primò, quod quicunq; artem becchariæ facere voluerit in noſtra Ciuitate, & diſtrictu, primò menſe regiminis Poteſtatis, ipſi Rectori fideiuſſores pręſtet idoneos, vſq; ad quantitatem decem libr. ad minus, ſe obligantes de vtẽdo ipſa arte bene, & fideliter, & legaliter, ſecundum formam ſtatutorum, & aliam eis datã. Et hoc Poteſtas banniri faciat infra xv. dies ſui introitus, quod oẽs beccharij, & volentes facere becchariam, coram eo compareant iuraturi officium, & pręſtaturi fideiuſſores modo prędicto; pręſtito verò ſacramento, ac ſatiſdatione pręmiſſa, palàm, & publice vẽdant carnes, non habentes tabernam, ſed ſinguli ſuam ſtatiionẽ, in qua vnus ſolus ſtet ad ipſas carnes vendendas, niſi eſſent plures in eadem domo: pondera habeãt de ferro, belancias ſuſpenſas, bullam applicatam, ſeu ligatã, pondus bilancię non affixum, non vendentes carnes de nocte, neq; diebus dominicis, & ſolemnitatibus domini noſtri Ieſu Chriſti, & eius matris Virginis glorioſę, non inflantes, neque inflari facientes aliqua animalia; non inſalantes neque inſalari facientes aliquas carnes vſq; ad Kalendas Decembr. nec inſalantes carnes ſcrofinas, niſi diſcoriatas; non ementes animalia, neq; ducentes ad macellum, niſi de die, & palàm, nec vendentes carnes ſcrofinas recentes, niſi diſcoriatas. Et dãtes vnicuiq; petẽti in ea parte aĩalis vbi petẽt; nec aliquas beſtias occidãt cã vẽdẽdi, niſi in pñtia ſuperſtitũ. Et primò aĩali diſcoriato per eos bulla eorũ infixa; nõ audẽtes dare carnes minoris põderis. In quib. ſingulis capitulis, ſi quis cõtrafecerit, per ſuperſtites, vel officialem extraordina-

traordinariorum Poteſtatis Recaneti, pęna viginti ſolid. puniatur pro vice qualibet, de quibus etiam quilibet poſſit accuſare ſecretò cum dimidia banni habenda. Si aliquis verò beccariorum vendiderit carnes vnius animalis dicens eſſe alterius animalis, pęnam centum ſol. incurrat. Eadem pęna puniatur ſi quis pręſumpſerit vendere, vel inſalare carnes ſuinas infectas, ſeu mortacinas, & carnes ipſæ per totam Ciuitatem in opprobrium traxinentur, quod ſi renunciauerit facere, centum ſolid. pro banno ſoluat, & toto tempore regiminis becchariam non exerceat. Vt autem prouideatur tàm ipſis beccharijs ne damno efficiantur, & ementes vltrà, quàm equum ſit, emere compellantur, talem formam volumus obſeruari; quod per ipſos eorum ſuperſtites facta examinatione ſingulis duobus menſibus vicinarum terrarum, & vnius animalis de quolibet genere, de quo ſecundum tempora carnes in macello venduntur, quantitas pro qualibet libra carnium dari debeat per ipſos becchariоs limitetur. Non præſumentes aliter vendere, quod ad pondus, nõ interficientes animalia in vijs publicis, ſeu vicinalibus, pęna viginti ſolid. Sic ergo artem ſuam ſecundum formam pręſentis ſtatuti, vel aliam ſi quam per Conſilium Communis, & Populi contingeret eis dari prædictam artem fideliter exercentes, viginti ſolid. vſualis monetę annuatim pro quolibet ipſorum ſoluant Communi. Et etiam ordinamus quod quilibet becchárius, & alij carnes vendentes teneantur, & debeant quolibet die veneris rationem facere cum duanerijs, qui ipſam duanam emerint; Et ratione facta, & ſaldata inter eoſdem de venditione ipſarum carnium, teneantur, & debeant ipſis duanerijs integraliter ſatisfacere, & ſi contrafecerint vice qualibet condamnẽtur per Dominum Poteſtatem dictæ Ciuitatis in quadraginta ſolid. denar. paruorum. Cuius pęnę medietas ſit Communis, & alia medietas ſit præfatorũ duaneriorum. Inſuper nullus becchárius, nec alius carnes vendens audeat, vel pręſumat, ſub quauis cauſa, & quęſito colore, carnes incidere, nec eas ponderare, neque alicui vendere ipſas carnes, niſi primò ipſę carnes eſſent bullatę per bullas ſuperſtitum Communis, & duaneriorum, qui ipſam duanam emerint à Communi, & etiam ponderatę per dictos ſuperſtites Coĩs, & dictos duanerios, qui ipſam duanã emerĩt. Et ſi quis cõtrafecerit, & dolũ, & malitiã cõmiſerint de facto, ſine aliqua remiſſione ĩ quolibet prędictorũ caſuũ, cõdãnetur per Põtatẽ, & eius curiã in xl. ſol. den. paruorum vſualis paruę monetę in dicta Ciuitate cu͞rrẽtis, vice

qualibet

qualibet qua cõtrafactũ fuerit in quolibet ſupradictorũ caſuũ, cuius pę nę medietas ſit Cõmunis,& alia medietas ſit, & eſſe debeat duaneriorũ prædictorum,ſi ipſam duanam emerint à Communi, vel exigerent pro dicto Communi. Si autem contingerit boues, vel alia animalia alicui ęgrotari, vel infirmari, vel quocũq; mõ ſanos non eſſe, liceat ei dicta animalia vendere ad portas antiquas Ciuitatis Recaneti in muris antiquis poſitas, vel ante ipſas portas ab extrà tãtum, de quibus beſtijs infirmis, vel defectiuis non teneatur aliquam duanam ſoluere, quod ſi in alio loco vendiderit, pęna ſit contrafacienti pro vice qualibet centum ſol. noſtrę vſualis monetę, cuius pęnę medietas ſit Communis, & alia duaneriorum. Et nihilominus ſic vendens contra vetita, teneatur ſoluere gabellam eo modo, quo ſoluitur de beſtijs venditis in macello. Volumus etiam ad hoc, vt carnium copia continuè habeatur, quod vnicuique noſtro Ciui ſit licitum retinere in territorio Recaneti caſtratos ſanatos ſine pęna, & banno, & ſolutione alicuius duanę, dummodo, quod dicti caſtroni vendantur, & occidantur in beccharijs Recaneti. Si verò aliquis dictos caſtronos ſic retentos, vel aliquem ipſorum extrà territorium Recaneti extraxerit, ſeu ad aliquem alium locum conduxerit, ſoluat bannũ decem ſol. pro quolibet caſtrono, volumus tamen quod Priores Populi, eiuſdem Ciuitatis, qui pro tempore erunt, poſſint, & valeant vnà cum Poteſtate in his temporibus, quibus eis viſum fuerit conueniri, banniri facere per dictam Ciuitatem, & per loca publica, & conſueta, quod quicunq; vult facere artem beccharię, debeat coràm eis infra terminum in bannimento conſignandum, comparere. Addimus inſuper, quod nullus becchariusoccidat, vel occidi faciat aliquam pecudem, vel aliam beſtiam, quę poſſit præſumi, quod poſſit vendi pro carnibus caſtratinis; vel alijs carnibus conceſſis, aliàs incurrat pęnam centum ſol. pro qualibet vice, & qualibet beſtia, de facto ſibi auferendam, & arte priuatus ſit pro illo anno. Et ſuperſtites, qui dictam beſtiam bullauerint, eãdem pęnam de facto ſoluant, quę locum non vendicent, ſi de dictis pecudibus, & beſtijs fieret banchum de per ſe, ſecundum conſuetudinem Ciuitatis Recaneti, & appoſuerit aliquod menciacchum, vel aliud ſignũ animalis maſculi alicui beſtię fęminę, incurrat pęnam vigintiquinque libr. denar. de facto ab eo exigendam pro qualibet beſtia, & vice qualibet.

De

De electione ſuperſtitum Becchariorum, paneſacularum, Tabernariorum, & eorum officio. Rubr. *XXVIII.*

VT quę ſtatuta ſunt, & ſtatuuntur de macellarijs effectualiter obſeruentur. Quatuor boni, & legales viri de ſingulis quarterijs vnus per Priores Populi eligātur, & vnus Notarius per totam Ciuitatem, qui eis in ſcribendo adſiſtat. Qui ſic electi ſuperſtites beccheriorum vocentur, duobus menſibus eorum durante officio, nec infra anum idem officium reaſſumentes; Poteſtatem habeant ſupra becchharios, paneſaculas, & tabernarios delinquentes in eorum artibus, procedendo per accuſationem, inquiſitionem, & denunciationem ſummariè, & de plano iudiciarij ordinis ſolemnitate omiſſa, & condemnandi delinquentes ſecundum formam ſtatutorum, ſeu reformationum quotiens eos delinquere inuenirent in ſingulis capitulis, & pęnis ſtatutis, ipſorumque condēnatione, & banna Poteſtas, pęna quinquaginta libr. cum ſuis Officialibus executioni mandare procuret, & eis præbere in eorum officio familiam ſi opus erit, & omne auxilium opportunum, nec eos aliqualiter impediat, vel impediri faciat, vel prohibeat in ſuo officio exercendon ullo modo. Inſuper delinquentibus in dictis artibus becchariję, & tabernarię iuriſdictionem habeant procedendi per ſe, aut officiales ſuos, aut eos aliquatenus puniēdi, niſi per accuſationem factam per perſonam, cuius intereſſe poſſet puniri, & contra quam delictum principaliter eſſet commiſſum. Ita diligēter ſtudeant idem ſuperſtites eorum officium exercere, quod copia carnium omnium, quę ſingulis temporibus conueniunt, & Communiter homines vtuntur in macellis, habeant, continuè aſſiſtant de mane, & poſt nonas perſonaliter in macellis, vt in eorum pręſentia animalia occidantur; ſuper ipſis ante quam vendantur eorum bullectam imponant, ipſis macellarijs, paneſaculis, atque tabernarijs modum vendendi imponant; vaſa quibus vinum venditur bullecta Communis ſigillent; inquiſitionem venditionum vicinarum terrarum faciant; vt clarius apparere poſſit modus, & forma, quos exercētes artes pędictas dēant obſeruare; pōdera ipſorū becchariorū, panifacularū, & vaſa tabernariorū ſępę reuideāt, panes, & carnes uēditas, & ēt panes nō uēditos, ſed uēdēdū delatos

vel in domibus panifacularum inuentus ponderent, vt fraus, ſeu malitia detegatur ab omni munere recipiendo, & aliam corruptelam non ſolum honoris proprij, ſed etiam metu pęnę abſtineant. Et volentes dictorum ſuperſtitum officium ampliare, auctoritatē, & arbitriū eis concedimus, vt vnà cum officiali Domini Poteſtatis accedentes inueſtigent, perquirant, & examinent ſtaterias, belancias, quęq; pondera, menſuras, & paſſus cum quibus, Speciarij, Mercatores, Picicaroli, cęteriq; negotiantes contrahunt vendendo, vel emendo, & quos inuenerint habere, vel retinere contra formam alicuius ordinamenti, faciant in pęnis debitis condemnari; pęnarum quarum medietas ſit Communis, & alia dictorum ſuperſtitum, qui acceſſerint cum officiali, & repererint fraudem commiſſam. Eandem partem pęnarum, & bannorum conſequantur dicti ſuperſtites de omnibus, quæ occaſione inuentionum eorundem venerint in Communi pro eorum ſalario, & labore medietatem condemnationum, quas ex officio ſuo fecerint, & quartam partem earum, quas ad delationem, ſiue promotionem aliorum fecerint à Maſſario Communis percipiant. Finito eorum officio rationem reddant Rectori, & quatuor viris de ſingulis quarterijs vnus, per Priores Populi eligendis, à quibus ſi inuenti fuerint culpabiles, dolo, culpa, negligentia, aut ſuper receptione munerum, puniri poſſint, & debeant vſque ad quantitatem centum ſol. eorum arbitrio, culpę, ſeu delicti qualitate inſpecta. Quorum ſcindicatus infrà decem dies poſt finitum eorum officium in condemnando, vel abſoluendo ſententialiter terminetur.

De officio Tabernariorum. Rubr. *XXIX.*

TABERNARIIS, & vinum vendentibus ad minutum morem bonarum terrarum ſequētes, prohibemus, ne vinum vendant, ante quam ſuperſtites eorum requirant, & ad vinum examinandum ducant, ac ab eis modum vendendi recipiant bulleсta Communis ad ſignum Leonis in carta ſcripturām cōtinente quot denarijs petictum vini uēdi debeat, & licentiam vendendi impoſita, & ipſa cartucia fundo vegetis infixa, vaſa munda, & nitida ad vinum vendendum habeant, ſcilicet

petictum

petitum medium petitum, & foglietam examinata primò ad menſuram Communis, ſignum bullectę habeat applicatum. Poſtquam ipſi tabernarij vinum vendere ceperint, donec de vino fuerit in vegete, petentib. exibeant, niſi eſſent maſſarij, qui vellent pro ſuo victu. Diſcum, ſiue bancham cum cratis benè lotis, & aquam ante tabernam retineant; caueant autem nè vinum vendendum in vaſe līſent ignorantę emptore vaſa vſq; ad ſummum impleant, & ab omni alia malitia abſtineant. Quod ſi in aliquo de prædictis contrauenirent, vſque ad quantitatem viginti ſol. pro vice qualibet ad denunciationem cuiuslibet, vel ex inquiſitione eorum per ſuos ſuperſtites poſſint puniri. Volumus tamen, quod in feſtis beatę Virginis de Laureto, vel in vigilia die feſti, & ſequenti die poſt feſtum quilibet Ciuis, & habitator Ciuitatis Recaneti, & eius territorij poſſit, & valeat liberè, & impunè abſq; aliqua ſolutione gabellę hoſpitari, & recipere ad hoſpitium perſonas, & animalia, & eis vendere panem, & vinum, & alias res commeſtibiles ad libitum, exceptis carnibus recentibus, quę venduntur ad macellum intrà Ciuitatem tantū, de quibus vendentes teneantur ſoluere debitam gabellam. In locis verò circumſtantibus dictę Eccleſiæ, poſſit etiam quilibet carnes vendere dictis tribus diebus, ſine aliqua ſolutione gabellę.

De officio panifacularum. Rubr. X X X.

PANEM ad vendendum facere nemo audeat, niſi prius à ſupreſtitibus panifacularum licentia impetrata; qua obtenta legaliter officium ſuum exerceant ſecundum modum, & formā eis ſtatutam à ſuis ſuperſtitibus, uel per reformationem Conſilij generalis continuè panes uenales faciant, & in domo habeant, ipſoſque in platea Communis deferāt, Munda tobalea comperiatur, donec panem uendiderint non filent, neque colum, ſiue conochiam ad latus teneant. Neque aliquod turpè opus exerceant, panem manibus non tangant, nec tangi faciant, ſed cum baculo, quē ſemper in caniſtris teneantur, minoris ponderis,

quod

quàm conſtitutum eis fuerit panes non vendant, nec ad vendendum teneant, benè coctum, & fermentatum, & ab omnium malitia mundum operari ſtudeant. In quibus ſi in aliquo contrafecerint, pro vice qualibet pęna viginti ſol. per ſuos ſuperſtites, poſſint puniri, tàm ex inquiſitione eorum, quàm ad denunciationem cuiuslibet denunciare volentis. Volumus etiam, quod per Priores Populi eligantur quatuor boni, legales, & diſcreti viri, qui debeant prouidere, deliberare, & ordinare modum, & formam in faciendo, & fieri faciendo panes venales in futuris temporibus, ſecundum conditionē valoris grani, & temporis, & quicquid, & totum id, quod per ipſos ſic electos extiterit ordinatum, factum, & prouiſum in prædictis panefaculę, & facientes panem ad vendendum, teneantur, & debeant integraliter obſeruare. Et ſuperſtites ipſarum omnia ſupradicta executioni mandare procurent. Nolumus tamen per hoc derogari arbitrio cōceſſo Prioribus, ſuper hoc per formam ſtatuti infrà poſiti ſub Rubrica, de modo, & forma, & ordine dandis per Priores becharijs, tabernarijs, panifaculis, & alijs artibus, ſed id ante omnia volumus in ſuo robore permanere.

De officio Fornariorum. Rubr. X X X I.

DILIGENTER attendant fornarię, vt panem benè, & legaliter coquant, & integraliter ſecundū numerum reſtituant; clibanum cum camino habeant altum ſupra domum quatuor pedibus adminus vndiq; domum, vbi eſt clibanum muratum cum lapidibus, & non alio cluſimine habeant, pęna centum ſol. quod ſi ex eorum defectu panes vltrà modum debitum leſionem receperint, vel panes integraliter non reſtituerint, damnum integraliter emendent, & decem ſol. pro banno Communi ſoluāt. Teneatur quoq; Rector primo menſe ſui regiminis, tabernarios, panefaculas, & fornarias, voce pręconis requiri facere, vt compareant coram eo iuraturi eorum officium, fideliter exercere. Mandamus inſuper clibanarijs, quod furnum, ſeu clibanum calefaciant cum lignis, & non cum oſſibus, pęna contrafacienti viginti ſol. pro uice qualibet. Et Poteſtas, & eius officium inquirere teneatur, & contrafacientes punire habeātq; ipſi clibanarij pro eorum ſalario, & mercede ſi coquerint panes cum ſuis

lignis proqualibet ſalma ſex ſol. Si verò cum lignis dicti panis xxx. denar. & qui recuſauerit hoc facere puniatur in xx. ſol. pro vicè qualibet. Et quilibet poſſit delinquentem accuſare, & denunciare, & ſit in prędictis legitimus accuſator.

De friſcularijs, & artem friſculariorum exercentibus, Rubrica XXXXII.

INTER cętera, quibus ſit noſtra Ciuitas opulenta, & vtilitas percipitur, tàm publica, quàm priuata, eſt oleum. Ideoq; vtile fore viſum eſt, modum in ipſius artem conſtitui, ex quo exercentes ipſam cõmodum lucrum capiant. Et perſonę ſingulares in fructibus oliuarum ſuarum poſſeſſionum, pro quibus ſubeunt enormiter non ledantur. Sancimus igitur, vt quolibet anno de menſe Octobris, quando Rectori, & Prioribus viſum fuerit, volentes artem friſcolarię exercere, requirantur voce pręconis, vt coràm Rectore compareant iuraturi, & ſatiſdaturi de ipſorum arte legaliter exercenda; Quibus comparentibus primo ſacramentum pręſtent; Et quatuor fideiuſſores idoneos vſq; ad quantitatem centum libr. de vtendo ſua arte legaliter, & ſatisfaciendo omnibus in ipſa artę cum eis contrahentibus, aut oliuas ſuas pro oleo, vel pecunia dantibus, integraliter ſcriptura de his nominibus ſacramento, & ſatiſdationibus redacta in quaterno per Notarium Poteſtatis, vt deceptio, ſeu damnum dantibus, & recipientibus ſequi non poſſit. In primo menſe Nouembris fiat examinatio de oliua ſecretò per quatuor legales viros, de ſingulis quarterijs vnum per Priores Populi eligendos, quis, & quantus fructus ex ſalma oliuę haberi poſſit, & ſecundum examinationem factã per eos, modus recipiendi quantitatem oliuę, pro metro olei reſtituendo friſcolarijs inponatur. Qui ſecundum modum vſque ad ſecundam examinationem ab omnibus offerentibus recipiant, menſura facta ad raſum cũ ligno tondo, deinde in fine ipſius menſis Nouembris, per alios eodẽ modo electos, ſecunda examinatione facta, ſecundum eam vſq; ad tertiam examinationem recipiant oliuam. Vltimò infrà decem dies initij mẽſis Decembris per alios quatuor eodem modo electos examinatio fiat, vt iuxtà eandem examinationem, vſque ad finem laboritij friſculorum, oliua

oliua, quę pro oleo reſtituendo per ipſos friſcularios recipiatur; legales metros , & menſuras habeant ad menſuras Communis menſuratas , & bullatas habeant; oleum non maculatum reſtituant legaliter,in quibus contrafacientes, vſq; ad quantitatem decem libr. per Rectorem ad inquiſitionem,denunciationem , vel accuſationem cuiuslibet perſonę,& vice qualibet, delicti qualitate inſpecta poſſit puniri. Quod ſi inuenti fuerint metra buctinellos, & alias menſuras habere, & retinere, & non adequatas,neque examinatas ad menſuras Communis, & ſigno ipſius Communis non bullatas, pęnam decem libr. incurrat, & dictę mēſurę in mercato Communis publicè comburantur. Et quod Poteſtas pręconizari faciat annuatim de menſe Nouembris in initio friſculorum , & requiri ſepè per ſuos Officiales, & aliquos de terra,ſi quos adeſſe videbitur Prioribus conueniri.

De ponderibus, paßibus, cannis, & menſuris. *Rubrica* X X X I I I.

SEPE deceptio inter contrahentes ex ponderibus, & menſuris falſis contingit,ad cuius obuiationem prouidimus pondera omnia, ſtateras,paſſus,cãnas,marchos,peſas auri, & argenti, & omnes menſuras frumenti, vini,olei,fabę,bladi,leguminum, & cęterorum omnium,quæ pondere,numero, & menſura cōſiſtunt debeant examinari, & examinata bulla Cōmunis ſignari, cũ quibus contrahentes, res in quibus contrahunt, ponderent, menſurent,& paſſent. Et aliter ponderantes cum alijs ponderibus,menſuris,& paſſibus pro vice qualibet pęnam decem librar.incurrant. Habeatur ergo pro Communi vnus peſus florenorum, & ducatorũ legalis,& bonus,& vnus marchus,qui ſit apud ſcrinearium Communis, cum quibus examinentur omnes peſi,& marchi,qui bus mercatores ſpeciales, & alij vti voluerint in noſtra Ciuitate,& diſtrictu, tres per quarterium habeantur buctinelli, & vnus medius buctinellus pro Communis ſigno ſignati,& ferrati cum quibus,& non cum alijs, frumenta,farina,legumina, blada, ſemina lini, & alię res habiles menſurentur, cum quibus menſuratio fienda annuatim per Commune vendantur. Emptores ipſarum per ſe, vel aliquem de ſua familia maiorem decem , & octo annorum , & non per alium menſurent ad requiſitionem cuiuſcunque

contrahentis de centenario viſibili frumenti, leguminis, & bladorum duodecim den. deinde inferius pro rata vſque ad quicunque ſalmas, ab inde infra vnum denar. pro ſalma tantum, à vendente recipiant, niſi fue rit forenſis, qui ſiue fuerit emptor, ſiue venditor, ipſum tantum ſoluat pro menſuris; frumentum, & fabam ad raſum menſurent; alia verò, quę menſurantur ad culmum volumus etiam, quod quinq; emerit buttinellos in quarterio Sancti Angeli teneatur, & debeat retinere in platea Communis duos ex dictis buctinellis pęna vinginti ſolid. Et quod nulla fraus in prędictis menſuris aliquo modo poſſit commicti, duximus ordinandum, quod per Commune dictum habeantur menſurę ad menſurandum bladum, ſcilicet buctinellus, medius buctinellus, & quartus de lapidibus, excauatus; quę menſurę debeant eſſe, & permanere in Traſanna, ſiue logia Eccleſię Sancti Angeli; cum quibus menſuris debeant apparari omnes menſurę bladi dicti Communis. Et quod Priores Populi, qui erunt de menſe Septembris proximi venturi teneantur, & debeāt prædicta executioni mandare, pęna decem libr. pro quolibet, præterea duę habeantur cannate de ramo, & vnum metrum pro Communi, legalis menſurę, cum quibus omnia metra, & ſalue à vino, vel oleo de Ciuitate examinentur, & adequentur, & examinatę, & equatę bullentur ſigno Communis; quę ſalmę ſint capaces quatuor cannatarum non amplius, neq; minus, ad quarum ſalmarum bullationem, & examinationem duo magiſtri artis fabrilis, & alij duo artis lignaminis, acti legales per Priores Populi eligantur. Qui pro eorum ſalario, & labore vnum denar. pro examinatione, & ad equatione, alium pro bullatione inſigenda cum ſigno ferreo Communis ardenti, percipere poſſit. Habeantur etiam duę ſtatere, vnà magna cum qua omnia pondera magna ponderentur. Et ſimiliter vnum rubum vigintiquinque libr. non cum alijs ſtatera, vel rubo in groſſo pōderentur, contrafacienti, pęna decem lib. iniuncta. Quę ſtatera, & rubum ad peſandum per Commune vendantur. Qui verò emerint, habere debeant pro eorum labore pro quolibet miliario rei ponderatę duos ſol. ab inde infra pro rata, cum ſtatera verò patua adequentur, & bullentur omnes ſtaterę de dicta Ciuitate. Sint quoque paſſus deferro duo, cum quibus paſſentur omnes panni lanę, quę menſura fiat extendendo pannum duplicatum in banco, & non aliter menſurando, pęna centum ſol. denar. pro qualibet vice, de quo quilibet poſſit accuſare, & duę cannę de haſtą ferrata à capite, & à pede, vna ſecundum can-

nam

nam Communis Anconę, aliam ſecundum conſuetudinem noſtræ terrę,cum quibus menſurentur omnes panni lini, quod officium menſuræ panni lini annuatim per Commune vendatur cum quibus paſſibus omnes petię panni lanę, & quæ venduntur integrè à quinquaginta brachijs ſupra paſſentur, ab inde infra mercator paſſu proprio de ferro adęquato tamen paſſu Communis, vti poſſit; panni verò lini empti, & venditi, cum cannis Communis paſſentur,& non cum alijs,pęna viginti ſolid,ipſi verò paſſatores duodecim denar. pro centenario, ſex ab emptore, & ſex à venditore tantummodò ſint contenti. Nullus verò audeat recipere,contrahere,vel mercari niſi cum ponderibus, paſſibus,& menſuris ſuperius declaratis, pęna centum ſol. cuilibet contrafacienti iniuncta.

De guarnellaribus, & textoribus, *Rubr.* XXXIIII.

GVARNELLORVM artem exercentes,petias ſingulas faciant, quę ſint vigintiquinq; brachiorum adminus ad brachium Communis, & ſint altitudinis,ſeu latitudinis,cuius ſunt petię guarnellorum, quę deferũtur de Venetijs; contrafaciens, pęna quadraginta ſolid. ad denunciationem ſecretã cuiuslibet, cum medietate banni habenda, poſſit per Rectorem puniri. Textrices verò ſtudeant pannum de lino teſtum reddere prębentibus ſibi filatum benè menſuratum ad cannam Communis,reddere pro ſuo labore de panno ſubtili ſex denar.pro qualibet canna percipiant,de groſſo quatuor.Si qua contrafecerit pro vice qualibet quinque ſol. ſoluat pro pęna. Liceat tamen ipſis textricibus habere cannas, ſeu menſuram cannę in baculo ligneo ferrato ab vtraq; parte coadęquato ad cannam Communis.

De modo, & forma cantonum, copporum, & menſura calcinę.
Rubrica X. X X V.

QVILIBET cantonos, coppos, & calcinas faciens cauſa vendendi, teneatur cantonos facere longitudinis, latitudinis, & altitudinis in tali menſura, quod cantoni cocti remaneant, & ſint ad latitudinem, longitudinem, & altitudinem ſecundum formam ferream Communis Recaneti, ob hoc factã. Coppos longitudinis duorum palmorum Communis hominis, & latitudinis conſuetudinis antiquę in noſtra Ciuitate ſeruatę. Calcinam verò menſurẽt ad bucinellum Communis adęquatum menſuræ grani culmum; quod ſi in aliquo contrafactum fuerit, delinquens decem libras vice qualibet pro banno ſoluat. Adicijentes tamen, quod ſi aliqui cantoni eſſent ignis calore ita colati, quod non haberent longitudinem, & latitudinem ſupradictam, quod tunc ſit in arbitrio officialis an dictos cantonos faciens inciderit in pęnam prędictam, vel ne, de quo quilibet poſſit denunciare ſecretò cum dimidia banni habenda. Et etiam Rector per officiales ſuos quolibet menſe inquirere teneatur, & delinquentes punire, & per bannitores Communis faciat in locis conſuetis publicè nuntiari. Volumus etiam, quod Notarius extraordinariorum domini Poteſtatis Ciuitatis Recaneti, teneatur menſe quolibet inquirere pro facientibus contra prędicta, quanlibet fornacem vbi fiunt matoni, quę eſſet in diſtrictu dictę Ciuitatis Recaneti ad minus bis menſe quolibet, ad pęnam decem libr. denar. pro vice qualibet, qua inquirere neglexerit Notarius ſupradictis, ipſi Notario inferendam.

De Molendinarijs. *Rubrica X X X V I.*

MANDAMVS omnibus Molẽdinarijs proprios ſingulos habere ſomerios, cum quibus frumenta, & blada ad Molendinum deferantur, omnibus ſumptibus, & expenſis. Et frumentum teneantur portare, & molere ad petitionem cuiuslibet requirentis, pęna viginti ſolid. cuilibet contrafacienti

ſtatuta

ſtatuta, de quo ſacramento ſtetur requirentis pro probatione legitima. Molant legaliter, farinam non maculent, ibi aliud immiſcendo, vel farinam vnius frumenti pro alia reſtituendo, in quibus contrafaciens pęnam centum ſolid. pro vice qualibet incurrat. Farinam pro blado, ſeu frumento ad pondum ſuſcepto adtracta multura reſtituant, pęna decem ſolid. de quo ſtetur ſacramento frumentum, ſeu bladum aſſignantis, & quod minus fuerit reſtituere teneātur, de quo querimonia vltrà decem dies pro pęna imponenda audiri non poſſit à tempore macinati bladi. Nec poſſit habere molendinarius pro quolibet molendino, niſi vnum accaptafarinam, pęna quadraginta ſolid. de quo quilibet poſſit accuſare ſecretò cum medietate banni habenda. Qui teneatur quolibet ſero portare multuram ad domum domini ſui, pęna quinque ſolid. de quo ſacramento domini ſtetur. Nec audeat aliquis ire ad molendinum extrà noſtrum territorium, & diſtrictum, pęna viginti ſolid. Nec captafarina equitet ſomerium oneratum, vel non, nec aliquis equitet ſomerium per Ciuitatem, & burghos, pęna quinque ſolid. Somerium domini molendini molendinarius diligenter cuſtodiat, quem ſi culpa ſua deteriorauerit, quod ſemper præſumatur, niſi aliud appareret, damnum emendet, & pro delicto quadraginta ſolid. Communi ſoluat. Pontes ſuper vallatos proprios molendinarij faciant ſuis expenſis, pęna quadraginta ſol. Nec audeat aliquis deuaſtare aliquam cluſam alicuius molendini, vel in uállato alicuius ſentinellam facere, vel aliter damnum dare, vel palos in graua potentię incidere, niſi domini molendinorum, pęna viginti ſolid. cuilibet contrafacienti iniuncta, de quo quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem banni. Si verò inter plures fuerit molendinum Commune, quod reactatione, vel reparatione indigeret, & altero, vel aliquibus ex ſotijs negligentibus, vnus, vel plures ex ſotijs reactauerint, vel reparauerint, primò requiſito ſocio, ſeu ſocijs perſonaliter, vel ad domum proteſtatione pręmiſſa, liceat ſocio, vel ſocijs fructare molendinum in totum, donec à ſocio, vel ſocijs ceſſantibus, pro parte eis contingente fuerint integrè reſtitute expenſę. Volumus etiam, quod quilibet Molendinarius teneatur, & debeat ad requſſitionem cuiuslibet de Recaneto, facta prima, & ſecunda requiſitione diuerſis diebus macinare illi, à quo requiſitus fuerit bladum ſuum, & granum portare, & farinam referre, vt ordinatum eſt. Et quod ſi dictus Molendinarius, ſic requiſitus macinare ceſſaret, vice qualibet in viginti

 ſolid.

ſolid. condamnetur. Et ſtetur ſacramento accuſatoris cum dicto vnius teſtis bonę famę. Dicimus tamen, & volumus, quod prędicti Molendinarij habeant, & retineant pro eorum labore, & ſalario, & expenſis ſuis, & ſumptibus eorũ, & eorum famulorum, & ſomeriorum pro quolibet centonario bladi moliti, ſiue macinati, ſecundũ quod per Priores Populi, qui pro tempore erunt, inſpecto tẽpore, & habito Conſilio ancianorũ & viginti quatuor, obtento partito per duas partes, fuerit declaratum, & deliberatum. Quod ſi molẽdinarij prędicti, prędictam declarationẽ, & deliberationẽ per dictos Priores Populi, ancianos, & vigintiquatuor facere recuſauerĩt, condãnentur in quadraginta ſol. pro quolibet, & qualibet vice. Dicimus ẽt, quod nullus molẽdinarius audeat, vel prȩſumat aliquam adunantiam, conuenticulam facere, inter ſe ipſos, quę & quod ſit cõtra volentes macinare, niſi facere adunantiã pro cluſis Molendinorum, faciendi, & eligendi Conſules, quod ſi conuenticulam, vel adunantiã fecerint aliquo modo, vel cauſa cogatur, quilibet cõtra faciens per dictum Põtatem, & eius curiam pro qualibet vice ſoluere in Coĩ ſine proceſſu, alia ſolemnitate iuris l. libr. vſualis monetę, & quilibet poſſit dictos Molendinarios cõtra facientes accuſare, & denunciare cum vno teſte fide digno. Et nihilominus dicti Molendinarij, & quilibet ipſorũ teneantur, & debeant oĩbus hominibus, & perſonis de Ciuitate Recaneti & hĩtatoribus in eadem, vel eius diſtrictu macinare granũ, & alia blada more ſolito, ad ſecundam requiſitionem eis diuerſis diebus fiendam per homines, & perſonas prędictas, & granum, & alia blada portare ad molendinum, & macinare, & eis Recanetum ad domum eorum farinam macinatam reportare, ſub pęna quadraginta ſol. denar. pro vice qualibet, qua contra fecerint. Quam pęnam dictus dominus Poteſtas de facto dictis contra facientibus auferat, & veniri faciat in Communi, & de prędictis credatur ſacramento requirentis cum vno teſte fide digno. Et habeant cuppectas bullatas, & ſigillatas bulla Communis, ad pęnam viginti ſol. proquolibet, & vice qualibet, eis de de facto per Poteſtatem, & eius curiam, vel per Notarium damnorum datorum auferendam. Qui Poteſtas, vel Notarius teneatur bis in menſe ad minus ſcrutari facere pro prędictis, & mictere ad inquirendum totiens quotiens eidem videbitur vinculo ſacramenti, & pęna quadraginta ſol. pro quolibet menſe. Et ordinamus inſuper pro euidenti vtilitate Communis, & Populi dictæ Ciuitatis Recaneti, quod pa

troni

troni molendinorum, vel molendinariorum Communis, & Populi dictę Ciuitatis, qui nunc ſunt, & in futurum erunt, habeant liberam poteſtatem, bailiam, & facultatem ad nominandum duos ex eis in conſules, & Capitaneos dictorum molendinariorum, quorum officium ſit in reinueniẽdo iura dictorum molẽdinorum, aptari faciendo cluſas, foſſata, põtes, & alia neceſſaria in dictis molendinis facere, & executioni nã dare, prout inferius declaratur. Quorum conſulum officium duret quatuor menſibus tantum, & non vltrà. Et quod dicti Conſules, & Capitanei, qui pro tempore erunt, in fine ſui officij reddant rationem prædictis patronis molendinorum de omnibus per eos factis in dicto ſuo officio, pęna decem librar. denar. paruorum pro quolibet contrafaciente. Item quod Capitanei, ſiue Conſules teneantur, & debeant eorum officium fideliter, legaliter, & ſollicitè facere, & exercere, quod ſi contrafecerint, ſoluant de eorum proprio, & vice qualibet viginti ſol. d. Præterea Capitanei, ſiue Conſules, qui pro tempore fuerint, ad hoc vt foſſata, & cluſa dictorum molendinorum bene reparentur, & aptentur, Teneantur, & debeant quolibet anno ſicari facere dicta molendina de menſe Auguſti in introitu dicti menſis, pęna decem librarum denariorum paruorum pro quolibet... Volumus etiam, quod dicti Capitanei, ſiue Conſules teneantur præcipere, & fieri facere foſſata dictorum molendinorum ſupra de nouis, vſque ad receſſuros, & ſimiliter a ponte mortitij vſque ad receſſuros molendinorum nouorum, & a ponte molendinorum nouorum quouſque aqua intrat flumen Potentiæ communiter inter eos molendinarios, pęna decem librar. denar. paruę monetę pro quolibet. Nec non quod dicti Capitanei, ſiue Conſules teneantur dare, & menſurare aquam, quando eis petitum fuerit per patronos molendinorum, aut per molendinarios, & vnicuique dare partem ſuam aquę, pęna decem ſolid. pro quolibet, & qualibet vice. Et ſi inuenient aliquos doloſè habere aquam eis aſſignatam per eos, vel prędeceſſores eorum, teneãtur, & debeant punire, & condemnare contrafacientes in xl. ſol. pro quolibet, & vice qualibet, & ſtetur dicto dictorũ Capitaneorũ, ſiue Conſulum ſine alia probatione. Item quod dicti Capitanei, ſiue Conſules, qui pro tempore erunt, poſſint, & valeant dictis patronis molendinorum, ſiue molendinarijs contrafacientibus præſentibus capitulis, vel alicui eorum, vel non obedientibus dictis Capitaneis, ſiue Conſulibus, quando per eos eiſdem pręceptum erit aliquid

in ſeruitium dictorum molendinorum, elebare, vel elebari facere de eorum molendinis canalem, nantichiam, ferrum groſſum, aut macinam, vel quicquid eis placebit ſine pęna, & banno. Sed ſi accipient, vel accipi facient ſine legitima cauſa, defectu dictorum Capitaneorum, ſoluant ipſi Capitanei de eorum proprio, & vice qualibet centum ſol. denar. paruorum. Volumus etiam quod dicti Conſules, ſiue Capitanei teneantur requirere omnes patronos molendinorum, ſiue molendinarios de menſe Auguſti, quando facient ſicchari dicta molendina, pœna decem libr. denar. paruorum pro quolibet. Et quod prędicti Capitanei non poſſint facere ſicchari dicta molendina ſine conſenſu, & voluntate patronorum, ſiue Molendinariorum dictorum molendinorum, aut maioris partis eorum, pęna decem libr. denar. paruorum pro quolibet. Item ordinamus, quod ſi patroni molendinorum, ſiue molendinarij eorum requiſiti erunt per dictos Capitaneos ad faciendum aliquod opus prędictis molendinis, & ipſi ire nolent, ſiue mittere ad dictum opus, quod dicti Capitanei poſſint poſt dictam requiſitionem facere, & fieri facere eorum expenſis quicquid eſt fiendum ſine pęna, & banno. Pręterea ſtatuimus, quod quando dicti Capitanei præcipient alicui patronorum, aut molendinariorum dictorum molendinorum, quod eleuent, ſiue altient canalem molendini, quod poſt pręceptum factum debeat eleuare, ſiue altiare dictum canalem infrà vnam diem, pęna viginti ſol. denar. pro quilibet contrafaciente, & vice qualibet. Adijcentes, quod ſi aliquis dictorum patronorum, vel molēdinariorum poſt pręceptum eis factum, vel alicui eorum per dictos Capitaneos in termino nollent obedire, aut non dimitterent eleuare ferrum groſſum, aut macinam, aut aliud pignus, ſoluat, & ſoluere teneatur pro pęna decem libr. denar. pro quolibet, & vice qualibet. Et, quod quando dicti Capitanei pręcipient patronis dictorum molendinorum, aut molendinarijs, quod vadant ad aliquod opus dictorum molendinorum, quod quilibet debeat irę cum illo ferro laboratorio, & quod eis pręceptum erit per dictos Capitaneos, & credatur ſacramēto dictorum Capitaneorum, pęna quinque ſol. denar. pro quolibet ferro. Volumus etiam, quod quando fiet aliquod opus dictorum molendinorum, nullus patronus, ſiue molendinarius audeat facere aliquod opus in molendino per ſe perſonaliter, ſine licentia dictorum Capitaneorum, pęna viginti ſolidor. pro quolibet contrafacienti, & vice qualibet. Et dicti Capitanei debeant

per ſe perſonaliter ſine licentia dictorum Capitaneorum, pęna viginti ſol. pro quolibet contrafacienti, & vice qualiber. Et dicti Capitanei debeant exigere ſupradictam pęnam in proximo capitulo annotatam, infrà octo dies poſt offenſam commiſſam, pęna dictis Capitaneis viginti ſol. Et, quod dicti Capitanei debeant habere de dictis denarijs vnum Anconitanum ſine pęna, hoc modo, ſi poterit probare adminus per vnum teſtem de dicta offenſa, quod procedatur ad exigendum dictam pęnam, & non aliter. Et etiam volumus, quando dicti Capitanei pręcipient prędictis patronis, quod vadant ad faciendum cluſam, vel alia, quę erũt neceſſaria ad dicta Molendina, quod quilibet debeat comparere vſque ad horam tertiam, pęna duodecim ſol. pro quolibet, & vice qualiber. Et ſi aliquis contrafaciet, ſoluat dictam pęnam, & permaneat ipſe perſonaliter per totam illam diem. Item, quod nullus cuiuſcunque ſtatus, & conditionis exiſtat, audeat, vel pręſumat facere in dicta cluſa, vel vallato Molendinorum, aliquid ſedium ſentinelle, nec naſſam affractare, nec aliquid facere in pręiudictum curſus aquę, pęna contrafacienti decem libr. pro quolibet, & vice qualibet. Item ſtatuimus, & ordinamus, quod Poteſtas, & eius curia poſſit, teneatur, & debeat ſupradictas pęnas, & quālibet earum exigere à contrafacientibus. Et medietas dictarum pęnarũm, & cuiuslibet earum ſit, & eſſe debeat, & deuenire in Commuhi Recaneti, & alia medietas in ſeruitium, & concimen Molendinorum, excepta pęna inpoſita non euntibus ad cluſam, quę pęna tota conuertatur in ſeruitium Molendinorum pręedictorum. Et dictus Poteſtas, & quilibet officialis in pręedictis procedere poſſit ſummariè, & de facto ad petitionem cuiuſcunque patroni Molēdinorum, vel molendinariorũ conquerentium. Item ſtatuimus, & ordinamus, quod nemo cuiuſcunq; ſtatus, & conditionis exiſtat, audeat, vel pręſumat frangere, rumpere, ſeu deguaſtare domum molendinorum nouorum Communis Recaneti in aliqua parte ſui, nec ædificium dictorum molendinorum in domo pręedicta conſtructum, & ædificatum, & qui contrafecerit, furcis laqueo ſuſpendatur. Et quòd infraſcriptis capitulis molendinorum, & contentis in eis, & ipſorum quolibet, Poteſtas, ſiue eius Iudex, qui nunc ſunt, & pro tempore fuerint, teneantur, & debeant vinculo ſacramenti contra talem, ſeu tales delinquentes inquirere, & procedere. Et nihilominus dictus Poteſtas, ſiue eius Iudex teneātur, & debeāt vinculo ſacramēti inquirere, & inueſtigare, ac inquiſitionē facere contra tales delinquē

tes in contentis, & expreſſis in aliquo capitulorum huiuſmodi, tàm ex ſuo officio, quàm ad relationẽ cuiuſcunque fide dignę perſonę, & repertos culpabiles punire, modo, & forma ſupra, & infrà declaratis. Item dictus dominus Poteſtas teneatur, & debeat ſemel in menſe mittere vnum ex officialibus ſuis ad dicta molendina, ad videndum, rimandum, & inueſtigandum à contrafacientibus, vel aliquid noxij inferentibus in dictis molendinis, cluſam ipſorum, ad pęnam decem libr. denar. Item, quod nemo audeat, vel pręſumat ſplanare, fodere, arripare, ſeu deguaſtare cluſam, ſeu formam dictorum molendinorum, pęna centum libr. denariorum, ſine remiſſione aliqua, & in defectu ſolutionis, talis delinquens in perſona, Rectoris arbitrio puniatur. Nec aliquis audeat ſenctinellam, fractam, vel palos, cauſa piſcandi, facere in cluſa prędicta pęna vigintiquinque libr. denar. ſine remiſſione per Poteſtatem dictę Ciuitatis, qui nunc eſt, vel pro tempore fuerit, auferenda, & ipſam pęnam deuenire faciat in Communi de facto, ſine aliqua prolatione ſentẽtię, quàm pęnam ſi dictus delinquens ſoluere recuſauerit, quouis colore queſito, aut ſoluere nõ poterit, Rectoris dictę Ciuitatis arbitrio in perſona puniatur. Nec aliquis audeat arbores, ſeu leuimen in argine, ſeu limite dictę cluſæ exiſtente, vel quę paſtinarentur, & ponerentur in eiſdem argine, & limite, incidere, rumpere, ſeu extirpare ſub dicta pęna vigintiquinque libr. denar. & forma prędicta. Inſuper non audeat aliquis, neq; pręſumat cluſam dictorum molendinorum deguaſtare, vel modo aliquo aquam dictę cluſę tollere, diminuere, vel augere. Et dicta cluſa intelligatur, quę facta eſt per dictum Commune, & quę per ipſum Commune fieret. Nec ędificium aliquod in limitibus, & cluſa prędictis ędificatum, vel conſtructum deguaſtare, & nihil ędifitij, ſeu artifitij in dicta cluſa facere, vel ędificare, quibus aliqua lęſio inferri poſſit dictis molendinis, & cluſę; contra faciens, pęnam centum lib. denar. incurrat ſine remiſſione aliqua, & in defectu ſolutionis manus dextra contra facienti amputetur. Item, quod nemo audeat irę ad macenandum ad dicta molendina abſque bullari gabelliorum Coīs eiuſdem Ciuitatis, vel alterius officialis deputandi per dictum Commune, pęna decem libr. denar. Et, quod ſoluat, & ſoluere debeat habita dicta bullecta, ſi ponderare voluerit ſalmam frumenti, quindecim denar. per centonarium, & ſi ponderare noluerit ſolid. vj. denar. ix. pro qualibet ſalma ſoluat pro gabella Communis ſi Ciuis fuerit. Si verò

forenſis

forenſis fuerit, & ponderare voluerit ſoluat den. per centonarium pro dicta gabella. Si verò ponderare noluerit, ſoluat vnum Anconitanum pro qualibet ſalma pro gabella. Et ſi forenſis recuſauerit ſoluere, Mollarius, vel alius Officialis deputatus, vel deputandus in dictis molendinis, poſſit, & ei liceat retinere ſalmam grani, vel farinę eidem, donec ſoluerit, quod debuerit, abſq; pęna, & banno. Mollarius verò, qui ad regendum dicta molendina fuerit deputatus, non audeat recedere de dictis molendinis, die, noctuq; abſque licentia Dominorũ Priorum Populi dictę Ciuitatis, niſi per ipſos dominos alius modus, vel forma detur. Et ſi contrafecerit, qualibet vice per Poteſtatem de facto in decem librar. denar. puniatur nomine pęnę, quam dictus Poteſtas deueniri faciat in Commune. Nec audeat dictus Mollarius euntibus ad macinandum ad dicta molendina, accipere aliquid, ſed ſeruari debeat ordo ſuperius declaratus, ſub dicta pęna decem librar. denar. vice qualibet, qua fuerit contrafactum. Et ſi defecerit farina in pondere, talis Mollarius teneatur, & debeat reficere, & reſarcire infrà ſecundum diem poſt notificationem ſibi factam, damnum paſſo, ad dictam pęnam decem librar. denar. Item pro exuentatura defalchetur vna libra in pondere per centonarium. Et ſi talis Mollarius malam farinam fecerit, teneatur, & debeat ſub dicta pœna decem librar. denar. reficere damnum patienti. Et qui primò acceſſerit ad macinandum, ei debeat primò vicendam ſub dicta pęna. Item addendo ſtatuimus, quod quilibet Mollarius poſtquam carcauerit ſalmam grani, cauſa portandi ad macinandũ, non debeat ipſam diſcarcare, niſi dum ponderauerit eam, qua farina ponderata, debeat ipſam ad domum domini dictę farinę reportare de ſuo debito pondere, & bullatam bulleta Peſatoris, & ſi contrafecerit in aliquo prædictorum, ſoluat pęnam quadraginta ſolidor. denar. pro qualibet vice, ſibi de facto auferendam per Notarium damnorum datorum Ciuitatis Recaneti, & ſemper teneatur farinam deficientem reddere, & ſoluere vltrà dictam pęnam, duodecim den. pro qualibet libr. dictæ farinę deficientis, ſi eam non reddiderit infrà ſecundam diem poſtquam de molendino reportauerit. Adijcientes, quod Peſatores grani, & farinę teneatur quolibet die veneris dare dicto Officiali bulletas, vbi appareat farina deficiens, vt poſſit per dictum Notarium debita exactio fieri de prædictis. Et quod nullus Mollarius debeat macinare aliquam quantitatem grani, quę non eſſet bullata bul-

la

la peſatoris,ſeu officialis ad hoc deputati, pęna quadragīta ſolid. dena. pro quolibet,& qualibet vice. Nullus inſuper habens molendinum,ſeu poſtam molendini poſſit, ſeu debeat capere, habere, ſeu petere partem aquæ vallatus dicti molendini, ſeu molendinorum, niſi ſteterit,& contribuerit pro parte ſua in expenſis fiendis, & neceſſarijs pro cluſa dictorum molendinorum, pęna centum ſolid. denar. pro quolibet, & qualibet vice, & nihilominus in expenſis prædictis contribuere debeat, vel aquam relaxare. Ac etiam teneatur,& debeat quilibet molendinarius dictę Ciuitatis reportare, & reddere farinam domino dictæ farinę infrà duos dies computandos à die ſibi dati grani ad macinandum,pęna viginti ſolid. pro quolibet, & qualibet vice,quam de facto quilibet officialis noſtri Communis exigere poſſit.

Quod domus Caſtri Portus locentur volentibus ibi continuè morari, & quod vna ſola locetur. Rubr. XXXVII.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod domus Caſtri Portus Ciuitatis Recanetii, non poſſint locari niſi volentibus continuò habitare, & morari in dicto Caſtro, & facere, & ſupportare omnes factiones,& onera,quę occurrunt pro gubernatione, & cuſtodia dicti Caſtri, & quod nemini locetur vltrà vnam domum in dicto Caſtro,pęna cuilibet Priorum, qui alias locarent, ſeu locari facerent, decem libr. denar. Et cuilibet conducenti aliter, quàm modo prædicto, vigintiquinque Ducat. auri pro quolibet, & qualibet vice in ſingulis capitulis antedictis, vt fiat copia habitantium in loco prędicto.

De Nundinis, & de ordine Nundinarum. *Rubr.* *XXXVIII.*

PACIS tempore, quę Chriſto largiente in Prouincia Marchię, & noſtra Ciuitate vigebit, quia homines fructibus abundant, & mercatores cum ſuis mercimonijs poſſint vti, volumus in noſtra Ciuitate quolibet anno Nundinas ordinari in mercatali Communis incipiendas in Kalendis Augusti, & finiēdas in Kalendis Septembris proximè ſubſequentibus, niſi prolixius, vel remiſſius videretur Conſilio ordinandum, ad uocationem quarum Nundinarum, expenſis Communis de menſe Maij. literę mittantur cum ſigillo Communis ad Ciuitates, Cōmunantias Prouincię Marchię, & extrà Marchiam ad Ciuitates ſolemnes ſupra Florentiam, Bononiam, Peruſium, Venetias, & alias quibus Prioribus Populi videretur mittendum, vt omnes mercatores, & alij, qui volunt venire ad ipſas Nundinas bonę conditionis, & famę homines, non fures, nō latrones, falſarij, non exbanniti, niſi Communis, ſecurè veniant, redeant, & morentur in noſtra Ciuitate per territorium, & diſtrictum ipſius. In ordinatione quarum Nundinarum talis modus ſeruetur, quod ipſa die Kalendarum Auguſti, figatur tenna Communis, & vexillum in dicto mercatali; domus conſtruatur pro Communi ibidem, in qua ſedeant Iudices cauſarum ciuilium continuè, donec Nundinę ipſę durant ad iura reddenda. In qua ſententię, & proceſſus latę valeant, ſicut in Palatio Communis valerent; præcedenti die Kalendarum Auguſti banniatur per totam Ciuitatem, quod omnes mercatores, & artifices, terrigenę, & foreſes hora veſpertina die Kalendarum compareant in dicto mercatali ad capiendum ſpatium pro ſtationibus faciendis ſupra mercatores pannorum, canſores, merciarij, & calciolarij, & omnes alij artifices, præter magiſtros lignaminum, & fabrorum, donec nundinę durāt. Nullus teneat in Ciuitate, vel burghis ſtationem apertam, pęna viginti ſol. pro vice qualibet contrafacienti ſtatuta; ordo in capiendis ſtationibus ſeruetur gradatim, vt prima ſit bina ſtationum pannorum gentilium, quæ incipiat iuxtà domos olim Domini Vgolini, & procedant directo iuxtà carbonariam Communis. Ita quod primò capiant terrigenę quā forēſes, deinde ſit bina pannorū biſſelliū, tertiò merciariorū, deīde bina artificū, ſecūdū quod per duos mercatores Ciues, & duos forenſes

per

per Priores Populi deputandos fuerit ordinatum, aperiãtur nundinę ſic ordinatę ad petitionem mercatorum. Ad quarum Nũdinarum cuſtodiã & ſecuritatem rerum ibi delatarum, per Priores Populi viginti deputẽtur cuſtodes, qui die noctuq; armis muniti, perſonaliter, & continuè per ipſas Nũdinas commorẽtur, pro quorum labore de ęre Communis pro die qualibet duodecim denar. habeant à Cõmuni. Putei, qui ſunt in dicto mercatali propter abbundantiam aquę habendam, mundentur quolibet anno in principio dicti menſis Auguſti, iuxtà quos fiant Catini lapidei, in quibus animalia, quæ ducuntur cõmodè bibere poſſint. Ipſum mercatale explanetur, vbi neceſſe fuerit per Commune, nec ibi aliquis audeat fodere, pęna viginti ſol. Quæ omnia Rector executioni mandare teneatur per ſe, & officiales ſuos, pęna centum libr. denar. de ſuo proprio Communi ſoluenda.

De ordinatione mercati, ſeu fori Communis, & de pęna piccicaroli ementis aliquid ante tertias, & quod hortularius vendat pro vno denario.

Rubrica X X X I X.

VTres, quę deferuntur in foro die ſabbati, qua ipſum forum ſingulis ſeptimanis in noſtra Ciuitate publicè, & generaliter fieri mandamus de omnibus mercantijs, & animalibus venalibus ordinatè in ipſo foro conſiſtant, prouidimus quatuor bonos viros de ſingulis quarterijs, vnum per Priores Populi, primo mẽſe regiminis proximè futuri Rectoris eligi, qui ſacramento præmiſſo, ſecundum quod eis vtilius viſum ſerioſè fuerit, prouideãt ordinare, & eorum ordinationem in ſcriptis redigi facere per Notarium reformationum, vbi, & in quibus locis, quo ordine res delatę in foro poni debeant. Et venientes ad ipſas res vendendas morari, vbi, & in quo loco animalia vendenda ducantur. Et generaliter omnia diſcretè prouidenda, quæ ad ordinationem, & decorem, aut ornatum ipſius fori, & honorem Ciuitatis procedant. Quæ verò fuerint ordinata per ipſos, auctoritate præſentis ſtatuti, habeãt plenum robur, tàm circa ipſas ordinationes, quàm circa pę-

nam

nam per eos contrafaciẽtibus qualitercunque ſtatutam, ad quorum omnium executionem teneatur Rector ſingulis diebus ſabbati vnum ex officialibus ſuis mittere in forum prędictum ad executionem mandandũ ordinem conſtitutum, & pęnas de facto pro Communi a contrafacientibus exigendas, pęna quinquaginta libr. infringenda Communi. Addimus etiam quod nullus piccicarolus, ſeu piccicarola poſſit, vel debeat emere, aliquam generationem rerum, vel fructuum cauſa reuendendi ante tertias, exceptis grano, blado, ſeu legumine, pęna quadraginta ſolid. den. pro quolibet, & qualibet vice. Ac etiam ſtatuimus, quod quilibet ortularius, & vendens res ad menutum in Ciuitate Recaneti teneatur dare de fructibus, oleribus, & alijs rebus, quas vendere vult cuilibet volenti emere pro vno denario de rebus prędictis, vel quę cõmodè poſſunt dari pro vno denario, pęna quinque ſolid. pro quolibet, & qualibet vice de facto ſibi auferenda per quemcunque officialẽ Ciuitatis Recaneti.

De nauibus in noſtra riua exonerantibus, & carcantibus. *Rubr.* X L.

QVOTIENS aliqua nauis, vel genus nauigij venerit ad noſtram riuã carcata, diſcarcari debeat, & carcari ante Caſtrum portus, vel in circumſtãtijs, & locis ſibi propinquis. Nec audeat aliquis totum carcum barcę emere ante quintã diem, vt alij volentes de dicto carco emere, poſſint; & de ipſa mercantia partem habere. Sed & ſi emptum fuerit per vnum, aut plures, infra octo dies poſſit quiuis alter partem petere de dicto carco emptori reſtituto prętio, & expenſis, vel emptores ipſius rei partem ſibi reſtituere teneantur pro rata ſecundum numerum perſonarum primò emẽtium, quod ſi non fecerint ad mandatum iudicis, decem libr. pęna puniantur. Idem locum habeat in mercantia, quę deferretur ad Ciuitatem, cauſa vendendi ab aliquo forenſe. Nec audeat aliquis aliquem aſſociare forenſem vendentem aliquam mercantiam, vel res alias in mercato Communis. Quatuor paria vaſorum in noſtra riua pro noſtro Communi habeantur, & palanghę, quæ neceſſarię fuerint ad nauigia trahenda, vel varanda pro Communi habeantur, nec pro arboratico, ſeu riuatico aliquid exigatur a Venetis,

& hominibus de Clogia volentibus mercare in Portu noſtro, vel ibi mer cantias emere. Si verò aliqua nauis, vel lignum onerata venerit ad noſtram riuam, mercantiam ibi contentam mercator non vendat extrà noſtrum territorium, quod ſi fecerit, nauis, vel lignum incarcari in noſtra riua non poſſit, nec aliquis in ipſum lignum aliquam mercantiam cauſa portandi immictat, pęna decem libr. & mercantiam amittat. Si quis autem extrà noſtrum diſtrictum emeret in riua, ſeu portu alicuius terræ vicinę incarcum alicuius ligni, quod deberet ad noſtram riuam venire, vel incarcum ibi permicteret, aut frumentum, ſeu bladum ad incarcandum ad noſtram riuam, aliunde venire faceret, vigintiquinque libr. pro banno ſoluat, de quo quilibet accuſare poſſit cum dimidia banni habenda. Quod ſi contingerit aliquod lignum in noſtra riua naufragium ſubſtinere, nullus ex officialibus forenſibus, vel terrigenis, vel noſtrę terrę, vel alia quacunque audeat ad dictam riuam accedere, cauſa dicti ligni, ſeu nauis ruptę, aliquid ſubtrahendi, auferendi, ſeu auferri faciendi, pęna vigintiquinque libr. & damni emendationem, teneatur totius quod Commune, vel ſingulares perſonę ſubſtinerent in quacunque Ciuitate curia, ſeu loco ratione rerum ſic acceptarum, vel etiam ſubtractarum.

De pęna carcandi, ſeu diſcarcandi mercantias alibi, quàm antè Portum Recaneti. Rubr. XLI.

IVRISDICTIONES noſtrę Ciuitatis conſeruare volentes, pręſenti edicto firmamus, quod nulla perſona Ciuis, vel forenſis audeat, vel præſumat carcare, vel diſcarcare barcam, nauigium, barconum, ſeu lembum paruum, vel magnum in riua maris, ſeu aquis ipſius maris de grano, farina, legumine, & quocunque genere alterius bladi, vel legumi nis, vino, oleo, vel quocunq; alio genere frumenti, vel victualium, vel rebus quibuſcunque a flumine Potentię vſque ad flumen Aſpię, vel in ipſis fluminibus, niſi tãtummodò in Portu, & ante Caſtrum, & Portum dicti Communis Recaneti. Et ſi contrafactum fuerit in prędictis, vel aliquo prędictorum, quod barcha, nauis, barconus, ſiue lembum ipſo facto, ſine alia aliqua ſolemnitate iuris comburatur, & igne concremetur

in terra, vel in mari, vbi reperiretur cum rebus, & mercantijs in huiuſmodi lembo, barca, barcono, vel naui exiſtentibus. Et ſi prędictę res barca, nauis, barconus, ſeu lembum, ſi cum mercantijs in ipſis lembo, barcono, barcha, vel naui repertis comburi contingerit, dicto Communi confiſchentur, & pro confiſchatis habeantur. Et, quod tales contrafaciẽtes in prędictis, vel aliquo prędictorum, poſſint impune a quolibet offendi in perſonis, & rebus, & conduci in fortiam dicti Communis. Et, quod Poteſtas ipſius Communis contrà tales delinquentes poſſit, & debeat per. Inquiſitionem ex ſuo officio ſummariè, & de facto procedere, & repertos culpabiles punire, & condemnare quemlibet contrafacientem in centum libr. denar. paruę monetę, quam pęnam ſi intermino ſtatuendo a dicto Rectore non ſoluerit, in perſona, vel priuatione membrorum arbitrio Poteſtatis puniatur.

Quod Nullus accoptimet totam mercantiam, quę micteretur ad Portum, vel inde remicteretur. Rubr. XLII.

MERCANTIAM totam, quę ex noſtra Ciuitate, vel aliunde micteretur ad Portum, vel a Portu reportaretur in Çiuitatem, nullus preſumat accoptimare, vel alio modo ſibi appropriare ad portandum, vel reducendum, pęna centum ſol. de quo quilibet poſſit accuſare, cuius dicto ſtetur cum vno teſte, etiam ſi fuerit de illis, qui de dictis mercantijs voluerit portare, vel reportare. Idem volumus obſeruari ſi aliqua mercantia ex noſtra Ciuitate, vel territorio deberet portari, vel deferri ad alium locum quandocunque.

Quod foren ſis cum forenſe non faciat mercatum, vel ab eo emat aliquas mercantias. Rubr. XLIII.

NVLLVS forenſis in noſtra Ciuitate, vel diſtrictu cum alio forenſe mercatum faciat, vel ab eo emere, vel eidem vendere mercantiam frumẽti, bladi, vini, olei, ficum, nucum, & aliarum mercantiarum, pęna decem libr. Eandem pęnam incurrat ſi quis forenſis emeret extra noſtrum territorium, vel exportaret, cauſa carcandi in noſtra riua aliquam de mercantijs ſupradictis.

De electione, & officio viariorum, ſeu eorum, qui debent eſſe ſuperſtites ſuper aptatione, & reparationes viarum, pontium, fontium, & aliarum rerum communium vniuerſitatis, & vicinorum aliquorum, Rubr. XLIIII.

VT viæ publicę, & vicinales, fontes, pontes Communis, ſeu inter aliquas perſonas ſingulares, & vicinos Cõmunes, continuè maneant apti, & aptarę, & aptę, & mũdatę, ex quo comodè, & vtiliter omnes ſingulares perſonę his vti, & frui poſſint perſonaliter, & cum beſtijs per vias ire, & per pontes tranſire copiã aquæ habere, ſecundum quod ad vſum ipſarum perſonarum neceſſarium fuerit, prouidimus pręſente ſtatuto, quod annis ſingulis de menſe Martij Priores Populi ipſius menſis, quatuor per quemlibet quarterium boni viri, & legales, ſcientes territorium, & qui conſueuercuti de foris eligantur, qui viarij vocentur, quorum officium per annum duret; poſſint, teneantur, & debeant, & poteſtatem habeant omnes vias, Communis, & vicinales, quilibet in ſuo quarterio, vias tàm Communis, ſeu publicas, quàm vicinales reinuenire occupatas, & reinuentas relaxari facere, vias nouas de nouo facere, & per poſſeſſiones ſpecialium perſonarum vias in mittere, prout eis melius, & utilius videbitur conueniri pro Commune, & ad publicum vſum, ſeu vicinorum computare; deſtructas, ſeu impeditas reaperiri facere, vias dimiſſas relaxatas, ſeu tramutatas vendendi, & vendi faciendi, prout eis expedire videbitur pro vtilitate dictarũ viarũ. Fõtes publicos, & inter aliquos Communes ſicut ex antiquo tempore fuerunt ad vſum publicum, & ſingulariũ perſonarũ deputati remundari, remurari, & reaptari. Atq; pontes lignorum, vel lapidum deuaſtatos, vel deſtructos in totum, vel in partem reparari faciant, ſecundum, quod neceſſarium fuerit ad commodum, & vſum omnium perſonarum, vel ſingularium vicinorum, per homines omnes de terra, vel ſui quarterij, aut etiam vicino, prout eorum diſcretioni, & legalitati videbitur conueniri. Quotiens repuiſiti fuerint per aliquos, ſeu aliquem ſuper reaptatione, reinuẽtione, ſeu reparatione, alicuius vię, pontis, vel fontis perſonaliter ire. Et, quod ſi fuerit neceſſe ſuper reparationę, reinuentione, & reaptatione

effectualiter ordinare, & executioni mandare, pęna decem librar. quotiens contrauenerint, niſi cauſa iuſta, & legitima eos, ſeu aliquem ipſorum faceret excuſari. Et quod ipſi per ſe teneantur ire infrà Ciuitatem, & extrà ad videndum, & inquirendum de prædictis. Nullus audeat, vel præſumat impedire, nec impediri facere officium ipſorum viariorum in dictis vijs aptandis de nouo faciendis, & mictendis, fontibus, & pontib. faciendis, ſiue aptandis, reparandis, & reinueniendis. Et qui contra fecerit in prędictis, vel ipſis viarijs, aut alicui ipſorum impedimentum faceret, ſeu fieri faceret, centum ſol. pęna puniatur. Et quicquid per ipſos viarios, ſeu maiorem partem viariorum de duobus quarterijs factū, deliberatum, prouiſum, & ordinatum fuerit, obtineat plenum robur, ad quorū corroborationem officij Rector, ſeu Iudex ab ipſis requiſitus, teneatur mittere vnum ex officialibus ſuis cum baiulis, & familia ad faciē dum obediri eis, & quod pręciperent executioni mandare realiter, vel perſonaliter prout ipſi imponent, ſeu præcipient pro executione operis, ſeu executionis prędictę. Poteſtatem habeant præcipere exequendo ſuum officium, & banna imponere cuilibet, vſq; ad quantitatem quinque ſol. a quolibet non parente, per Poteſtatem, & officiales eius effectualiter exigenda, de cuius pęnę, ſeu banni impoſitione, & inobedientia eorum, vel maioris partis dicto ſtetur, ſiue alia probatione quacunq;. In quibus ſi Rector, vel officialis negligens fuerit, pro uice qualibet, pęnam xxv. libr. incurrat de ſuo ſalario ſatisfaciendo Communi. Teneantur, & debeant etiam omnes viarij dicti Communis, quolibet anno reddere rationem duobus hominibus de populo eligēdis per Priores Populi, de denarijs ad eorum manus peruentis, & perceptis, de plenarijs dicti Communis venditis. Volumus etiam quod ad reparationem aptationem, & cōmodum ſtratę magnę, qua itur ad Portam maris, quod Priores Populi, qui erunt de menſe Septembris proximi venturi, teneātur, & debeant vinculo ſacramenti, & pęna decem lib. pro quolibet, eligere, & nominare quatuor bonos, & diſcretos viros de quocunque quarterio voluerint, qui ſic electi poteſtatem, & auctoritatem habeant dictā viam facere aptari, arrenari, affoſſatari, & in eam aquam conduci, & omnia alia neceſſaria, quę circa reparationem dictę vię vtilia nouerint pro Communi: dummodo, tenentes, & poſſidentes ab vtraq; parte vię eorū expenſis teneantur, & debeant foſſata fodere, & fodi facere. Omnes alię expenſę, quę occurrent in dicta via, tàm in arenando, quàm in aqua

Z z conducenda

conducenda, & inuenienda, fiat expenſis dicti Communis. In arenando tamen, & lapides, & calcem deſerendum in dicta via, omnes aſini de terra accedant. Teneantur, & debeant etiam ipſi electi prędicta omnia executioni mandare infrà terminum eis per Poteſtatem, & Priores conſtitutum, pęna centum ſol. pro quolibet, Communi applicanda. Viarij verò de quarterio Sanctę Marię, qui pro tempore erunt, teneantur, & debeant omni anno de menſe Iunij, remundari facere fontes prouatę, & Sancti Flauiani, expenſis dicti quarterij, pęna centum ſol. pro quolibet ipſorum viariorum.

Quod aptetur fons Sancti Michaelis. Rubr. X L V.

PRESENTE ordinatione ſancimus, quod aptetur, muretur, & arco voltetur fons exiſtés in cõtrata Sancti Michaelis, per viam magnam prętecauate, per viarios quarterij Sancti Viti, expẽſis hominum habentium poſſeſſiones, a poſſeſſione Ciccholi Lidanutij Vigilanti, & Maſſij Cambij, vſq; ad flumen Potẽtię, & omnium aliarum perſonarum, quę videbitur dictis viarijs; & quod dicti viarij pręſentes teneantur, & debeant prędicta facere, & executioni mandare tempore eorum officij, pęna centum ſol. pro quolibet, & quilibet poſſit viarios ipſos ſi negligentes fuerint ad prędicta, & dicto ſuo tempore non fecerint, accuſare, & denunciare, & nomen denunciantis in credentia teneatur, & habeant medietatem banni.

Quod aptetur fons mollie. Rubr. X L V I.

ORDINANDO prouidimus, quod fons qui eſt in fundo, ſiue contrata mollię, iuxtà poſſeſſiones Melchioris Ticompagni, Ciſcum Angeli, & alia latera, muretur, & aptetur per homines contratę burghi Sancti Ioannis, & homines pontecelli, qui vtuntur ipſo, & tenent in ipſa contrata, vbi dictus fons eſt. Et ad prędicta facienda, & fieri facienda vacare debeant viarij quarterij Sancti Angeli, & Sancti Flauiani, &

ni, & poteſtatem, & libertatem habeant imponendi collectam per fumantem ſupradictis hominibus ſufficientem ad dictum opus. Et Notarius damnorum datorum teneatur, & debeat ſupradictis viariis dare auxilium, & fauorem ad prędicta executioni mēdanda, quotiens a ſupradictis viariis, vel aliquo ipſorum fuerit requiſitus, pęna, & banno decem libr. de ſuo ſalario.

Quod apteturfons paſſarorum. Rubr. XLVII.

FONS paſſarorum volumus murari, & aptari per homines, qui vtuntur ipſo fonte, & ſint de contrata, vbi eſt dictus fons. Et per homines de quarterio Sanctę Marię, qui morantur in dicto quarterio, a porta Gannelle vſq; ad portam Sanctę Marię. Et ad prędicta facienda, & fieri facienda ponatur, & eligantur aliqui boni viri, qui poſſint, & valeant imponere collectam per fumantē interdictas perſonas, prout eis videbitur conueniri, & ipſam collectam exigere, & exigi facere pro dicto opere.

De via facienda ſuper poſſesſione Jannocti Domini Maſſocti, & aliorum. Rubrica XLVIII.

AD comodum, & vtilitatem forenſium, ad noſtram Ciuitatem venire, & dictam Ciuitatem per portam Sancti Dominici, ſeu Sancti Franciſci intrare volentium, & aliarum perſonarum dictę Ciuitatis, pręſenti ſtatuto firmamus, & ordinamus, quod fiat, & fieri debeat vna via, ſeu ſtrata noua, & incipiatur a ſtrata Sancti Franciſci per poſſeſſionem Iannocti Domini Maſſrocti poſt Eccleſiam Sancti Franciſci, & poſſeſſionem Simonis Paganocti, & poſſeſſionem Vagnoli Pręti. Et tendat recto tramite ad fontem prouatę, & per agrum Epiſcopatus ad ſtratam, quę vadit verſus Auximum, & Caſtrum Ficcardum, expenſis Communis, ita, & taliter quod hommines tàm forenſes, quàm Ciues, per ipſam ſtratam commodè irę, redire poſſint, cum beſtiis, & ſine beſtiis. Et pręſens Dominus Poteſtas teneatur, & debeat ipſam viam, & ſtratam fieri facere, & executioni mandare per viarios

dicti Communis, & Notarium damnorum datorum tempore ſui regiminis eis dare, & pręſtare auxilium, conſilium, & fauorem, & dare familiā, & de officialibus ſuis ad petitionem ipſorum viariorum, vinculo ſacramenti, & pęna xxv. libr. de ſuo ſalario Communi applicanda.

De Fonte Varani aptando. Rubr. XLVIIII.

FONTEM, & Abeueratorum Varani volumus calcę, lapidibus, & alijs neceſſarijs reaptari per homines, & perſonas vtentes eiſdē & eorum expenſis fiendum dictum opus per viarios de quarterio Sancti Angeli. Qui viarij habeant Poteſtatem dictum fontem, & beueratorium ipſius, & pro aptatione ipſorum collectam imponendi, & exigendi generaliter ab omnibus, qui dicto fonte vtuntur. Et ſi dicti viarij eſſent negligentes in prędictis, de eorum proprio facere teneātur dictam aptationem fontis, & abeueratoratorij. Et prędicta facere teneantur ad petitionem cuiuſcunque petentis, pęna xx. ſol. pro quolibet.

De reaptando viam, qua itur verſus Montazanum. Rubr. L.

AD reparationem, & reaptationem vię, ſeu ſtratę magnę, qua itur a porta Sanctę Marię de Recaneto ad Caſtrum Montazani prouidimus, quod denarij, qui recipiūtur de plenarijs portę Sanctæ Marię de Recaneto, & de coacla montis Scontij, mittantur in aptatione dictę vię, ſeu ſtratę. Et quod viarij de quarterio Sanctę Marię de ipſis plenarijs ſtatim, quod receperint dictos denarios, emāt lapides, & dictam ſtratam magnam tantum murent, & murari faciant, vbi neceſſe magis fuerit, pęna centum ſolid.

De aptando Fontem Pontis. Rubr. LI.

VOLVMVS etiam quod Fons Pontis poſitus in fundo vallis, muretur, & aptetur per homines habentes poſſeſſiones in dicta contrata. Et viarij de quarterio Sancti Flauiani ad petitionem cuiuſcunque petentis teneantur, & debeant prędicta omnia executioni mandare, pęna, & banno viginti ſolidor. pro quolibet ipſorum viariorum.

De

De Cloacis. Rubr. LII.

SICVT haſtenus cloacę per quas plenarię Ciuitatis, burgbos, ſeu carbonariam intrant, & deriuãt ordinatę fuerunt, & ordinatę permanſerunt, ita ad ipſum vſum plenatiarum permaneant, & a parte continuę ſint. Si quis verò aliquid faceret, vel opponeret, propter quod curſus plenarię impediretur per ipſas cloacas, vel aliquam ipſarum, aut retardaretur pro vice qualibet viginti ſolid. incurrat.

De vijs iuxtà quas aliquis tenet ab vtroque latere, & de his, quæ non habent exitum in vias publicas. Rubr. LIII.

QVOTIENS contingerit aliquem tenere ab vtraque parte alicuius vię, & iuxtà ipſam ab vtroque latere poſſeſſionem habere, quę via introitum a via publica haberet, poſſit ſua auctoritate, & valeat ipſam viam mutare, & aliunde ſuper ſuo prębere ad vtilitatem euntium eatenus, quatenus iuxtà ipſam viam ab vtroque latere tenet, alicuius contradictione non obſtante ſine pęna, & banno aliquo, aliquo non obſtante ſtatuto. Si verò aliqua via eſſet communis inter aliquos, quę licet habere introitum non tamen exitum in aliquam viam, poſſit ipſa via claudi, arctari, & retineri, atq; per eam vſus haberi ſecũdum quod placuerit maiori parti vicinorum inter quos ipſa via eſſet communis. Si quis verò ex ipſis vicinis, quod ordinatum fuerit in ipſa via per maiorem partem, vel factum impediret, ſeu deſtrueret, aut contribuere ceſſaret, quadraginta ſolid. pro banno ſoluat Communi, & nihilominus ſuis expenſis opus reficere teneatur.

Quod pecunia, quæ percipitur de plenarijs mittatur in aptatione viarum. Rubrica L I I I I.

ORDINAMVS, quod pecunia percipienda de plenarijs dicti Communis, tota expendetur in aptatione, & muratione viarum, per quas ipsę plenarię, vel aliqua earum defluunt per viarios cuiuslibet quarterij, prout vtilius & melius eis videbitur conueniri; pecuniam verò ex dictis plenarijs percipiendam, ad manus dictorum viariorum volumus deuenire. Et ſi dicti viarij in prædictis fuerint negligentes, in viginti ſolid. condamnetur. Illi verò, qui dictas plenarias emerint, teneatur per foſſatos ab vno latere viarum, & debeant conducere, & non per viam, ad pęnam prædictam, & quilibet poſſit, & ei licitum ſit delinquentem accuſare, & denunciare, cuius nomen teneatur in credentia, & habeat medietatem banni. Volumus inſuper, rem per Commune venditam præterquam ab emptore, per neminem occupari. Et ob hoc diſponimus, quod nullus audeat capere plenariam, quę per aliquem empta fuerit a Commune, durante tempore, quo emptor eam habere debet. Qui verò contrafecerit, quadraginta ſolid. denar. Communi de facto vice qualibet ſoluere compellatur.

De cauando Flumen Anaſę. Rubr. L V.

FLVMEN Anaſę volumus cauari, & dirizari à ponte Anaſę, vſque ad Flumen Muſcioni, & in ipſum Flumen Muſcionis mittatur per viarios quarterii Sanctę Marię, cauandum ſemper per conuicinos, & adiacentes, prout dictis viariis videbitur conueniri.

Quod diricetur flumen Muſſioni. *Rub.* *LVI.*

PRESENTE ſtatuto firmamus, quod omnes viarij noſtrę Ciuitatis Recaneti debeant prouidere, & executioni mandare, quod flumen Muſſioni diricetur ab vtraque parte dicti fluminis vię, ac terminetur de decē pedibus, & facta dicta acterminatione, ipſi viarij faciant ipſas vias diſcomborari de lignis, & alijs rebus ſtantibus in vijs prędictis iuxtà dictum flumen, & ripam ipſius fluminis infrà quindecim dies per adiacentes, & tenentes iuxtà vias ipſas, & quod ſi ipſi adiacentes non fecerint, elapſo dicto termino cuilibet ſit licitum dicta ligna incidere, & exportare, & per ipſas vias cum beſtijs, & ſinè beſtijs irę, redire impunè, cōtradictione alicuius nō obſtante. Et quod Priores, qui erunt de menſe Octobr. proximè venturi teneantur, & debeant vinculo ſacramenti, & pęna decem libr. pro quolibet ipſorum mittere ſemel, ſed vnum diem tantùm, ſed vnum pro quolibet fumantè de tota terra, & eius diſtrictu ad prędicta facienda, & executioni mandanda, vt in dicto ſtatuto continetur.

Quod apteturfons prouatę *Rubr.* *LVII.*

FONS prouatæ muretur, & apparapectetur expenſis hominum quarterii Sanctę Marię, & per viarios dicti quarterii prędicta fiant, & executioni mandētur prout eis uidebitur melius conueniri. Et ad prędicta habeant plenam libertatem.

De via concedenda fratribus Sancti Auguſtini. *Rubr.* *LVIII.*

VT Beatus Auguſtinus pro noſtra Ciuitate, & toto populo intercedat, pręſenti ſtatuto firmamus, quod pro ędificatione, & fabricatione Eccleſię nonę fiendę per fratres hęremitanos, dum ipſi fratres dictarum Eccleſiam ędificare, & incipere voluerint, domini Poteſtas, & Priores Populi dictę Ciuitatis, qui pro tempore erunt, cum omnibus vocandis per eos, dictę ędificationi debeant intereſſe.

intereſſe. Et ab ipſis fratribus recipere debeãt pro Communi, de platea ipſorum frumenti, & ſpatio poſito iuxtà ſtratam magnam in cambiũ vię captę, & detentę per ipſos fratres, tantum quantum eis videbitur conueniri, ipſaq; platea in cambium recepta per ipſos Dominos Poteſtatẽ, & Priores effectualiter teneatur, & atterminetur pro dicto Coĩ. Et ab inde inantea ipſi fratres poſſint in dicta via Communis per eos apprehenſæ ædificare pro vtilitate dictæ Eccleſię, atque loci, prout eis placuerit. Et quod dicta via capta, & detenta per dictos fratres liberè remaneat dicto loco.

De ſuſpenſione non facienda propè Ciuitatem. Rubr. LIX.

SI contingerit aliquem malefactorem ſuſpendi pro aliqua rubaria, ſeu delicto quocunq; mandamus, & præſenti ſtatuto ordinamus, quod Poteſtas, nec aliquis alius audeat, vel præſumat ſuſpendere, nec ſuſpendi facere aliquem hominem malefactorem propè Ciuitatem per duo miliaria, nec a duobus miliaribus infrà, ſed ipſum ſuſpendi volumus vltrà duo miliara, vltrà illam partem vbi commiſit delictum, vel ad aliam partem, vt rectori videbitur conueniri.

De fontibus aptandis. Rubr. LX.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus pro euidenti vtilitate Communis, quod omnes fontes, & putei exiſtentes, & ſiti in territorio, & diſtrictu Recaneti extrà Ciuitatem, vel in prima ſenaita aptentur omnibus expenſis Communis Recaneti, capitulo aliquo in contrarium loquente non obſtante.

De cauata Communis incepta, & facta in flumine Potentię perficienda, & manutenenda. Rubr. LXI.

AD decorem, & honorẽ noſtrę Ciuitatis, & libertatẽ ipſius manutenendam præſenti ſtatuto firmamus, quod cauata, ſeu caua facta, & incepta per dictum Commune in flumine Potentiæ fiat, & fieri debeat, prout incepta eſt, ita, & taliter quod omni modo aqua dicti fluminis, quæ vadit per dictam cauatam, liberè per ipſam cauatam vadat, & exeat in mare, & in noſtra riua maris noſtri territorij, ſine aliquo impedimento. Et quodlibet officiũ Prioratus ſemel ad minus in mẽ

ſe,

ſe, tempore cuiuslibet Prioratus, teneatur, & debeat vinculo ſacramenti, & pęna decem libr. pro quolibet mittere, & mitti facere ad cauandũ, & perficiendum dictam cauatam, prout, & ſicut eis melius videbitur cõuenire. Et ita, & taliter in prædictis per eos operetur, quod dicta cauata effectualiter perficiatur, & ſemper aqua liberè labeat per eam, & in mare exeat ſicut expedit. Caueãt autem quilibet proponere, cõſulere, vel arrengare contra prædictam cauatam, vel contra aliquod prędictorum. Et ſi quis contra prędicta fecerit in proponendo, prædicta pęna decem libr. puniatur de facto per dictum Dominum Poteſtatem auferendam. Et quod nullus audeat, vel præſumat prędictam cauatam tranſire pedes, vel eques, nec reimplere, vel aliquod impedimentum facere in ea, ita quod aqua non poſſit ire liberè, per eam currere, & tranſire, pęna decem libr. cuilibet contrafacienti. Et quod de prędictis Notarius damnorum datorum poſſit inquirere ex ſuo officio, & repertos culpabiles in dicta pęna ſummariè liberè condemnare, & punire de facto.

De traſanna ſanctę Lucię, & Sancti Angeli non incomburandis. Rubrica LXII.

STATVIMVS, & ordinamus, quod nullus Ciuis, vel forenſis audeat, vel præſumat incomborare, nec impedire, vel aliquid ponere in traſanna Sanctę Lucię, & Sancti Angeli, nec in eis ludere ad aliquem ludum ad pęnam viginti ſol. Et quod Rector quilibet teneatur inquirere de prędictis ad petitionem rectorum ipſarum Eccleſiarum, excepto in die ſabbati, vel fori, quod ad dictam pęnam nemo teneatur pro ea die.

De lapidibus emendis pro Palatio dicti Communis perficiendo. Rubr. LXIII.

AD hoc, vt Palatium Communis citius perficiatur, & in breui ad finem deducatur, ſicut decet præſenti ſtatuti firmamus, quod quodlibet officium Prioratus, quod erit pro tempore teneatur, & debeat vinculo ſacramenti, & pęna decem libr. pro quolibet ipſorum Priorũ, emere

congre-

congregari,& emi,& congregari facere de bonis, & ęre dicti Communis pro conſtructione,& fabricatione,ac perfectione dicti palatij, & nõ pro alio laborerio, & ſucceſſiuè quodlibet officium Prioratus faciat, donec dictum palatium peruenerit ad perfectionem ſicut decet. Et quod rationatores ipſorum contra eoſdem Priores ſi prædicta non fecerint,& obſeruauerint,inuētos ipſos culpabiles de prædictis, in dicta pęna punire,& condemnari poſſit,& debeat.

De ſolutione recipienda ab Auocatis, Notarijs, & Procuratoribus, & arbitris, & arbitratoribus. Rubr. LXIIII.

CVM omnium malorum radix, & principium ſit auaritia, ne Aduocati, Procuratores, Notarij, arbitri, alijq; artifices in eorum ſolutionibus effrenatè procedant, ſed ſecundum qualitatem negotij mercedē recipiant,hoc edicto firmamus, quod Aduocati, & Procuratores, teneantur,& debeant aduocationem & patrocinium vnicuique petenti præſtare,conſtitutione,ſeu reformatione alicuius fraternitatis incontrarium loquentibus non obſtantibus. Qui Aduocati,& Procuratores pro eorũ labore, & ſalario, patrocinio, ac procuratione ab eorum clientulis infraſcripta ſalaria,& non vltrà recipere teneantur. Scilicet de quęſtione xxv.lib. vſq; ad quantitatē quinquaginta libr. viginti ſolid. tantum Aduocatus recipere debeat, excedente verò ſumma quinquaginta libr. decem ſol. tantum pro quolibet centonario recipere teneatur,dummodo quantitatem centum ſolid.excedere non poſſit. Procuratores verò pro eorum ſalario recipere debeāt medietatem ipſarum quantitatum,modo,& forma ſuperius declaratis. Notarij autem, & alij ſcriptores pro eorum ſalario, ſibi ſolui infraſcripto modo procurent. Videlicet pro qualibet accuſatione maleficiorum vnum groſſum venetianum,pro qualibet accuſatione damnorum datorum vnum groſſum a xxij. pro teſtamentis, & alijs inſtrumentis,& contractibus quibuſcunque de quibus ſe rogabunt, debeant recipere mercedem de his in publicam formam hoc modo,ſcilicet de quantitate centum ducatorum auri, vel infrà, debeant recipere medium ducatum, a centum ducatis verò ſupra, vſque adducentos ducatos auri, recipiant vnum ducatum auri, aducentis verò

ducatis

ducatis ſupra, quantacunque fuerit quantitas recipiat duos ducatos auri, non vltrà. Arbitri verò, & arbitratores, ſeu amicabiles componitores, in quos aliqua quęſtio diffinienda compromitteretur decem ſol. proquolibet, centum lib. recipere ſint contenti, vltrà tamen quantitatem centum ſol. recipere non attentent.

Quod omni anno fiat proponita de proſtima Carratellorum Item de Iuramento, & ſalario Bottacchiariorum, & de pęna eorum ſine licentia ſe abſentantium. Rubr. L X V.

IN noſtro Comĩ volumus eſſe firmatum, & pro firmato habeatur, quod anno quolibet de menſe Aguſti, circà initium dicti menſis debeat per Priores Populi, qui erunt de dicto menſe Aguſti in officio Prioratus eiuſdem Ciuitatis Recaneti, fieri propoſita in Conſilio ducentorum Populi, quod proſtima fiat, ſi videbitur dicto Conſilio ducentorũ, de non extrahendo vegetes, Carratos, ſiue Carratellos de Ciuitate prędicta Recaneti, & eius diſtrictu cauſa conducendi ad alia loca, pęna cuilibet Priorum dicti menſis non facientium dictam propoſitam in dicto Conſilio ducentorum de dicta proſtima, decem libr. denar. quę pęna exigatur, & exigi poſſit a quolibet dictorum Priorum de facto ſine ſtrepitu, & figura iudicij per Rationatores ipſorum, tẽpore eorum ſcindicatus, reſeruato, & declarato ſemper, quod per mare liceat vnicuique extrahere carratellos plenos proſtima aliqua non obſtante.

ITEM quod anno quolibet de menſe Octobris omnes exercentes in dicta Ciuitate Recaneti artem Bottarum, & Carratellorum, & hoc intelligatur de Magiſtris Bottacchiarijs habentibus ſtationes, teneantur, & debeant in manibus Curiæ Domini Poteſtatis pręſtare iuramentum ſcripturis corporaliter manu tactis, dictam eorum artem fideliter, & legaliter exercere, ſine dolo, & fraude, pęna cuilibet contrafacienti centum ſolid. denar. quæ pęna exigatur de facto, ſine proceſſu aliquo a quolibet contrafaciente per quemcunque officialem Communis antedicti. Et quod Poteſtas dictæ Ciuitatis, qui pro tempore fuerit teneatur, & debeat de menſe prædicto Octobris, facere præconizari per dictam Ciuitatem ſono Tubæ, pęna ſibi decem libr. denar. quod omnes Magiſtri Bottacchiarij tempore prædicto veniant præſtaturi iuramentum prædictum.

Item

ITEM non liceat prędictis Bottacchiarijs, nec eorum alicui tempore aliquo diſcedere, & ſe abſentare de Recaneto, & eius territorio abſque licentia dominorum Priorum Populi, & Conſilio ducentorum cauſa eundi alibi ad exercendum dictam artem, Bottarum, & Caratellorum, pęna vigintiquinque libr. denar. auferenda, ſine diminutione de facto, ſine proceſſu aliquo a quocunque contrafaciente per quecunque officialem Communis prędicti.

ITEM quilibet Bottacchiarius eiuſdem Ciuitatis artem vegetum Carratellorum exercens, requiſitus a quocunque Ciue, vel habitatore dictę Ciuitatis Recaneti, infra tres dies poſt requiſitionem de eo factam, ire teneatur, & debeat ad ſeruendũ in arte ſua illi, qui voluerit eum conducere, pęna recuſanti abſque legitima cauſa infirmitatis, vel alterius euidentis impedimẽti, de quibus fides fiat collaterali domini Poteſtatis, quadraginta ſol. denar. vice qualibet, qua recuſauerit, quę pęna exigatur de facto, ſine proceſſu aliquo per quecunque officialem dicti Communis, ſemper declarato, quod Bottacchiarius ſic conductus habeat, & habere debeat a ſuo conductore pro ſua mercede, & ſalario Ancon. quatuor per diem, & expenſas. Nec liceat vltra petere, pęna prędicta quadraginta ſol. denar.

De ſolutione Muratorum, Magiſtrorum Lignaminum, Bottacchiariorum, & Barlectariorum. Rubr. L X V I.

OMNES Magiſtri Muratores, & Lignaminum ac Barlectarij, die qua quis eorum cum aliquo ad eius artem exercendum perrexerit, vſque a Kalendis Nouembr. vſque ad Kalendas Aprilis v i i i. ſol. & expenſas a conductore recipere ſint contenti, a Kalendis verò Aprilis vſque ad Kalendas Nouembr. duodecim ſol. & expenſas vitę recipiant, & non vltrà, diſcipuli verò dictorum Magiſtrorum Muratorum, & Lignaminum qualibet die, qua yerint ad laborandum cum aliquo pro eorum labore, & mercede recipere debeant medietatem prętij declarati cum expenſis. Magiſtri vegetum pro qualibet duga per eos immictenda in aliqua vegete capace duodecim ſalmarũ,

vel

vel infrà recipiant duos ſolidos ab inde ſupra tres ſol. habeant, non vltra. Magiſtri autẽ lignaminum teneantur recipere pro quolibet ſpado vanghe immiſſo, & aptato de eorum lignamine, & pro eorum labore, & mercede x v i i j. denar. & non vltrà, de ligno verò illius, qui aptari, & immitti fecerit x i j. denar. & non plures; de quolibet aratuo cum aburo de ſuo ligno miſſo, & aptato x viij. ſol. de lignamine verò non ſuo, medietatem tantum dicti prętij habeant, & non vltrà. Si verò miſerint burim abſque dentale, vel dentalem abſque buri, medietatem tantum dictorum x v i i j. ſol. habeant pro eorum ſalario, & labore. Pro qualibet cultrina de ſuo ligno x x x. ſol. habere debeant, de ligno uerò illius, qui illam fieri fecerit xv. ſol. hẽant, & non plures; de quolibet dentalę cum dextra, & aſſide remiſſo, uel ſi remiſerint dextram caſſam burim pro rata euenienti ſibi ſolui facere teneantur. Omnes uerò barlectarij facere teneantur, barlettos ſiue barilia bonos, & ſufficientes ad uſum noſtrorũ Ciuium, quorum paruendant, ſi fuerint ad menſuram Recaneti x x. ſol. pro quolibet pari, & non ultra. Si uerò ad menſuram Camerini x x x. ſol. & non plus, Ciuibus tantum, & habitatoribus noſtrę Ciuitatis, forenſibus verò vendant, & vendere liceat pro libito voluntatis; pro qualibet verò boccha x vj. denar. pro qualibet dogha viij. denar. & pro quolibet fundo barletti, vel barili xij. den. & non plus recipere teneantur; pro quolibet circlo amplo miſſo, & aptato in barile viij. den. recipere teneantur, & totidem pro circlo amplo miſſo in galleta. Et in quolibet prædictorum caſuum contrafaciens in quadraginta ſolid. denar. noſtro Communi pro quolibet vice qualibet condamnetur. Nec audeant dicti Muratores, vel Magiſtri lignaminum de dicta Ciuitate, & eius diſtrictu ſe abſentare, cauſa eundi ad laborandum alibi ſine expreſſa licentia Dominorum Priorum, pena decem libr. cuilibet contrafacienti, & vice qualiq; de quo quilibet poſſit accuſare.

De ſolutione Sartorum, Sutorum, & Cimatorum. Rubr. LXVII.

SVTORES pannorum, ſiue Sartores de eorum laboritijs modo inſraſcripto faciant ſibi ſolui; pro qualibet tunica ad vſum hominis cum zagana, vel ſine, ſeptem ſolid. den. & non vltrà recipiant; pro qualibet guarnachia ad vſum hominis, pro qualibet clamide ſex ſolid. pro qualibet tunica lacij ſex ſolid. pro qualibet clamide lacij tres ſolid.

pro quolibet guarnello ad vſum hominis, quatuor ſolid. pro quolibet guarnello ad vſum mulieris, quinque ſolid. pro qualibet tunica, ſiue guarnacchia ad vſum mulieris cum zaganis, & friſiaturis vni ſolid. Statuimus etiam, quod nullus ipſorum audeat, vel pręſumat participare aliquid lucri cum aliquo funnicario in faciendo vendere pannos in Ciuitate Recaneti tantum, quod ſi fuerit contrafactum, puniatur in centum ſolid. pro qualibet vice, & quilibet ipſorum de facto, & quilibet ſit legitimus accuſator, & denunciator in prædictis. Facientes verò diploides pro qualibet habente duodecim rigas in qualibet quarta parte ſupra cẽturam, infra centuram vigintiquinque rigas pro ſutura triginti ſolid. accipere teneantur, & non vltra, ſi non haberet tot rigas, vel etiam ſi haberet plures, pro rata ſibi ſoluatur. Cimatores autem habeant, & percipiant pro eorum ſolutionibus in cimando pannos, ſi brachium conſtiterit duodecim Ancoñ, vel infra, duodecim den. pro cimatura cuiuslibet brachij. Si verò conſtiterit vltra, vſque ad viginti Anconitanos, quindecim den. pro quolibet brachio recipere teneantur. Si verò fuerit maioris valoris vigĩnti Ancoñ. recipiat pro cimatura cuiuslibet brachij xviij. denar. Saluo quod ſi fuerit pannus finus, qui bis cimaretur, recipere poſſit pro quolibet brachio vigintiduos denar. quod ſi in aliquo caſu ſupradictorum caſuum fuerit contrafactum, tàm cimator, quàm qui pãnum dederit ad cimandum puniatur in quadraginta ſolid. den. pro quolibet, & vice qualibet, qua fuerit contrafactum. Et cimatores prædicti volentes in Ciuitate Recaneti artem prędictam exercere nõ poſſint, niſi prius iurauerint in manibus officialis Poteſtatis Recaneti, & iurando promittant dictam artem legaliter exercere, ſecundum ordinem prædictum.

De ſolutione fienda menſurantibus terram. Rubr. LXVII.

TERRARVM menſuratores pro qualibet die qua iuerint, ſeu ſteterint cum aliquo, vel aliquibus infra primam, ſecundam, & tertiam ſenaitam ad menſurandum tres modiolos terrę, vel minus pro eorum ſalario, & mercede, quatuor ſolid. pro quolibet eorum ſint contenti; a tribus modiolis terrę ſupra in quacunque ſenaita fuerit

pro

pro quolibet eorum quinque ſol. accipiant, & non vltra. Sed ſi partes eſſent concordes de vno menſuratore, qui uadat ad menſurandum ille ſic electus ire debeat ad menſurandum o cum ſalario ſupradicto infra octo dies poſtquam fuerit requiſitus, pęna centum ſol.

De ſolutione Barberiorum. Rubr. L X I X.

BARBERII qui ipſam artem faciunt, debeant ipſam artem facere, & operari, ac pro ſuo labore, & mercede recipere, ſcilicet pro barbitõſura, & politura cuiuslibet barbę cuiuslibet homĩs, vnum denarium, pro ſanguinatura in ſtatione ipſius Barberij, vnum denar. Sed ſi iuerint ad domum alienam, duos den. recipiant, pro molatura cuiuslibet ferri, vnum den. recipiant, & non vltra, pęna in quolibet ſupradictorum caſuum, centum ſolid.

De ſolutione Fabrorum. Rubr. L X X.

FABRI, & ipſam artem exercentes pro quolibet ferro equi magni per eos facto, & miſſo de eorum ferro, & ferrando, quatuor ſolid. recipiant, & non vltrà pro quolibet ferro ronzeni tres ſolid. de ferro muli, duobus ſolid. ſint contenti, de quolibet ferro aſini xviij. denar. pro tractura, & mutatura ferri equi, & ronzeni, duodecim denar. Somerij, & muli, octo denar. pro qualibet verò libra vanghę, ſappę, ronchę, ſiue ronchoni, quatuòr ſolid. recipiant, & non plures; pro qualibet verò libra anthenarum vomeris, cultri, & calcagnolorum de eorum ferro, trigintiduos den. recipere teneantur. Sed ſi ad aliquod ferrum aptum ad incidendum acciarium ponerent, duos ſolid. accipiant. Si verò ferrum alienum laborarent, pro qualibet libra ferri pro eorum ſalario, & labore, ſex den. recipere valeant, & non vltrà, pęna contrafacienti in quolibet ſupradictorum caſuum centum ſolid.

De ſolutione Calciolariorum, ſiue Cerdonum. Rubr. L X X I.

CALCEOLARII, ſiue Cerdones, eorum artem ſtudeant bene, & fideliter operari, pro ſolatura cuiuslibet calciamenti cum ſuis ſolid. & lumbellis nouis xviij. denar. cum ſolis verò, & lumbellis ſolare facientis, decem den. recipiant, & non plures pro repedatura, duos denar. pro quolibet tacchono duos denar. recipere teneantur, pęna contrafacienti centum ſolid. pro vice qualibet. Addimus inſuper, quod quicunque Ciuis, vel habitator Ciuitatis Recaneti, aut forenſis artem calciolarię, & curaminũ exercere, & facere voluerit in Ciuitate Recaneti, & eius diſtrictu, eam facere, & exercere debeat ſub modis, formis, & conditionibus traditis a ſtatutis fraternitatis calciolariorum Ciuitatis Recaneti factis, & fiendis, pertinentibus, & tractantibus de exercitio, & modo, & forma exercitij artis prædictę, ſub pęnis in dictis ſtatutis impoſitis, & imponendis, quę ſtatuta ex nunc confirmamus, & pro ſtatutis haberi ſancimus, & ordinamus.

De ſolutione fienda aptantibus granum cum coruello. Rubrica. L X X I I.

APTANTES, & mundantes granum cum coruellis, & ſemen lini, teneantur, & debeant aptare, & mundare ſalmam grani pro quatuor denar. tantùm, uel pro uno denario quemlibet buttinellum grani. Semen uerò lini teneatur aptare, & mundare cum coruellis dictis pro tribus denar. quemlibet buttinellum, pęna contrafacienti centum ſolidorum pro uice qualibet.

Quo vbi ſtatutum non loquitur de ſupradictis artibus, & in alijs, reducatur ad ſimilia. Rubr. LXXIII.

PRESENTI ſtatuto ſancimus, quod vbicunq; ſtatutum non loqueretur, vel ordo aliquis factus non eſſet, quod de ſimilibus ad ſimilia reducatur. Volumus etiam quod per Priores Populi dictæ Ciuitatis de quolibet quarterio, & de qualibet dictarum artium, ſeu fraternitatum vnus homo eligatur. Qui ſic electi poteſtatem habeant diffinire, ſedare, decidere, & terminare, & de incongruo ad congruum reducere omnes lites, & quæſtiones, atque diſcordias ortas, & oriundas inter aliquos de ipſis ſolutionibus, & quicquid declaratum præceptum, & ſententiatum fuerit per ipſos electos, & quemlibet eorum in dictis eorum arbitrijs, litigãtes teneantur, & debeant obſeruare, & ipſis electis, & cuilibet ipſorum obedire, pęna viginti ſol. pro quolibet non obediente, & vice qualibet. Et officium ipſorum ſic electorum duret per vnum annũ. Sed ſi aliquod collegium, ſeu fraternitas prædicta obſeruare ceſſaret, quod Priores Populi, qui pro tempore erunt, teneantur, & debeant proponere, vel proponi facere in Conſilijs opportunis de caſſatione ipſius fraternitatis pręd icta obſeruare ceſſantis. Volumus etiam quod quilibet de Recaneto, & eius diſtrictu faciens aliquam ſupradictarum artium, non debeat ipſius artis alicui ſeruitium denegare, ſed cuilibet petenti exibere, operari, & ſeruire bona fide, & ſine fraude, pęna decem ſol. pro vice qualibet, niſi cauſam iuſtã habuerit, uel fuerit legitimè prępeditus. Et quod quilibet, qui aliquam dictarum artium operatur, vel in futurum operabitur, teneatur, & debeat omnia, & ſingula in dictis ſtatutis dictarum artium contenta, obſeruare, & non contrafacere, vel venire in aliquo, pęna centum ſolid. pro vice qualibet. Et de omnibus, & ſingulis ſolutionibus vltrà, & contra formam dictorum ſtatutorum factis, & receptis, credatur ſacramento ſoluentis, vſque ad quantitatem quadraginta ſolidorum, quas quantitates vltrà modum debitum acceptas, Iudex de facto ſoluenti reſtitui faciat cum effectu. Volumus etiam quod Poteſtas, qui nunc eſt, & pro tempore fuerit, & eius officialis, & Priores Populi, qui nunc ſunt, & pro tempore fuerint, teneantur, & debeant omnia ſupradi-

cta ſtatuta, & conſtitutiones, de dictis artibus loquentia obſeruare, & obſeruari facere, & executioni mandare, & contra ea venientes punire, & contra ipſos procedere, tàm per inquiſitionem, quàm etiam ad denum tiationem cuiuslibet denumtiare volentis, vinculo ſacramenti, & pęna quinquęginta libr. Poteſtati de ſuo ſalario, & Centum ſol. de bonis propijs dictorum Priorum, pro quolibet eorum dicto Communi applicanda.

De ſenſalibus. & eorum electione, atque officio. Rubr. L X X I I I I.

STATVIMVS, & ordinamus, quod Domini Priores Populi dictę Ciuitatis, qui erunt de menſe October in officio Prioratus teneantur, & debeant vinculo ſacramenti, & pęna Centum ſol. proquolibet, eis auferenda per Rationatores Communis de facto ſine aliqua condẽnatione de eis fienda, & deueniant in Commu, ni banniri facere, quod omnes volentes eſſe ſenſales pro Communi, compareant coram Dominis Prioribus, cum eorum petitionibus in ſcriptis, & ipſorũ officiũ duret per vnũ annũ. Et dicti ſenſales teneantur, & debeant ad petitionem, & requiſitionem mercatoris, vel mercatorum, vel alterius cuiuſcunque petentis volentis, ſiue volentium emere in dicta Ciuitate Recaneti, & eius diſtrictu, vinum, & oleum, aſſotiare dictos mercatores ad domum vendentis. Et quod dicti ſenſales non poſſint, nec debeant facere aliquod mercatũ cum aliquo noſtro Ciue, vel habitatore dictę Ciuitatis de ſupradictis vino, & oleo, vel re, nec eis arras dare, ſine pręſentia dicti mercatoris, ad pęnam decem libr. pro quolibet ipſorum, & vice qualibet, qua contrafecerit in prædictis. Et per Poteſtatem, & eius officiales dicta pęna exigatur. Cuius medietas ſit accuſatoris, & alia medietas deueniat in Commu ni. Et quilibet poſſit denunciare, & accuſare, & nomen eius teneatur in credentia, & quod in dicto menſe Octobr. quando dicti ſenſales nominati fuerint per dictos Priores Populi, ac etiã electi, non poſſint eos nominare, nec eligere ad dictum officium ipſi Priores ſine pręſentia, & con ſenſu quatuor virorum per quarterium vocandorum, & eligendorum per ipſos Dominos Priores. Et dicti ſenſales electi ſint approbati per duas partes ipſorum Priorum, & hominum vocandorum per ipſos Priores,

res ad buſſulas, & pallu&as. Et ſi prędicta non fuerint obſeruata in qualibet parte ſui, ipſa electio, & nominatio nō valeant, nec teneant ipſo iure, immò ſint irrita caſſa, & vana, & nullā in ſe obtineāt firmitatem. Statuentes prętereа, quod dicti ſenſales ſic electi ad dictum officium ſenſarię, teneantur, & debeant vinculo ſacramenti, & pęna centum ſol. pro quolibet eis auferenda per Poteſtatem, & eius Curiam de facto, & deueniat in Communi, quod facto mercato cum aliquo, ſeu aliquibus, infrà ſecundam diem notificent duanerijs Communis, & faciant ſcribi in quaterno dictę duanę nomen emptoris, & venditoris, & rem venditam, & prętium ipſius rei, ne Commune in aliquo decipiatur. Prætereа nullus noſter Ciuis, vel habitator dictæ Ciuitatis vinculo ſacramenti, & pęna centum ſolid. vice qualibet, qua contrafactum fuerit poſſit, vel debeat ire, vel aſſociare aliquem mercatorem forenſem, cauſa emendi ipſas mercantias, vel aliquod mercatum facere. Item quod dicti ſenſales, qui erunt modo prædicto electi, non debeant, nec poſſint aliquibus noſtris Ciuibus, nec habitatoribus noſtrę Ciuitatis pro ipſis mercatis de quibus fuerint inuentores, ſeu proxenetę recipere aliquid, nec petere, vel habere, niſi proceſſerit ex voluntate noſtrorum Ciuium, & habitatorū noſtrę Ciuitatis prædictæ, ſub pęna centum ſoll. pro quolibet ipſorum, & vice qualibet, qua contrafecerit, & ipſa pęna exigatur per Poteſtatem, & eius Curiam de facto ſine aliqua remiſſione. Et ordinamus etiam ne fraus in contractibus per ſenſales Communis fiendos committi valeat, ſed potius eis obuiare volentes, quod nullus ſenſalis durante tempore ſui officij ſenſarię audeat, vel pręſumat facere, vel fieri facere per ſe, nec per interpoſitam perſonam pro ſe aliquam mercantiam olei, vini clari, ſub pęna quinquaginta libr. denar. & ammiſſionis ſiue perditionis mercantiæ, & quilibet poſſit tales ſenſales accuſare, & eius nomen teneatur in ſecreto, & habeant medietatem banni. Excepto quod dicti ſenſales poſſint emere de vino muſto, tempore vendemiarum ſine pęna, & banno.

De Carrarijs. Rubr. LXXV.

STATVIMVS, & ordinamus, quod omnes,& ſinguli Carrarij, Carris, ſiue plauſtris vti uolentes in Ciuitate, vel diſtrictu Recaneti, quolibet anno de menſe Iunij teneantur, & debeant ſoluere, & ſuis expenſis dare, portare, & conſignare quatuor bonis viris, & idoneis eligendis, & nominandis, quolibet anno, videlicet vno pro quarterio per Dominos Priores Populi, medium miliare laterum pro quolibet Carrario bonorum, & benę coprorum, quos lateres ſiue lapides, prędicti officiales eligendi, vt dictum eſt, teneantur ponerè, ſeu poni facere in concimine,& reparatione viarum Ciuitatis Recaneti per quas dicti Carrarij vadunt, vel tendunt ad portum cauſa deferendi mercantias, videlicet. in illis locis, quę magis egent reparatione, prout dictis officialibus videbitur, & in cōcimine, vel reparatione aliarum viarum conuerti non poſſint, pęna dictis Carrarijs, qui non ſoluerint lateres, vt dictum eſt, pro quolibet ipſorum non ſoluentium,& pro quolibet anno, quo non ſoluerint, vigintiquinque libr. denar. ſine aliqua diminutionę de facto in Communi ſoluenda. Teneaturque quilibet Carrarius, victuralis, vel aſinarius ferens, ſiue portans, vel referens mercantias cuiuſcunque quantitatis,& generis a Ciuitate ad Portum, vel a Portu ad Ciuitatem Recaneti, conſignare,& ſcribi facere Capitaneo,& Notario Caſtri Portus, ſeu Notario dicti Caſtri, & Domino mercantiarum, pęna contrafacienti pro qualibet vice de facto auferenda, quadraginta ſolid. & vltra hoc ſi res aliqua deportata per eos amitteretur, ad emendam ipſius rei penitus teneantur. Volumus inſuper quod prędicti Carrarij quolibet anno in Kalendis Ianuarii teneantur, & debeant ſe ſcribi facere in matricula dictorum officialium electorum per Dominos Priores, vt dictum eſt, pęna contrafacienti pro quolibet anno, centum ſol. & illo anno Carrare non poſſint. Non poſſint etiam dicti Carrarij carrare, extrà territorium, & diſtrictum Recaneti aliquam quantitatem vini, iuxtà formam noſtri ſtatuti poſiti in tertio libro ſub Rubrica de pęna Carrarij vehentis vinum extrà territorium.

De

De electione quatuor bonorum virorum pro defenſione iurium Communis. Rubrica L X. X V I.

STATVIMVS, & ordinamus, quod quolibet anno in Kalendis Ianuarij. Eligantur quatuor boni homines, ſcilicet vnus per quarterium pro defenſione Iuris noſtri Communis. Qui quatuor homines ſic electi, habeant auctoritatem, bailiuam, facultatē plenariā, & poteſtatē agendi, & defendendi, & agere, & defendere faciēdi ſumptibus, & expenſis dicti Coīs, & Populi Ciuitatis Recaneti, omnes, & ſingulas cauſas, lites, quęſtiones, & iura dicti Communis, quas dictum Commune, vel eiuſcindici haberent, vel habere poſſent, & habituri ſunt quibuſcunque de cauſis, titulis, Iuribus, & actionibus, & bonis rebus, cū quibuſcunque perſonis, Communibus, Collegijs, vel vniuerſitatibus tàm in dicta Ciuitate, quàm extrà ipſam Ciuitatem in curijs generalibus, ſeu pręſidalibus Domini Marchionis, & in curia Domini Papę, & auditorum ipſius Domini, & in quacunque alia curia, & foro competenti temporali, vel ſpirituali, Eccleſiaſtico, vel ſeculari, & pro ipſis agendis, & defendendis, & agi, & defendi faciendis, expendendi, & expendi, faciendi libere de erę, & pecunia dicti Communis. Et ſi non eſſet in dicto Communi, mutuò accipiendi, collectas imponendi, & exequi eas faciendi, & expendendi pro prędictis cauſis agendis, & defendendis, ſine aliquibus ordine, & ſolemnitate Conſiliorum per formam ſtatuti traditis. Et quod Poteſtas, & Priores dicti Populi, qui pro tempore fuerint, & quilibet alius officialis dicti Communis, & Populi teneantur, & debeant vinculo ſacramenti, & pęna ipſi Poteſtati quinquaginta libr. & cuilibet officiali decē libr. quęcunque fuerint deliberata, & ordinata per dictos quatuor exequi, & executioni mandare per effectum operis diligenter. In quorum officialium electione talis ordo, ſolemnitates, & forma ſeruentur, quod Domini Priores Populi, qui pro tempore erunt, vnà cum Conſilio Antianorum, & vigintiquatuor dicti Populi, inſimul congregato, faciant ſcrutinium de eligendis dictis quatuor, de quolibet quarterio, cum Iuramento cautè, & ſecreto modo inquirendo, de melioribus hominibus eligendis ad dictum officium. Et qui plures, voces habuerit de idonitate, & ſufficienti, illi ſint officiales ad prędicta, quorum officium duret per annum integrum. Et idem modus, & forma ſeruentur in electione Maſſariorum futurorum.

De

De electione, & officio quatuor virorum ſuper fortificatione Ciuitatis noſtræ. Rubr. LXXVII.

STATVIMVS, & pręſenti ſtatuto firmamus, quod Domini Priores Populi de menſe Maij vinculo ſacramenti, & pęna decem librar. pro quolibet ipſorum de facto auferenda, ad reparationem fortificationem, & aptationem Ciuitatis Recaneti, eligere, vocare, & nominare quilibet Priorum in ſuo quarterio quatuor homines Populares ad reparandum, murandum, & aptandum muros, ſticchatos, berteſcas, & fouea dictæ Ciuitatis, & ad omnia alia, & ſingula neceſſaria, & opportuna pro fortificatione, aptatione, ac reparatione dictę Ciuitatis, prout, & ſicut, & quomodo eis placuerit, & videbitur conuenire, ſic per ipſos Dominos Priores Populi electi, vocati, & nominati ſupradicti, vnà cum Dominis Prioribus Populi, qui pro tempore fuerint in dicto officio Prioratus, habeant auctoritatē, arbitrium & bailiam, ac poſſint, & debeant quilibet ipſorum ad ſuum quarterium collectam, tàm per apprętium, quàm per fumantem imponere, & exigere, ac exigi facere pro reparatione, ac fortificatione dictę Ciuitatis. Nec non liceat eis, & poſſint imponere pęnam, ac pręcipere, & mandare inobbedientibus vſque ad quantitatem quadraginta ſol. quod fiat fabricatio, & reparatio dictę Ciuitatis. Et ad relationem dictorum Popularium electorum, dominus Poteſtas, & eius officium teneatur, & debeat dictam pęnam exigere, & exigi, facere, habita relatione dictorum electorum pro quolibet quarterio, abſque condemnatione aliqua, de facto, & deuenire ad manus Maſſarij dictę Ciuitatis, pęna ipſi Poteſtati, & ſuę curię ſi contrafecerit, decem libr. de ſuo ſalario, Communi applicanda, ſine remiſſione aliqua. Omne id totum, & quicquid per ipſos Populares electos pro aptatione, & reparatione dictę Ciuitatis extiterit ordinatum, & factum. Et ipſe Poteſtas, & eius officium teneatur obſeruari facere, & executioni mandare.

De pęna illius, qui officium Prioratus exercens adiuuaret, ſeu conſuleret alicui, qui quæſtionem, ſou litem haberet cum Commune Recaneti. Rubrica LXXVIII.

VT bona, res, libertates, ac iuriſdictiones Communis Recaneti conſeruentur illęſa, pręſenti conſtitutione firmamus, quod Priores Populi, qui ſunt, & pro tempore fuerint non audeant, nec præſumant facere, dicere, vel operari palã, vel occultè per ſe, vel interpoſitã perſonã, tacitè, vel expreſſè, aliquid quod eſſet, vel eſſe poſſet, cõtra honorẽ, vel iuriſdictionẽ, vel libertatem Communis, & Populi Recaneti. Et quod non audeant, vel præſumant dare, vel præſtare, aut dari, vel præſtari facere dicto, vel facto auxilium, conſilium, vel fauorem alicui, qui quęſtionem, litem, ſeu cauſam haberet cum dicto Communi Recaneti. Et qui cõtrafecerit, pro quolibet, & qualibet vice vigintiquinque libr. pęnam, ipſo facto incurrat, & de numero ducentorum de Populo abradatur, ita quod in dicto numero ducentorum de populo perpetuò eſſe non poſſit. Et Poteſtas, qui nunc eſt, & pro tempore fuerit vinculo ſacramenti, & pęna quinquaginta libr. de ſuo ſalario de menſe quolibet inquirere debeat. Et etiam ad denunciationem, cuiuſcunq; denunciare volentis, procedere, cuius nomen teneatur in credentia. Et repertos culpabiles punire, & pęna debita condemnare.

Statuta ſuper arte lanę. Rubr. LXXIX.

QVIA vnum quodque debet ſua regula gubernari, & in noſtra Ciuitate per Dei gratiam ars lanę & pannorum incipiat operari, & ſperamus eam in futurum augeri, dignum eſt, quod eam exercentes, ipſam ſub ſua regula, & moderamine exequantur, vt ab omni vitio in eius exercitio caueant, quo circa ſtatuimus, & ordinamus,

mus, quod per Dominos Priores Populi Ciuitatis Recaneti, qui pro tēpore erunt debeant de menſe Ianuarij cuiuslibet anni, nomine Communis Recaneti eligere duos bonos, & expertos homines in arte lanę, qui vnà cum officiali extraordinariorum Poteſtatis Recaneti, qui pro tempore fuerit, habeat poteſtatem videndi, rimandi, & inueſtigandi pro cōtrafacientibus contrà ordinamenta, & ſtatuta artis lanę condita, & condenda; quorum officium duret per annum, & eorum dicto relationi credatur, & ſtetur de his, quæ dixerint ſe inueniſſe contra exercentes dictā artem, operantes, & committentes aliquid contra dicta ordinamēta, & quod ſecundū eorum dictū, & relationē, Pōtas Ciuitatis Recaneti teneatur, & debeat contrafacientes dicta ordinamenta punire, & condemnare in pęnis in dictis ordinamentis cōtentis, ſummariè de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, omni iuris ordine, & ſolemnitate omiſſis, ſola veritate comperta. Statuentes pręterea, quod nullus de dicta arte debeat recipere acciam, & lanam filatam alienam, vel ſuam, & pro ſe, velut alienam, & pro alio, & qui eam acceperit, niſi eam ea die qua acceperit, reſtituerit illi, cuius eſt, ſi ſciuerit, aliàs illis duobus reuiſoribus per Cōmune electis ſuper dicta arte condamnetur in quadraginta ſol. de facto Communi ſoluendis, & ad reſtitutionem lanę, ſeu accę prædictę.

ITEM ſtatuimus, quod nullus laborans lanam de dicta arte audeat, vel præſumat facere, vel fieri facere aliquem pannū pro ſe, vel pro ſuo, ſine licentia dictorum duorum per Commune electorum ſuper dicta arte, & dicti officialis extraordinariorum, qui electi vna cum dicto officiali, quando dictam licentiam conceſſerint, debeant videre, & rimari lanam, ex qua dictus pannus fieri debet, ad hoc, vt fraus non committatur. Et qui ſine dicta licentia pannum prædictum fecerit, vel fieri fecerit, bannum incurrat xl. ſol. quos ſoluere de facto cogatur per officialem prædictum.

ITEM ſtatuimus, quod omnes, & ſinguli de dicta arte poſſint laborare, & laborari facere pannos biſios, anellinos, brunos, miſchios, coloratos, & albos in toto anno, ſine pęna, & banno, & quod trama pro pannis anellinis, brunis, miſchis, coloratis, & albis poſſit ſcardazari ſine aliqua licentia, & ſine pęna, & banno.

ITEM ſtatuimus,quod nullus de dicta arte debeat battere, petinare, vel ſcardazare,ſeu bati, petinari,ſeu ſcardazari facere de mēſe Aprilis, Maij, Iunij,& Iulij, vel ipſorum aliquo, aliquam lanam claram, ſeu carſagnam, nec aliquam petiam, ſeu cauitium panni de dictis lanis tempore aliquo reuerſare, vel reuerſari facere, & qui contrafecerit in aliquo prædictorum,incurrat pęnam decem libr. den. pro quolibet,& qualibet vice,quàm de facto ſoluere cogatur per officialem prædictum Communi Recaneti.

ITEM ſtatuimus,& ordinamus,quod lana, vel trama pro pannis biſis fiendis in dicta arte, antequam ſcardazetur debeat omnimode per volentem illam ſcardazare,ſeu ſcardazari facere, dictis electis per Commune,officiali,ſeu vni eorum, & dicto officiali extraordinariorum,vtrum ſit bona,vel non,quæ lana, vel trama ſi ſufficiens reperietur licentia concedatur per dictum officialem ſcardazandi,aliàs ſcardazari non poſſit, pęna centum ſolid. denariorum contrafacienti, pro qualibet vice,de facto accipienda per dictum officialem pro dicto Communi. Et ſi dicti duo electi, vel alter eorum quibus, vel cui dicta lana oſtenderetur,approbaret ipſam pro bona,& ſufficienti, & non eſſet,pœnam incurrat centum ſolid. denar. pro quolibet, & qualibet vice de facto eis auferendam. Et ſi contentio fuerit de ſufficientia,vel inſufficientia dictę lanę,terminetur per eoſdem,vnà cum duobus ex Prioribus Populi, vel alios duos per ipſos Priores ęligendos cum ęiſdem.

ITEM ſtatuimus, quod nullus de dicta arte debeat apportare, vel apportari facere extrà diſtrictum Ciuitatis Recaneti aliquam lanam aliquo modo laboratam, ſiue ſtamen,ſiue tramam,nec eam apportatam emere,vel emi facere, nec laborare, vel laborari facere, nec modo aliquo operari in dicta Ciuitate,& eius diſtrictu, & qui contrafecerit in pręd ictis, vel aliquo prędictorum,incurrat bannum vigintiquinque librar.de facto exigendarum, per dictum officialem extraordinariorum pro Communi Recaneti.

ITEM ſtatuimus,quod nullus de dicta arte debeat aliquā lanā capare,battere,petinare,teſſere,ſcardazare, vel mō aliquo laborare,extrà Ciuitatē,& territoriū Recañ,nec capari, bati, petinari, teſſi, vel

ſcardazari

ſcardazari facere, contrafaciens incurrat pęnam quinquaginta librar. denar. pro qualibet vice Communi Recaneti ſoluendam, & ab eo de facto auferendam; licitum tamen ſit ſine pęna, & banno aliquo vnicuique facere filari lanam extrà diſtrictum Ciuitatis Recaneti.

ITEM quod nullus dictam artem exercens, præſumat battere aliquam lanam alicuius de nocte, pęna decem ſolid. de facto ſoluendam Communi prædicto pro qualibet vice.

ITEM quod nullus de dicta arte debeat battere, nec batti facere lanam aliquam, niſi infra Ciuitatem Recaneti, pęna decem librar. denar. pro quolibet, & qualibet vice de facto ei auferenda pro dicto Communi per dictum officialem extraordinariorum.

ITEM ſtatuimus, quod nullus dictam artem exercens debeat tingere, ſeu tingi facere aliquam lanam in colore nigro, vel lanam in dicto colore tintam, cum alia lana miſcere, vel ipſam filari facere, vel immittere, ſeu immitti facere in aliquo panno, quem faceret, vel fieri faceret aliquam lanam de pelliparijs, vel quæ de pellibus, ſeu de foderibus ipſorum extraheretur de calcinario, vel borram quę extraheretur de folla, nec palmatitiam cardaturam, vel cimaturam panni, nec etiam poſſit ſcardazare, ſeu ſcardazari facere brullos, vel ſtamen, vel tramam filatam, vel ſtamen biactolatum, nec in panno aliquo ipſos immittere, vel immiſculare, ſeu immitti, vel immiſculari facere, nec aliquam ex dictis lanis, nec brullos, ſtamen, vel tramam prędictos filare, nec filari facere, & qui in prædictis, vel aliquo prædictorum contrafecerit, pęnam incurrat pro quolibet, & qualibet vice vigintiquinque libr. denar. Communi de facto ſoluendam, & per dictum Notarium extraordinariorum auferendam de facto, pro dicto Communi, & ſi inculpatus de prędictis, vel aliquo prædictorum negauerit, ſe eſſe culpabilem, credatur, & ſtetur, abſque alia probatione declarationi dictorum duorum eligendorum, ſeu electorum per Commune prædictum ſuper dicta arte, vt in capitulo de dicta electione continetur, quibus electis vna cum Notario extraordinariorum dicti Communis liceat, & poſſint, & debeant omnem lanam, ſtamen, & tramam de prædictis, & etiam pannum, lanam, ſeu filatum, in quibus eſſet miſtum de dictis lanis,

&in

& in quibus ipſi declarauerint fore miſtum accipere a quocunq; dictum pannum, lanam, ſeu filatum detinente, & habente, accipere, & accipi facere, & ipſum pannum, lanam, ſeu filatum facere comburi in platea Cõmunis Recaneti, vt cęteris tranſeat in exemplum, & qui accipi non permitteret, ſeu reſiſteret, vt non accipiatur, & non comburatur, pro quolibet, & qualibet vice de facto puniatur in vigintiquinque libr. den. ſoluendis Communi prædicto: ſit tamen licitum vnicuique de dicta arte tingere, & tingi facere lanam in alijs coloribus, quàm in nigro, ſine pęna, & banno aliquo.

ITEM ſtatuimus, quod Petinatores dictę artis, debeant facere montonem ſtami, quod recolligatur, & recolligi debeat per ipſos ad plus quatuor vicibus per diem, & quandocunque Petinator dictæ artis ſine licentia ſui Magiſtri, prædicta non obſeruauerit, vel pluries dictum ſtamen recolligeret contra voluntatem ſui magiſtri, pęna decem ſolid. denar. pro qualibet vice de facto ſoluenda Communi prædicto plectatur, cui magiſtro liceat dictum Petinatorem non ſeruantem prædicta expellere, nec alius magiſter poſſit ipſum receptare, vel ei dare aliquid ad petinandum, vel laborandum, pęna viginti ſolid. pro quolibet, & qualibet vice de facto ſoluenda Communi prædicto.

ITEM ſtatuimus, quod nullus de dicta arte audeat facere, vel dare, ſeu fieri, vel dari facere in dicta Ciuitate, & diſtrictu ad filandum, nec in ſua domo, vel ſtatione tenere aliquam mezettam lanę petinate, quæ ſit maioris ponderis quinque libr. & medię, etiam ſi fuerit ipſa lana filata, pęna ſex denar. pro qualibet vntia, quæ fuerit vltra pondus dictarum quinque libr. & medię Communi de facto ſoluenda.

ITEM ſtatuimus, quod quilibet dictam artem exercens, qui dederit aliquam quantitatem lanę ad filandum habeat, & habere debeat vnam fiezam lanę filatę bullatam ſigillo, ſeu ſtampa plumbea dicti Communis pro apparo, & ſigno, ad hoc vt poſſit oſtendere illi perſonę, cui dederit dictam lanam ad filandum, & pactum facere cum filatrice de filando dictam lanam ſecundum groſſitudinem dictę fiezę bullatę, & qui dictam fiezam non habuerit, ſoluat bannum quinque ſolid. den. pro qualibet vice de facto.

Item

ITEM quod nullus exercens dictam artem lanę, det lanam ad filandum, niſi in ligamine dictę lanę ſtami, vel trame ſit, & permaneat vna cartucia, in qua ſcriptum ſit nomen illius, cuius eſt dicta lana, alias ſoluat de facto, pęnam ſex denar. pro quolibet mezecto.

ITEM quod nullus de dicta arte audeat facere aliquem pannum de medialana, niſi tantum in colore uiridi bruno, perſo, blado, rubeo, zallo, vel miſchio, & niſi fuerit de triginta portatis adminus, & qui contra fecerit pro quolibet petia, & quolibet canicio panni, ſoluat de facto centum ſolid. den. Communi noſtro.

ITEM ſtatuimus, quod nullus de dicta arte poſſit facere, vel fieri facere pannos miſchios de lana clara, nec in lana clara aliquam lanam tintam miſcere, ſine licentia officialis, & illorum, qui poſiti erunt ſuper dicta arte, & ſi quis faceret, vel fieri faceret pannos, vel cauicios panni miſchi de quacunque alia lana, teneatur, & debeat in ipſa lana miſcere quinque libr. lanę tinte, & infra, vel minus arbitrio pręfatorum, qui poſiti erunt ſuper dicta arte pro quolibet centonario lanę, & ab inde ſupra vel infra pro rata contrafaciens, ſoluat pęnam quadraginta ſolid. den. pro qualibet petia, ſeu canutio dicti panni de facto.

ITEM quod nullus de arte dicta faciat, vel fieri faciat aliquam petiã ſeu cauitium panni miſchi de paucioribus portatis, quàm de viginti tribus, ſub pęna duodecim den. pro quolibet filo, qui deficeret, de facto ſoluendorum. Sit tamen ei licitum facere, vel fieri facere petiam, & cauitium panni miſchi de viginti tribus portatis, & pluribus ſine pœna aliqua.

ITEM quod quęlibet petia, ſiue tela panni, & quodlibet cauitium, ſeu tela cauitij panni non follati, quæ fiet deinceps per quemcunq; de dicta arte cuiuſcunq; lanę ſit, debeat fieri de vigintiduabus portatis, & media adminus, ſub pęna vigintidue den. pro quolibet filo, qui deficeret de facto ſoluendorum, ab inde verò ſupra, cuilibet facere liceat pro ſuo libito voluntatis, & quod dicta petia, ſeu tela, debeat fieri longitudinis centum brachiorum ad plus, & ab inde infra, pro libito voluntatis facientis. Et quod quicunque fecerit, petiam, vel cauitium panni, qui

ſeu

ſeu quę eſſet longitudinis. lxxx. br. adminus, ipſam, vel ipſum tirare non poſſit, dum fuerit follatum, vel follata, & ſpaudatur, & deſiccethetur cum pluribus duobus hominibus. Et qui contrafecerit, ſoluat de facto pro quolibet petia, ſeu cauitio, & qualibet vice, quadraginta ſol. denar. Et ſi quis fecerit, vel fieri fecerit aliquam petiam panni lanę, quę eſſet maioris lõgitudinis centum brachiorũ, non fallatam, ſoluat de facto pro quolibet brachio excedente dictos centum brachios, decem ſol. denar. Communi noſtro.

ITEM, quod nullus de dicta arte, debeat texere, nec texi facere aliquem pannum lanę ad modum, qui dicitur alapiana, contrafaciens ſoluat de facto quadraginta ſol. pro qualibet petia, ſeu cauitio, & qualibet vice.

ITEM, quod nullus teſtor, ſeu teſtrix lanę audeat, vel pręſumat texere aliquem pannum in pluribus duobus filis, per dentem, contrafaciens ſoluat de facto quadraginta ſol. denar. pro qualibet vice.

ITEM, quod nullus tèſtor, ſeu teſtrix lanę poſſit, nec debeat vendere, nec vendi facere pedanos lanę, certos, nec brullos lanę, ſed potius dictos pedanos, brullos, cerros, tramen, ſtamen, & tramam deuaſtatam filatam reddere, & reſtituere Magiſtris, quorum ſunt, ſub pęna centum ſolidorum de facto ſoluendorum.

ITEM, quod nullus teſtor, teſtrix lanę, incidat, nec incidi faciat cerros, vel pedanos alicuius cauitie panni, pęna decem ſolidorum denar. pro qualibet cauitia, & qualibet vice.

ITEM, quod nullus de dicta arte, Ciuis vel forenſis ſollet, vel follari faciat aliquem pannum lanę ad follas Communis, antequàm folletur pannus ad dictas follas per aliquem alium apportatus, ſi primò apportans, primò follare voluerit: dummodo, ſit licitum cuicunque, qui follare inceperit, follare continuando, oẽs ſuos pannos, quos follare voluerit, quantũcunq; ipſos oẽs ſuos pannos in ſimul ad dictas follas, non portauerit, non obſtante, quod ipſo medio tempore, aliquis alius ad dictas follas ſuos pannos portauerit, & ſi quis contrafecerit ſoluat pro

quolibet, & qualibet vice, & qualibet petia panni de facto quadraginta ſol. denar. & pro quolibet cauitio panni ſoluat viginti ſol. den. & qui prius ſuos pãnos follauerit in dictis follis, primò poſſit, & ſibi liceat eoſdem pannos ad rotam follarum inuoluere, & in ſpanditorio dictę artis ſpãdere, & quod nullus debeat tollere vices ſuas, ſeu vicennam tali pro follanti in prędictis, vel aliquo prædictorum, nec ſpandere, ſeu ſpandi facere in dicto ſpanditorio, donec alij panni fuerint deſiucchati.

ITEM quod nullus de dicta arte tiret, vel tirari faciat aliquam petiã panni dum ſpanditur cauſa deſiucchandi dum follata fuerit, cum pluribus ſex hominibus, qui ſex homines tirare poſſint hoc modo videlicet, quod duo homines tirent cerros dictę petię panni, & ipſi, qui tirãt dictos cerros habeant, & habere poſſint pro eorum appodio duos piolos, & duos alios homines, & non plures, qui duo homines debeant ſolummodo ſe appodiare dictis duobus hominibus cum eorum pedibus, & non tirare pannos, ſeu pannum, nec in ipſo manum ponere. Et prędicti, qui tirant cerros habeant de dictis duobus piolis vnum piolum pro quolibet, qui pioli non poſſint, nec debeant conficcari in terram, niſi ſemel tantum. Alij verò quatuor homines non poſſint aliquem ordinatũ, vel pręparatum appodium habere. Et quod nullus ex dictis ſex hominibus tirantibus, poſſit ſe appodiare ad aliquam ſbarram, vel alias factã, vel conficcatam, nec ad aliquid aliud ingenium, nec poſſint, vel debeãt dum tirant dictum pannum, niſi bis ſe repoſari. Sit tamen eis licitum dum ſe repuſant, vel quando dicta pętia conficcatur, ſupra petiam panni aſcendere; addentes, quod poſtquam panni fuerint tirati, vel ſemel conficcati, non poſſit aliquis dictum pannum iteratò, tirare, vel conficcare, ſine iuſta, & euidenti cauſa, & contrafaciens in aliquo prædictorum, ſoluat de facto noſtro Communi pęnam quadraginta ſol. pro quolibet, & qualibet vice, & qualibet petia, ſeu cauitio panni.

ITEM ſtatuimus, quod nullus de dicta arte poſſit, vel debeat in aliquo tiratorio ferri ponere, mictere, vel tirare, vel micti, poni, vel tirari facere aliquem petiam, ſeu cauitium panni lanę, niſi petiam, vel cauitium panni miſchi, albi, vel colorati, quæ, vel quod eſſet adminus de vigintitres portatis, vel ab inde ſupra, & niſi petia, ſiue cauitium panni biſi, vel non colorati, vel ſine miſchio, quæ, ſeu quod eſſet adminus de

vigin-

gintiocto portatis, vel ab inde ſupra, & qui contrafecerit in prędictis, vel aliquo prędictorum, ſoluat de facto pro qualibet petia, ſeu cauitio panni, & pro qualibet vice centum ſol. denar. ſit tamen licitum cuilibet ponere, mictere, & tirare, & poni micti, & tirari facere in dicto tiratorio omnes, & ſingulas petias, & cauitios panni forenſis, & qui in noſtra Ciuitate, & eius territorio facti non ſint, cuiuſcunque conditionis, & generis ſint, ſine aliqua pęna.

ITEM, quod nullus de dicta arte audeat, vel pręſumat cialandrare, aliquam petiam panni infuſſam, nec eam mictere ad celandrum, pęna quadraginta ſol. denar. pro quolibet, & qualibet vice de facto ſoluenda.

ITEM ſtatuimus, quod omnes, & ſingulę pęnę prędictę impoſitę in dictis ſtatutis loquentibus de arte lanę, & quolibet eorum, poſſint, & debeant exigi integrè ſine aliqua diminutione, ſumariè de plano ſine ſtrepitu, & figura Iudicij, abſque proceſſu, & condemnatione aliqua fienda de his, ſeu pro his, & de facto.

ITEM, vt detur materia artificibus, & pręcipuè facientibus artem lanę, noſtrę Ciuitatis habitaculum adipiſci, ſtatuimus, & ordinamus, quod venientes, & venire volentes ad Ciuitatem Recaneti ad faciendã artem lanę, ſint exempti de eorum perſonis, & rebus, & omnibus dependentibus de dicta arte.

De quot ligis debet argentum laborari. Rubr. LXXX.

ITEM, ſtatuimus, quod nullus aurifex exercens artem auri, vel argenti in Ciuitate Recaneti, & eius territorio debeat, vel poſſit laborare argentum, ſeu aliquod laborerium argenti, minoris ligę, ſeu pauciarum ligarum nouem ligis, qui contrafecerit incurrat pęnam centum ſolidorum denariorum pro qualibet vncia dicti argenti, quod laborauerit, & dictũ argẽtũ perdat. Et quod Priores Populi Ciui-

tatis Recaneti, qui pro tempore fuerint teneantur, pęna decem libr. denar. pro quolibet, in principio regiminis cuiuslibet Poteſtatis Ciuitatis Recaneti, eligere duos legales homines, quorum officium duret de ſex menſibus in ſex menſes, qui debeant prędicta reuidere, & eorum dicto, & declarationi ſtetur abſque aliqua alia probatione, vnàcum officiali extraordinariorum Poteſtatis Ciuitatis Recaneti, qui reuiſores habeant tertiam partem pęnarum prędictarum, quas fecerint deuenire in Communi.

De ſubſidio præſtando ſtudentibus per Commune. *Rubr.* *L X X X I.*

VT noſtri Ciues, & habitatores noſtrę Ciuitatis habeant materiam ſtudendi, & ad honorem peruenire, Statuimus, & ordinamus, quod omnibus de Ciuitate Recaneti, & eius diſtrictu, & habitatoribus dictę Ciuitatis volentibus legibus, vel medicina ſtudere, quolibet anno pro ſuſidio dictorum, dentur per Commune Ciuitatis Recaneti de pecunia dicti Communis, vigintiquinque librar. denar. ſoluendorum eis per maſſarium dicti Communis de dicta pecunia Communis pro quolibet anno, quo ſtuduerint, dummodo ſi idem ſtudentes, quibus dabuntur dictæ vigintiquinque librę, eorum pigritia, & defectu non perſeuerauerint in ſtudio, teneantur, & debeant quantitatem, ſiue quantitates, quam, vel quas à Commune receperint cauſa ſtudendi, reddere, & reſtituere integraliter dicto Communi.

Quod

Quod procuratores, vel aduocati non poſſint comparere pro alio ante litem conteſtatam, nec intrare Palatium Poteſtatis niſi hora iuris reddendi. Rub. LXXXII.

QVIA ſepę contingit, quod lites, & quęſtiones protrahuntur, & retardantur propter cauillationes, & aſtutias procuratorum, & aduocatorum, alieno nomine interuenientium, tàm in terminis, & dilationibus per eoſdem petitis ad eorum mandata producendo, & contra ipſa opponendum, & replicandum, quàm etiam in terminis, & dilationibus ſucceſſiuè petitis ad accipiendum copiam petitionis, & opponendum, & replicandum contra, nec non eorum iniquis, & dānandis per ſuaſionibus, & monitionibus, partes etiam in iudicio ſępe aſtantes coram Poteſtate, & eius officialibus, recuſant veritatem fideliter explicare & maxime rei, ſeu debitores malitijs eorundem procuratorum confidentes, nolunt in iudicio per ſe ipſos perſonaliter reſpondere, cupientes in quantum poſſumus huic Communi morbo ſalubiter prouidere, hac pręſenti lege diſponimus, & ordinamus, quod nullus procurator, vel aduocatus, ſeu officium aduocationis, ſeu procurationis exercens audeat, vel pręſumat, quoquo colore quæſito, nomine alieno intercedere, vel reſpondere in iudicio, vel in palatio reſidentię dicti Poteſtatis, petendo, vel negando, vel alium actum iudicialem faciendo, antequàm lis à principalibus partibus ſit conteſtata per aſſertionem actoris, & negationem rei, vel pro conteſtata habita, pęna decem libr. pro quolibet, & qualibet vice, qua contrafecerit in prędictis, de facto eis auferenda per Poteſtatem, & eius officiales. Nec etiam Poteſtas, & eius officiales, dictos procuratores, & aduocatos, contra prędicta intercedentes, niſi confiteri vellent, & in ſe pręceptum deſoluendo recipere, vllo modo audire debeant, ſupradicta pęna, & vinculo ſacramenti officiali eos audienti, ante dictum tempus litis conteſtatę, vel pro conteſtata habitę, per eius ſcindicatores auferenda, ſed teneantur Poteſtas, Iudex, & eius Officiales facere comparere prin-

cipales perſonaliter corã ſe, & ſe bene informare de veritate cauſę, & perquirere veritatem à partibus in quantum eſt eis poſſibile.

STATVTA SVPER DVANA, SEV GABELLA CIVITATIS RECANETI.

De electione, officio, & arbitrio officialis duanę. Rubr. LXXXIII.

VT in noſtra Ciuitate debita, & ordinata exactio gabellarum more ſolito fieri valeat. Statuimus, & ordinamus, quod electio, vocatio, & nominatio Notarij gabellę dictę Ciuitatis obſeruetur cum effectu in omnibus, & per omnia prout, & ſicut in electione Notarij damnorum datorum plenius continetur. Qui notarius gabellę tali modo electus, arbitrium habeat, poſſit, & debeat omnes, & ſingulas gabellas, & duanas dicti Communis exigere, & in cippum Communis micti facere, ſecundum ſtatuta, & ordinamenta dictarum gabellatum, & duanarum. Poſſit etiam dictus Notarius pęnam imponere contra inobedientes, vſque ad quantitatem quadraginta ſolid. de faciendo duo præcepta diuiſim, & ſeparatim. Et Poteſtas, & eius Officiales teneantur, & debeant vinculo ſacramenti, & pęna decem libr. de ſuo ſalario ad quęrelam dicti Notarij executionem facere ſummariè, & de plano, & dictam pęnam deuenire ad manus maſſarij dicti Communis. Et pro eius ſalario habere debeat à Communi viginti ducatos auri, & habitationem, & nihil aliud habere debeat à Communi, vel alia ſpeciali perſona.

De ſolutione gabellę infraſcriptarum. *Rubr.* LXXXIIII.

STATVIMVS, & ordinamus, quod conducentes ad Ciuitatem Recaneti, vel extrahentes extrà dictam Ciuitatem mercantias infraſcriptas, vel aliquam ipſarum teneantur ſoluere ſecundum formam ſtatutorum Recaneti duanam, & gabellam Cõmuni Recaneti ſecundum declarationem, & limitationem inferius deſcriptam videlicet.

IN primis pro qualibet ſalma grani, Anconitanos duos.

Item pro qualibet ſalma ordei, fabę, & leguminis, bolonenos tres.

Item pro qualibet ſalma annone, bolonenos duos.

Item pro qualibet miliare ferri, ſol. viginti.

Item pro qualibet ſalma oliuarum conducta ſoluatur illa quantitas, quam ſoluunt Ciues Recaneti de ſuis oliuis pro gabella.

Item pro quolibet centonario aſſidum ſegaticciarum, ſol. viginti.

Item pro qualibet centonario aſſidum de baſſiano, ſol. duodecim.

Item pro qualibet miliari dogharum fornitarum, ſolid. vigintiquatuor.

Item pro qualibet centonario coſulzorum, ſol. viginti.

Itera pro qualibet centonario catinorum rotundorum, ſol. decem.

Item pro qualibet centonario ciauaronorum, ſol. nouem.

Item pro quolibet centonario macterarum, ſol. vigintiquatuor.

Item pro qualibet centonaria ſpadorum, vangarum, Franceſcarum, ſol. quatuor.

Item pro qualibet centonario palarum de ligno, ſolid. duos.

Item pro qualibet ſalma bombicis, ſolid. viginti.

Item pro quolibet centonario cere, ſolid. quinque.

Item pro quolibet centonario piperis, ſol. decem.

Item pro qualibet ſalma incenſoriorum, & planellarum, ſolidos quatuor.

Item pro qualibet caſſa vacua, ſolid. duos.

Item pro qualibet ſalma funum, & cordarum, ſol. octo.
Item pro qualibet calzarictorum, ſolid. duos.
Item pro qualibet ſalma ſeminis lini, ſol. duos.
Item pro qualibet ſalma nucum, ſol. duos.
Item pro qualibet ſalma caſtanearum, ſol. quatuor.
Item pro qualibet ſalma pillicciarię laboratę, ſolid. duodecim.
Item pro qualibet ſalma pillicciarię non laboratę, ſolid. ſex.
Item pro qualibet ſalma ſcotani, ſolid. duos.
Item pro qualibet ſalma funicellorum, ſolid. quadragintaocto.
Item pro qualibet ſalma ſirici, libr. quatuor.
Item pro qualibet ſalma Zefferaminis, libr. duodecim.
Item pro qualibet ſalma piſcium recentium, ſol. quatuor.
Item pro qualibet caſſa piſcium ſalitorum, ſolid. decem.
Item pro quolibet carratello nouo vacuo, ſolid. duos.
Item pro qualibet vegete noua vacua, ſolid. tres.
Item pro qualibet ſalma circhiorum, ſol. duo; den.
Item pro qualibet ſalma vincorum in briācatis, ſol. duos.
Item pro qualibet ſalma cinciorum, ſolid. duos.
Item pro qualibet ſalma filati groſſi, ſol. duos.
Item pro quolibet centonario lozarum, ſol. quinque.
Item pro qualibet ſalma caſei ſalati, ſolid. quatuor.
Item pro qualibet ſalma caſei dulcis, ſolid. ſex.
Item pro qualibet ſalma carnium ſalitarum, ſol. quatuor.
Item pro qualibet ſalma canauacij, ſol. quatuor.
Item pro qualibe campana valore centum librar. vel minus, ſolidos ſex.
Item pro qualibet campana maioris valoris, ſolid. viginti.
Item pro qualibet ſalma ſpeciarię, libr. duas.
Item pro qualibet ſalma non nominata valoris decem lib. vel minus ſolid. duos.
Item pro qualibet ſalma non nominata a decem libr. ſupra vſque ad quinquaginta libr. den. ſol. quatuor.
Item pro qualibet ſalma abinde ſupra, ſolid. decem.
Item pro quolibet carratello cum vino, ſolidos quinque, & medium.
Item pro quolibet miliare olei, ducat. vnum, & medium.

Item pro quolibet centonario concarum, ſol. decem.
Item pro quolibet miliare aluminis, ſol. quinque.
Item pro qualibet ſalma lini, ſol. decem.
Item pro quolibet centonario cumini, den. decem, & octo.
Item pro quolibet centonario anaciorum, denar. decem, & octo.
Item pro quolibet centonario amigdolarum, ſol. duos.
Item pro qualibet ſalma vaſorum pictorum, ſolid. duos.
Item pro qualibet ſalma vaſorum non pictorum, ſol. vnum.
Item pro quolibet centonario vuarum paſſarum, ſol. duos.
Item pro quolibet centonario ſquartaticiarum, ſolidos decem.
Item pro quolibet plancone, denar. duodecim.
Item pro quolibet paſſu trabis groſſe, denar. ſex.
Item pro quolibet paſſu ligni lintaſſus, denar. ſex.
Item pro quolibet centonario lane, ſol. duos.
Item pro qualibet ſalma cutaminis piloſi, ſol. ſex.
Item pro qualibet ſalma cutaminis cunci, ſol. decem.
Item pro qualibet ſalma lancearum non politarum, ſol. ſex.
Item pro qualibet lancea polita, den. duodecim.
Item pro quolibet centonario plumbi, den. duodecim.
Item pro quolibet centonario ſtagni, ſol. duos.
Item pro quolibet centonario acciarij, ſol. duos.
Item pro qualibet ſalma pannorum coloratorum Cameren. Eugubinorum, & ſimilium, libr. duas.
Item pro qualibet ſalma pannorum coloratorum Florentinorum, Francorum, Veronenſium, & Silimum. libr. tres.
Item pro qualibet ſalma pannorum gattinellorum, ſolidos ſexdecim.
Item pro qualibet ſalma guarnellorum de duodecim petijs, ſolidos viginti.
Item pro qualibet balla cartarum, bambacinarum, ſolidos duodecim.
Item pro qualibet ſalma piſcium ſaliorum, ſol. quinque.
Item pro quolibet centonario mellis, ſol. duos.
Item pro quolibet centonario raminis laborati, vel non, ſolidos duos.

Item

Item pro quolibet centonario raminis veteris, denar. duodecim.

Item pro qualibet cultra de ſirico, ſol. decem.

Item pro qualibet cultra de vilexio, ſol. ſex.

Item pro qualibet cultra de panno lini tinto, ſol. quinque.

Item pro qualibet centonario metalli noui non laborati, denarios xviij.

Item pro qualibet centonario metalli noui laborati, ſol. duos.

Item pro qualibet petia panni auri laborati, ſol. viginti.

Item pro qualibet petia velluti, ſol. viginti.

Item pro qualibet petia ciambellocti, ſol. octo.

Item pro qualibet petia drappi de ſirico, ſol. decem.

Item pro qualibet petia Zennati, ſol. octo.

Item ppro qualibet caſſa merciarię, vel aliarum rerum, pro qualibet libra extimationis ſuis valoris, den. tres pro qualibet libra.

Item pro qualibet eſclauina, ſol. duos.

Item pro quolibet centonario palarum de ferro, ſol. decem.

Item pro quolibet centonario plumarum, ſol. duos.

Item pro quolibet centonario borrę, denar. duodecim.

Item pro qualibet ſalma falcium de ferro, ſol. quatuor.

Item pro qualibet caſſa plena vitrio, ſolid. quinque.

Item pro qualibet caſſa plena ſcudellis de pręta, ſol. quinque.

Item pro quolibet centonario quattrictorum, ſol. ſex.

Item pro qualibet ſalma brullarum, ſol. ſex.

Item pro qualibet ſalma brugnorum, ſol. duos.

Item pro qualibet ſalma Ficuum ſiccarum, ſol. quatuor.

Item pro qualibet ſalma ceparum, vel aleorum, ſol. duos.

Item pro qualibet ſalma ſaccorum de brulla, ſolidos decem.

Item pro quolibet carratello giſſi, ſol. decem.

Item pro qualibet ſalma lignacciorum, ſol. quatuor.

Item pro qualibet rota, ſol. quatuor.

Item pro quolibet cultrina, bolon. vnum.

Item pro quolibet centonario librarum acutorum, ſolidos quatuor.

Item pro qualibet barrilocto oricelle, ſol. duos,

Item

Item pro qualibet ſalma nucellarum, ſolid. duos.
Item pro quolibet bato, vel galleta noua, denar. ſex.
Item pro qualibet ſalma malorum ranciorum, ſol. duos.
Item pro qualibet ſalma viſcaij, ſolid. decem.
Item pro qualibet petia panni de lino, den. duodecim.
Item pro qualibet ſalma cartarum pecudinarum, ſol. decem.
Item pro quolibet centonario picis, ſol. duos.
Item pro quolibet centonario ſaponis, ſolid. duos.
Item pro quolibet Carratello terrę albę pro uaſis, ſolid. decem.

Extrahentes vinum de Ciuitate Recaneti, & eius territorio, & diſtriću ſoluant pro quolibet carratello quatuor groſſos.

Extrahentes verò oleum, ſoluant pro quolibet miliare vnum ducatum, & medium. Hoc addito, quod ſi quis conduxerit oleum, ſeu conduci fecerit ad Ciuitatem Recaneti, & demum illud extraxerit, quod pro tali conductione nihil ſoluere teneatur, ſed ſoluat pro extractione quantitatem ſupradictam. Si verò illud non extraxerit de Ciuitate, & diſtrictu Recaneti, ſoluat pro ipſa conducta, vt ſupra dictum eſt.

Item pro qualibet ſalma oliuarum, ſol. duos.

Item pro tracta vini verſus montaneas, pro qualibet ſalma duodecim denar.

Item condncens ſal ad Portum Recaneti, ſoluat pro quolibet centonario, & centonarium ſit de ducentis bucinellis, ſolid. quadraginta.

Item pro tranſitu olei per dictam Ciuitatem, & eius territorium pro qualibet ſalma, Ancon. vnum.

Item pro qualibet ſalma grani pro tranſitu, bononien. quinque.

Item pro quolibet carco vini, & olei, Ancon. vnum.

Quod liceat Ciuibus, & habitatoribus Recaneti apportare fructus ad Ciuitatem Recaneti de eorum poſſesſionibus extrà territorium ſine gabella. Rubr. LXXXIIII.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod licitum ſit omnibus noſtris Ciuibus, & habitatoribus noſtrę Ciuitatis portare ad noſtram Ciuitatem, & portari facere extrà noſtrum territorium, & diſtrictum de eorũ poſſeſſionibus, & terris, ſitis extrà noſtrum territorium, & pro coptimis ipſarum poſſeſſionum terrarum, & bobum, & aliarum beſtiaarum datarum extrà noſtrum territorium, & diſtrictum, granum frumentum, ordeum, fabam, annonam, & omne genus bladi, & leguminum ſine ſolutione alicuius datij, vel gabellę, dummodò teneatur iurare ſi dicta blada conduxerit rationibus ſupra dictis, & pro ſupradictis rebus ſupra ſpecificatis.

Quod ſoluentes gabellam posſint extrhere infrà octo dies abſque aliqua alia ſolutione, niſi reuendiderint dictam mercantiam. Rubr. LXXXVI.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod ſoluentes ipſas duanas in ſupradictis, & infraſcriptis ordinamentis contentas, & nominatas, poſſint pro eorum libito voluntatis extrahere, & portare ipſas mercantias per mare, & per terrã prout eis placuerit, ſine ſolutione alicuius duanę, vel datij, infrà octo dies à die conductę, & aſſignatę dictę mercantię, & ſi de dictis mercãtijs, ſeu aliqua ipſarũ eẽt facta aliqua venditio in dicta Ciuitate Recaneti, & eius diſtrictu, vel alibi vbicũq;, emẽs teneatur ſoluere ſupradictas duanas in extrahẽdo, prout incõducendo. Et de prędictis duanerij Cõmunis teneantur vinculo ſacramenti, & pęna decem libr. pro quolibet, dare ſacramentum extrahenti, ſi dicta mercãtia, quàm extraxerit, fuerit vendita nec ne, & prędicta non vendicent ſibi locum in venditionibus quantitatis frumenti, & aliorum bladorum.

Quod

Quod non exemptus ſoluat pro exempto. *Rubr.* LXXXVII.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod ſi quis vendiderit alicui forenſi habēti aliquam exemptionem cum Communi, quod vendens teneatur ſoluere pro exempto ſupradictas duanas contentas in ſupradictis ordinamentis.

De pœna ceſſantis, vel recuſantis ſoluere duanam, & non aßignantis mercantias duanerij, vel dolum, malitiam, ſeu fraudem commiſerit. *Rubr.* *LXXXVIII.*

CESSANTES autem, vel recuſantes ſoluere duanam, prout ſupra expreſſum eſt, vel dolum, fraudem ſeu malitiam committentes quoquo modo, pęnam centum ſolid. perſoluant qualibet vice, qua per aliquē fuerit ceſſatum, vel recuſatum, aut dolum, fraudem, vel malitiam commiſſum. Eandem pęnam perſoluat quicunque non aſſignauerit duanerijs dicti Communis mercantias, & res, quas deferentur, eadem die qua deferentur, vel ſaltim ſequenti die ante tertias. Et nihilominus delinquentes ſoluere teneantur duanam debitam duplicatam de rebus, quas detulerint, & cuilibet liceat denunciare contrafacientes, & denuncians tertiam partem banni conſequatur. Si quis verò Ciuis, vel forenſis cum ſuis rebus tranſitum faceret, cauſa alibi deferendi per noſtram Ciuitatem, vel territorium, ſoluat medietatem quātitatum, ſupra declaratarum pro tranſitu, dummodo in ipſa aſſignatione declaret duanerio, ſe pro tranſitu conduxiſſe. Et ſi aſſignare denegauerint, vel dolum fraudem, vel malitiam commiſerint, pęnam ſupradictam ſoluere teneātur, & etiam ſi recuſauerint. Liceat tamen vnicuique tranſeuntes cum aliqua mercantia, & non aſſignantes reducere, & per vim ad duanam præſentare, ſine metu pęnę, & reducentes medietatem dictę pęnę percipiant. Licitum etiam ſit cuicunque denunciare delinquentes, & habeat tertiam partem banni, & eius nomen teneatur in ſecreto, & ſtetur eius relationi, cum dicto

vnius

vnius teſtis fide digni. In quibus caſibus Ciuis,& diſtrictualis Recaneti, qui contraxerit in rebus de quibus fraus commiſſa fuerit cum forenſe pro ipſo forenſe teneatur. Inſuper quicunque receperit, ſeu receptauerit aliquam mercantiam, de qua deberet ſolui gabella, quę non fuerit per conducentem aſſignata duanerijs, vel officialibus duanæ Communis, teneatur, & debeat officialibus, vel duanerijs aſſignare, vel denunciare infra tẽmpus, & ad pęnam ſuperius declaratam.

De ſolutione conducentium per mare animalia. Rubr. LXXXIX.

SI quis autem per mare conduxerit in noſtrum territorium aliqua de infraſcriptis animalibus, ſoluat noſtro Communi duanam, ſeu gabellam per modum infraſcriptum videlicet.

In primis pro quolibet equo, vel equa indomita, ſolid. quinque.

Item pro quolibet equo, vel equa domito groſſo, ſolid. duodecim.

Item pro quolibet roncino, vel roncina domito, vel domita, ſol. octo.

Item pro quolibet bouę, vel vaccha, Anconitanum vnum.

Item pro quolibet vitello, vel vitella lactante, ſolid. duos.

Item pro quolibet biccho, capra, vel pecudę, ſolid. vnum.

Item pro quolibet porco, vel ſcrofa, Ancon. vnum.

De ſolutione Gabellę pro tranſitu. Rubr. LXXXX.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod pro tranſitu animalium, & rerum, ſeu mercium quarumcunque, de quibus ſolui deberent gabellę noſtro Communi à conducentibus ipſa, ſeu ipſas debeat ſolui media gabella, quę ſoluitur pro conducta, & qui ſoluerit pro conducta non teneatur ſoluere pro tracta. Et ſi ſoluerit pro tracta, non ſoluat pro cõducta dũmodò cõducta pro trãſitu ſit extracta de Ciuitate, & diſtrictu infrà octo dies à die cõductionis earũ, aliàs ſoluatur de ipſis reb. vel aĩa

libus

libus gabella integra ſaluis ſtatutis de conductione animalium aliter diſponentibus.

Item forenſes pro tranſitu infraſcriptarum rerum ſoluant modo infra ſcripto videlicet.

Pro caſſa plena pro tranſitu ſolid. quinque.
Pro centonario piperis ſolid. quinque.
Pro ſalma cerę, ſolid. decem.
Pro centonario Zafferaminis, ſolid. quinque.
Pro qualibet beſtia cauallina, & bouina, denar. octo.
Pro quolibet Caſtrono, pecude, bicco, & capra, denar. quatuor.
Pro quolibet porco, denar. quatuor.
Pro qualibet ſalma rerum non nominatarum pro tranſitu, ſol. decẽ.

De quot pannis intelligatur ſalma pannorum. Rubr. LXXXXI.

ITEM declaramus, quod ſalma pannorum coloratorum intelligatur de ſex pannis, & ſi fuerit de pluribus, vel paucioribus pannis ſoluatur duana pro rata.

De quot libris intelligatur ſalma mercantiarum. Rubr. LXXXXII.

ITEM declaramus, quod quelibet ſalma contenta in quolibet ſtatuto duanę Communis Recaneti intelligatur de trecentis libris.

Quid ſoluere debeat extrahens Porcos de Territorio Recaneti.
Rubrica LXXXXIII.

ITEM ſtatuimus, quod nullus noſter Ciuis, vel forenſis audeat, vel pręſumat extrahere de noſtro territorio, & diſtrictu aliquem porcum, ſeu ſcrofam, pęna quadraginta ſolid. denar. pro quolibet porco, & ſi extrahere voluerit teneatur ſoluere decem ſol. denar. pro quolibet porco. Et prędicta non intelligantur a conducentibus ad forum dictę Ciuitatis, ſed ſeruetur ſtatutum, quod loquitur de die fori, & etiam non habeat locum in perſonis, qui emerint paſcua Communis pro porcis.

Quod ſoluatur Gabella de rebus emptis in mari a Flumine Potentię vſque ad Aſpiam. Rubr. LXXXXIIII.

ITEM ſtatuimus,& ordinamus, quod ſi quis Ciuis, vel aduena fecerit aliquod mercatum in mari, à Flumine Potentię vſque ad Flumen Aſpię à decem miliaribus infrà mare, & etiam à Monte Anconę vſque ad riuam Ciuitanouę de quacunque re, & mercantia, & dicta mercantia erit conducta, & diſcarcata ad noſtrum Portum, teneatur ſoluere duanam, & Gabellam, ſecundum ordinamentum dictarum Gabellarum, & duanę. Pro comodo, & vtilitate noſtri Communis, & ſingularium perſonarum eiuſdem, pronidimus vnicuique noſtro Ciui, & habitatori noſtrę Ciuitatis licere in paſculo dicti Communis habere, & retinere beſtias, iuxtà modum infrà limitatum, dumtamen quoties, quis aliquas beſtias tenendas in paſculo alterius cuſtodię commiſerit, teneatur dum eas dat in ſcriptis officiali, ſcribi facere in libro gabellę nomen illius, ſub cuius cuſtodia animalia extiterint, uel recipere apodiſſam ab officiali continentem qualiter beſtię date in ſcriptis ad paſculum, ſunt ſub cuſtodia alterius, & ſub eius cuſtodia, quam cuſtos penes eum ſemper habeat, & officiali, & reuiſoribus oſtendat ad omnem materiam fraudis detegendã, & ſi ſecus fuerit factum, pro fraude poſſit cuſtos condemnari.

De ſolutione Gabellæ à retinentibus animalia in paſcuo. Rubrica LXXXXV.

IN primis ſtatuimus, & ordinamus, quod quęlibet perſona de Ciuitate Recaneti, & eius territorio, & diſtrictu habens, & retinẽs aliquas beſtias bouinas, tàm maſculinas, quàm femininas, teneatur, & debeat ſoluere Communi pro qualibet beſtia, quolibet anno, incipiẽdo in Kalendis Septembris cuiuslibet anni, tàm ſi retinuerit toto anno, vel parte anni, octo ſolid. denar.

Item

Item pro quolibet vitello, ſeu vitella lactante, ſolid. quatuor.

Hoc declarato, quod pro omnibus beſtijs paſculantibus tempore Kalendarum Septembris, vel antè dum ſcribuntur beſtię, ſoluatur gabella paſcui integra, & tunc nulla beſtia intelligatur, nec habeatur pro lactante, & ſi poſt dictas Kalendas, vſque ad alias Kalendas Septembris naſcētur, aut ſi antè natę eſſent aliquę beſtię, tunc habentes ipſas teneantur eas dare in ſcriptis, infrà quintam diem poſtquam paſculare incipient, & ſoluere gabellam pro lactantibus, & intelligantur lactantes, vſq; ad Kalendas Septembr. proximè ſubſequentis, & non dantes eas in ſcriptis, incurrant pęnam fraudantium gabellam paſculi. Exceptis, agnis, pecudum, pro quibus nullam gabellam habentes ſoluere teneantur vſque ad Kalendas Maij.

Item quilibet habens capras teneatur ſoluere Communi pro qualibet capra pro dicto anno incipiendo in dictis Kalendis Septembris cuiuslibet anni ſolid. octo denar.

Adijcientes quod vnicuique familię ſit conceſſa licentia retinendi, vel habendi, ſeu aliter locandi decem capras tantùm, & vnum biccum, & vltrà dictum numerum nemo retineat, locet, vel conducat. Qui verò contrafecerit, pęnam centum ſolid. pro qualibet beſtia caprina vltrà numerum prędixum retenta, locata, vel conducta, ipſo facto incurrat. Liceat inſuper vnicuique delinquentes referre, & habeat tertiam partem banni, quod à delinquentibus de facto auferatur, & contrà eos fiat executio, ſecundum formam ſtatuti poſiti ſub Rubrica, de executionibus fiendis per officiales Communis.

Item quilibet habens pecudes teneatur ſoluere Communi pro quolibet anno, incipiendo in dictis Kalendis Septembrr cuiuslibet anni pro qualibet pecude, ſol. ſeptem.

Item quicunque habens porcos, ſcrofas, porcas caſtratas, vel non caſtratas paſculantes teneatur ſoluere Communi pro quolibet anno in Kalendis Septembr. cuiuslibet anni pro quolibet porco, ſcrofa, porca caſtrata, vel non caſtrata, ſol. viginti denar.

Item pro quolibet porcello, vel porcella lactante, ſol. decem. qui ſiue quę lactantes intelligantur, & habeantur pro lactantibus, dicto toto anno, à die quo ſcribuntur, & ſi poſt dictam ſcripturam factam de dictis lactantibus, aliqui naſcentur porci maſculi, vel feminę, nihil ſoluere teneantur vſque ad annum completum à die dictę ſcripturę factę.

Et idem dicimus de quolibet alio animali naſcenti poſt dictam ſcripturam factam, videlicet de quolibet animali ſupraſcripto, & infraſcripto. Et quod ad ipſius gabellę ſolutionem cogi, & conſtringi poſſit de facto, ſine ſtrepitu, & figura iudicij perquemlibet officialem Ciuitatis Recaneti, Dominus dictorum porcorum, vel cuſtos ipſorum, prout de ipſius officialis proceſſerit voluntate, non obſtante, quod cuſtos ipſorum allegare poſſet, quod porci prędicti non ſunt ſui, ſed ſolum ex cuſtodia ipſa volumus, quod ad dictam ſolutionem ipſę cuſtos teneatur, & cogi poſſit modo prędicto. Volentes prętere, quod cuſtos deputandus ad cuſtodiam prædictorum porcorum, etiam ſi eſſet Dominus Porcorum, qui eos cuſtodiret, debeat eſſe ętatis quindecim annorum ad minus, & ſufficiens, & de eius ętate, & ſufficientia ſtetur declarationi officialis duanę Ciuitatis Recaneti, cui officiali idem cuſtos debeat pręſentari, & per ipſum Notarium in ſuo libro deſcribi, vnà cnm deſcriptione porcorum, nec poſſit alius cuſtos loco cuſtodis ſic deſcripti ſubrogari, niſi fuerit per dictum officialem modo prædicto approbatus, & in ſuo libro deſcriptus, quod ſi per aliam perſonam, quàm per cuſtodem modo prædicto approbatum, & deſcriptum, reperirentur dicti porci cuſtodiri, cuſtos ſic repertus, & non deſcriptus, pęnam decem librarum denariorum ſoluat de facto, quod ſi dicti porci ſine cuſtode reperirentur cuſtos ſcriptus, & non repertus ad dictam cuſtodiam, aut Dominus ipſorum porcorum, ſi cuſtos non reperiretur, pęnam decem librar. den. de facto ſoluat.

Item quicunque habens equos, vel equas, mulum, vel mulos maſculos; vel feminas paſculantes, teneatur ſoluere Communi pro quolibet anno incipiendo in dictis Kalendis Septembris cuiuſlibet anni pro quolibet equo domito, vel equa, mulo, vel mula, ſolid. duodecim.

Item pro quolibet polledro, vel polledra lactante ſolid. ſex & intelligantur, & habeantur pro lactantibus toto anno à die quo ſcribuntnr, vt alia animalia.

De

De conducentibus, & retinentibus caſtronos in paſcuo, & territorio Recaneti. Rubr. LXXXXVI.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod licitum ſit vnicuique Ciui, & poſſit conducere, & conduci facere per terram in paſcuo caſtronos ſanatos, vel non ſanatos ſine aliqua ſolutione, & eos retinere per dies duos ſolum ſed ſi quis conducens, vel conduci faciens caſtronos ſanatos, vel non ſanatos voluerit ipſos caſtronos habere, vel extrahi facere de dicto noſtro territorio, & diſtrictu à dictis diebus in antea poſtquam conduxerit, vel conduci fecerit, quod conducẽs, vel conducentes, vel conduci facientes, teneantur ſoluere Communi Recaneti, vel maſſario dicti Communis pro ipſo Communi recipienti pro quolibet caſtrono viginti ſol. denariorum. Et retinere volentes caſtronos teneantur, & debeant infrà octo dies poſt conductionem prędictam, prędicti conductores dictos caſtronos bullari facere per officiales Communis Recaneti ad prędicta deputandos per Dominos Priores Populi, bulla dicti Communis Recaneti, ſub pęna viginti ſolidorum denariorum pro quolibet caſtrono.

Quot diebus poſſunt retinere forenſes beſtias in paſcuo Communis Recaneti. Rubrica LXXXXVII.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod nullus forenſis cuiuſcunque conditionis, & ſtatus exiſtat audeat, vel pręſumat conducere, vel conduci facere in dicto paſcuo aliquod genus beſtiarum, niſi cauſa vendendi ipſas, aut cauſa tranſeundi, quibus forenſibus liceat in noſtro territorio, & diſtrictu morari cum dictis beſtijs, ſpatio duorum dierum, & non plus, & qui contrafecerit teneatur ſoluere Communi viginti ſolid. denar. pro qualibet beſtia, ſaluo quod ſi aliquis forenſis habens terrenum, ſiue poſſeſſiones in noſtro territorio, & diſtrictu, vel laborans in dicto territorio, & diſtrictu, aliquam poſſeſſionem cum beſtijs, quod

eis ſit licitum, & poſſint retinere tot beſtias aratorias, quæ ſufficiant ad laborandum dicta territoria dummodò laborent. Et nihilominus prędicti forenſes teneantur ſoluere gabellam de dictis beſtijs, prout alij Ciues Recanaten. ſoluunt; volumus etiam quod ſi aliqui forenſes paſcu larent in noſtro territorio, & diſtrictu, & non laborant in dicto noſtro territorio, & diſtrictu poſſeſſiones, vt ſupradictum eſt, cum aliquo genere beſtiarum, teneantur ſoluere, vſque ad duas vices pro damno dato, quinque ſolid. denar. pro qualibet vice, & qualibet beſtia, & emendent damnum paſſo: à dictis verò duabus vicibus ſupra toties, quoties inuenti fuerint in noſtro territorio paſculare, teneantur, & debeant ſolue re duanam, ſeu gabellam ſupra in ſupradictis capitulis contentam, & declaratam.

Quod tenentes pecudes, debeant tenere eas in Aeſtate ſicut in hyeme. Rubrica LXXXXVIII.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod omnes de Ciuitate Recaneti, & eius diſtrictu volentes retinere aliquas beſtias pecudinas, quod eis ſit licitum retinere in hyeme, & ſi retinuerint in hyeme, ita teneãtur eas tenere in Aeſta te, & toto anno ipſas pecudes retinere, tàm de hyeme, quàm de Aeſtate, & qui contrafecerit ſoluat Communi pro banno viginti ſol. den. pro qualibet pecude.

De pœna Ciuis retinentis beſtias forenſium in paſcuo Communis. Rubrica LXXXXIX.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod nullus Ciuis Recanatenſis, vel diſtrictualis dictæ Ciuitatis, audeat, vel præſumat retinere, vel retinere facere aliquod genus beſtiarum alicuius forenſis cauſa paſculandi, & qui contrafecerit puniatur, & condemnetur in viginti ſolid. pro qualibet beſtia.

Quod equi ſclaui poſſint teneri in territorio Recaneti per forenſes per octo dies. Rubr. LXXXXX.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod vnicuique forenſi ſit licitum ducere, & retinere equos, vel equas ſclauos, vel ſclauas, & retinere in noſtro territorio, & diſtrictu per octo dies, & non plus, & qui contrafecerit, puniatur, & condamnetur in duodecim ſol. den. pro quolibet equo, vel equa ſclaua.

Quot diebus Ciues poſſint tenere in paſcuo equos ſclauos. Rubr. C I.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod vnicuique noſtro Ciui ſit licitum retinere in dicto noſtro paſcuo ad paſculandum equos, vel equas ſclauos, vel ſclauas, ſine aliqua ſolutione per tẽpus xv. dierum, & non plus, & qui cõtrafecerit puniatur, & condamnetur pro quolibet equo, vel equa ſclaua in duodecim ſolid. den. ſaluo quod ſit licitum cuilibet Ciui Recaneti, retinere equos, ſiue ronzenos maſculos domatos in dicto paſcuo pro ſuo libito voluntatis ſine aliqua ſolutione.

Quod quilibet retinens beſtias in paſcuo debeat eas dare in ſcriptis. Rubrica. C I I.

QVILIBET retinens beſtias aliquas in territorio, & diſtrictu Recaneti, teneatur, & debeat tẽpore bannimẽtorum eas dare, & aſſignare in ſcriptis officiali gabellę ſecundum tenorem, & formam ordinamẽtorum factorum ſuper prędictis, & ſi beſtias, vel animalia haberet ſub alterius cuſtodia, teneatur declarare nomẽ cuſtodis, vel accipere ab officiali apodiſſam continentem nume

rum beſtiarum, & nomen eius ſub cuius cuſtodia perſiſtunt, aliàs reperta animalia in fraudem paſcui habeātur. Si quis autem haberet aliquas beſtias tempore bannimentorum, & in termino dictorum bannimentorum non dederit inſcriptis officiali prędicto, non poſſit poſt dicta bannimenta retinere, & ſi retineret, ſoluat pro banno viginti ſol. denariorum pro qualibet beſtia. Et nihilominus duanam ſibi tangentem de dictis beſtijs dicto Communi de facto ſoluere compellatur.

De gabella ſoluenda pro beſtijs conductis poſt ſolutionem gabellę primę. Rubrica. C I I I.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod quicunque noſter Ciuis poſtquam ſolutio dicti paſcui de eorum beſtijs facta fuerit, & poſt dictā ſolutionem plures alias beſtias duxerit, vel duci fecerit, debeat ſoluere gabellam pro dictis beſtijs, quas poſt dictam ſolutionem duxerit, vel duci fecerit, vltrà numerum per eum ſcriptum in paſculo, ſed intra numerum pro beſtijs mortuis, vel venditis, poſſit alias ſubrogare. Saluo tamen, quod non poſſit retinere beſtias alicuius forenſis, ſub pęna cōtenta in ſupradictis ſtatutis loquentibus de pęna retinentium aliquod genus beſtiarum alicuius forenſis.

De electione, poteſtate, & officio Reuiſorum paſcuorum. Rubr. C I V.

REVISORES paſcuorum vocari, & haberi decernimus, qui per Priores Populi fuerint electi, & eorum mandato reperientur imbuſſolati, ac tempore quo alij publicantur officiales, erunt de buſſolo tracti ad idem officium exercendum, qui ſic extracti, videlicet menſe quolibet vnus de quolibet quarterio, auctoritatem habeant, & plenum arbitrium, & aſtricti ſint ire adminus duabus vicibus diuerſis tamen diebus, & pluries, quotiens eis videbitur, & rimari vnà cum officiale aliquo noſtri Communis per territoria noſtræ Ciuitatis, & loca vbi retinentur beſtię ad paſculandum, & inueſtigare, & reperire culpas, defectus, & fraudes, quæ committuntur in paſcuis. Qui ſi non iuerint bis in menſe, bannum centum ſol. pro quolibet, & vice qualibet

de

de facto per officialem duanæ Communis , vel per alium officialem ſoluere compellatur. Adijcientes, quod quotiens prædicti reuiſores paſculorum, acceſſerint ad reperiendum fraudes retinentium in paſculo beſtiàs , vltrà formam alicuius ordinamenti, poteſtatem habeant denotandi defectus omnes, quos reperierint eſſe commiſſos per quoſcunque, quorum reuiſorum relationi ſtetur, & ſcripturæ factę per officialem cum eis accedentem , ſtetur, & detur fides plena , necegeat aliter probari fraudem commiſſam , niſi ſolum per relationem ipſorum reuiſorum , & ſcripturarum officialis , qui acceſſerit cum eiſdem. Et habeant medietatem condemnationum , ſiue condemnationis ſoluendę per illos , qui inuenti fuerint delinquentes in prædictis, & contrafacientes , & alia medietas deueniat in Communi . Quorum quatuor nomina mictantur, & recludantur in vno buſſolo , & de dicto buſſolo extrahantur de menſe in menſe.

De pœna vendentis vinum ſine bulla. Rubrica C V.

VINVM ad menutum vendere ſine bulla officialis duanæ nullus audeat , pęna centum ſolid. vice qualibet, qua deliquerit exigenda per officialem duanę. Et repertus culpabilis vendere ſine bulla , teneatur ſoluere pro tota vegete, de qua reperietur eſſe tractum vinum ſine bulla venditum , ſecundum capacitatem dictę vegetis . Liceat etiam quemcunque contrafacientem cuilibet denunciare , & denunciantis cum vno teſte dicto credatur, & ſtetur , ac pęnę quartam partem volumus ei dari. Exceptis temporibus, quibus libertas vendendi ſine bulla , & ſolutione conceditur per formam alicuius ſtatuti.

De pęna carcantis, vel deferentis mercantias ſine bulla. Rubrica. C V I.

FRAVDIBVS, quę committuntur in duana Communis obuiare volentes mandamus, neminem pręſumere carcare, vel extrahere, aut carcari, vel extrahi facere per mare, vel per terram aliquam mercantiam, niſi primò bullam habeat à duanerijs Communis, & qui contrafecerit in caſu quocunque, decem libr. pro banno ſoluat, quę pęna per dictum officialem duanę de facto auferatur. Et ſimiliter Capitaneus Caſtri Portus, qui permitteret carcari per mare, vel conduci ad aliquam Ciuitatem aliquam mercantiam ad riuam, vel Portum delatam ſine bulla duaneriorum, dictam pęnam decem lib. per ſoluat quotiens deliquerit in aliquo de prędictis, quę pęna etiam per dictum officialem duanę, contra dictum Capitaneum, & eius Notarium de facto poſſit auferri. Prohibemus etiam carrarijs, & aſinarijs carcare mercantias aliquas, vel aliquo deferendi vegeticulos vini, & olei, vel quamcunque mercantiam, vel rem, de qua debeat duana Communi, niſi primò habeat dare deferenda bullam duaneriorum in ſe impreſſam ad dictam pęnam, qua à contrafaciente auferatur de facto per dictum officialem duanę quotiens delinquerit in prędictis, vel aliquo pręmiſſorum.

De Stagiatoribus, & eorum offitio. Rubr. C V I I.

STATVIMVS inſuper, & ordinamus, quod per Priores Populi, qui pro tempore erunt eligi debeant octo ſtagiatores, & electi imbuſſulentur, videlicet duo pro qualibet cartutia, quorum duorum officium duret tribus menſibus, qui quidem ſtagiatores teneantur, & debeant ire, cum officiali duanę Communis Recaneti totiens, quotiens fuerint requiſiti ad ſtagiandum vinum, & oleum, qui dum iuerint, debeant vnuſquiſque per ſe, & ſeparatim ab alio ſtagiare in pręſentia dicti officialis, & ſecretè dicto officiali dicere menſuram, quam inuenerint eſſe, ita quod eius ſocius dictum eius ſeu, relationem non audeat, prius tamen

meneis, & cuilibet eorum per dictum officialem dato iuramento de fideliter ſtagiando, quod ſi differentia eſſet in eorum ſtagiatura, & relatione, tunc dictus officialis capere debeat medium eius, in quo dicti ſtagiatores differrent. Et ſi dicti ſtagiatores variarent vltrà quatuor metra olei pro quolibet miliari vltrà, vel infrà debitam menſuram, & veritatem, quod facta reuiſione per alium ſtagiatorem per Priores Populi eligendum, ille, qui fuerit inuentus, peius ſtagiaſſe, & magis à uera menſura deuiaſſe, puniatur in centum ſol. denar. pro qualibet vice, & ab officio remoueatur, qui ſtagiatores habere debeant pro eorum ſalario duodecim denar. à mercatore, & duodecim denar. à Communi pro qualibet vegete, vel vaſcello. Statuentes, quod dictus officialis poſſit, & debeat defalcare duas ſalmas pro quolibet ſtario vini, & duo metra olei detracto ſcemo vegetis, vel vaſcelli.

De conducentibus caſtratos, & beſtias bouinas per mare. *Rubr. CVIII.*

CIVITATEM Recaneti volentes carnibus facere opulentam pręſenti ſanctione firmamus, & ordinamus, quod vnicuique conducenti caſtronos, vel beſtias bouinas per mare, tantum in territorio Ciuitatis Recaneti, liceat dictos caſtronos retinere in territorio prędicto vno menſe continuo abſque ſolutione alicuius gabellę paſcui: beſtias verò bouinas liceat tenere decem diebus continuis, abſque ſolutione gabellę prędictę. Si verò dictos caſtronos, vel beſtias bouinas, vltrà dictum tempus in dicto territorio tenuerit, & habuerit, ſoluere teneatur gabellam pro dictis beſtijs, quàm alij Ciues, & habitatores Ciuitatis Recaneti ſoluere tenentur.

Quot beſtias poteſt retinere in paſcuo faciens carnes ad beccharium.
Rubrica CVIIII.

ITEM ne pretextu beneuiuendi noſtrnm Commune fraudetur in gabella paſcui, vel aliàs. Statuimus, & ordinamus, quod

quod quicunque exercuerit, ſeu exerceret in noſtra Ciuitate beccha-riam, & carnes fecerit ad beccharias, videlicet continuò, vſque ad carniſprium, vt poſſit vberius ipſas carnes facere, poſſit, & ei liceat retinere in paſcuis Communis Recaneti, àbſque ſolutione alicuius gabellę paſcui, vſque ad carniſpriuium tantum pro dicta beccharia pro quolibet bãco carnium, duodecim beſtias bouinas tãtùm, triginta beſtias porcinas actas ad macellum tãtùm, caprinas triginta beſtias tãtùm, caſtratinas verò retinere poſſit ſecundum formam aliorum ſtatutorum Recaneti, vltrà verò dictum numerum, & à dicto tempore vltrà, ſiquam, vel ſiquas beſtia retinuerit in dicto paſcuo, ſoluat gabellam pro dicto paſcuo pro qualibet beſtia prout alij Ciues Recaneti ſoluere tenentur, & ad pęnam contentam in ſtatutis Ciuitatis Recaneti de dicta materia loquentibus.

De pęna vendentis vinum non ſtagiatum ad tabernam, & vbi vendi debeat & eius duana. Rubrica C X.

ITEM ſtatuimus, quod quilibet vendens vinum ad menutum ad tabernam, teneatur ſoluere gabellam debitam pro quantitate vini ſibi ſtagiati per officialem duanę, & ſtagiatores Communis, etiam ſi dictum vinum non fuerit venditum totum. Et quod officialis duanę teneatur à volentibus vendere dictum vinum recipere fideiuſſorẽ de ſoluendo dictam gabellam, & quod dictum vinum vendi debeat in domo vbi ſtagiatum fuerit, & non alibi, & ſi alibi vendere voluerit, non poſſit ſine licentia officialis pręd icti, pęna decẽ libr. denariorum pro qualibet vice. Et ſi contingerit aliquem vendentem dictum vinum, vendere aliud vinum, quàm, quod fuerit ſtagiatum, incurrat pęnam decem lib. pro qualibet vice, tàm ipſe, quàm ille, qui eidem vendiſſet vinum pręd ictum, niſi ille, qui eidem vendiſſet vinum pręd ictum notificaſſet, ſeu notificauerit hoc officiali gabellę Communis Recaneti, priuſquam vendens tale vinum ſit repertus culpabilis in prædictis, &

nihilominus

nihilominus de dicto vino non ſtagiato ſoluat gabellam, ac ſi fuiſſet ſtagiatum.

De gabella ſoluenda à vendentibus vinum ad menutum. Rubr. CXI.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod quilibet, tàm Ciuis, quàm forenſis, qui vendiderit, ſeu vendi fecerit in dicta Ciuitate Recaneti, vel eius territorio, & diſtrictu vinum ad menutum, ſiue ad cannellam ſoluat, & ſoluere teneatur Communi pro duana, vnum denarium de tribus denar. & ſic hoſpitatores, & hoſpitium tenentes, teneantur ſoluere de vino, quod vendiderint, & dederint hoſpitantibus in eorum hoſpitijs, & teneantnr ſoluere de toto vino ęxtimato.

De pęna extrahentis ſal, & eius gabella ſoluenda. Rubr. CXII.

ITEM ſtetuimus, & ordinamus, quod nemo cuiuſcunque ſtatus, vel conditionis exiſtat, audeat, vel pręſumat deferre, vel extrahere, vel deferri, vel extrahi facere vllam quantitatem ſalis empti alibi, quàm in Ciuitate Recaneti per territorium, & diſtrictum dictę Ciuitatis modo aliquo, dummodò iter faciendo per dictam Ciuitatem, niſi primò ſoluat conducens, vel extrahens dictum ſal Communi Recaneti pro duana ratione tranſitus, anconitanos duos pro quolibet buttinello ſalis, & recipiat bullam tranſeundi per dictam Ciuitatem, & eius territorium ab officialibus duanę dicti Communis, & ſi ſecus factum fuerit conducens, vel extrahens ſal prędictum, teneatur ſoluere pro pęna, pro quolibet denario, quatuor denarios, & nihilominus teneatur ſoluere duanam prędictam duorum Ancon. Et cuilibet liceat tales delinquentes in præmiſſis reconducere, capere, & præſentare coràm officialibus dicti Communis abſque pęna, & banno, & habeat pro mercede ſua dimidiam partem quarti totius pęnę, quę quidem pęna exigi debeat, & poſſit de facto, ſine ſtrepitu, & figura iudicij per officiales duanę, vel quemcunque alium officialem dicti Communis.

De

De duana ſoluenda a beccarijs, & alijs vendentibus carnes. Rubrica. C X I I I.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod quilibet becharius, & alij carnes vendentes, tàm Ciuis, quàm forenſis, & habitator dictę Ciuitatis teneatur, & debeat ſoluere dicto Communi quatuor denar. pro qualibet libra carnium duanerijs, ſiue emptoribus dictę duanę, & plus, vel minus prout per Priores, & conſilium ducentorum fuerit deliberatum, & obtentum.

Quod liceat vnicuique accuſare, capere, & arreſtare fraudantes duanam. Rubrica C X I I I I.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod in omnibus, & ſingulis ſtatutis, capitulis, ac caſibus ſupradictis licitum ſit vnicuique accuſare, & denunciare coram officialibus, & duanerijs dicti Communis, cum tertia parte pęnarum contentarum in dictis ſtatutis, & capitulis habenda, cum vno teſte fidedigno, & teneatur nomen accuſatoris in ſecretum. Et licitum ſit omnibus, ſi inuenerint aliquem irę cum aliqua ſalma, vel mercantia ſine bulla Communis, vel duaneriorum capere, arreſtare, & coràm dictis officialibus, & duanerijs Communis aſſignare, cum medietate dictarum pęnarum habenda, & per Commune in curia Domini Rectoris, & in qualibet alia curia, ſi neceſſe fuerit defendatur, omnibus ſumptibus, & expenſis dicti Communis.

Quod Poteſtas, & eius officiales debeant pręſtare auxilium, & fauorem gabellarijs, & duanerijs. Rubr. C X V.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod Dominus Poteſtas, & ſui officiales, & Notarius damnorum datorum dictæ Ciuitatis teneantur, & debeant, vinculo ſacramenti, & pęna decē libr. den. de eorum ſalario per rationatores ipſorū auferenda, ſine aliqua remiſſione, & deueniat

niat in Communi, quod facta, & expoſita quęrela per gabellarios, & duanerios Communis, ſeu per emptores gabellarum, & duanarum Communis conſtringere, carcerare, & detinere nolentes, vel recuſantes ſoluere dictas gabellas, & duanas Communis, prout & ſicut in præfatis ordinamentis ipſarum gabellarum, & duanarum continetur, ſummariè, & de facto, abſque aliqua ſolemnitate, & obſeruatione iuris, ac iuris ordine non ſeruato.

De pęna fraudantis duanam pęſę bladi, & quod nullus vadat ad macinandum abſque bulla duanerij, vel peſatoris in facco ligata.
Rubrica CXVI.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod nullus, vel nulla perſona, tàm Ciuis, quàm forenſis audeat, vel pręſumat, publicè, vel occultè ire, vel mittere ad macinandum, ſiue molendum, nec extrahere, vel extrahi facere de dicta Ciuitate, vel eius diſtrictu granum, frumentum, ordeum, ſpeltam, mileum, panicum, ſiue ſaginam, vel aliquod genus bladi, ſine bulla duaneriorum Communis, vel emptoris dictę duanę ad pęnam, & ſub pęna decem librar. denar. pro qualibet ſalma, vel minus ſalmę, & in perditione beſtiæ, ſiue aſini, equi, vel muli in qua, vel quibus eſſet dicta ſalma. Et etiam in perditione dictæ ſalmę, & quod dicta beſtia, vel beſtiæ, & ſalma, vel ſalmæ, aut minus ſalmę, vendantur pro Communi, & ſit, & eſſe debeat, ſine diminutione aliqua Communis. Et Domini Priores, qui pro tempore fuerint, nec alius ad pęnam centum ſolidorum, pro quolibet ipſorum, non poſſint, nec debeant aliquo colore quęſito dictam pęnam diminuere, nec diminui facere, tàm de pęna, quàm de venditionibus ſalmarum, & beſtiarum. Et etiam nullus officialis dictæ Ciuitatis ſub dicta pęna non poſſit, nec debeat de ipſis pęnis diminuere, nec compoſitionem facere. Et licitum ſit omnibus contrafacientes, & fraudem, dolum, vel malitiam aliquam committentes in pędictis, vel aliquo prædictorum accuſare, & denunciare, capere, & arreſtare beſtias, & ſalmas euntes ſine dicta bulla, & coràm officialibus dictæ Ciuitatis præſentare, cum vno teſte fide digno, & habeat tertiam

tiam partem dictę pęnę de decem libris, & aliam tertiam partem habeat Commune, & aliam tertiam partem habeat emptor dictę duanę ſi per Commune venderetur. Et vt metu pęnę quiſque ceſſet fraudare duanam vſitatam pęſę bladi, neceſſitatem imponimus omnibus, tàm Ciuibus, quàm forenſibus per noſtra territoria ad macinandum pergentibus, portandi ſolitam bullam manu duanerij Communis in ſacco ligatam inquo defertur, quod moliri debeat. Qui aliter eandem bullam portauerit, quàmuis de re ad molendinum delata fuerit ſoluta duana, quadraginta ſolidorum denariorum pro banno ſoluat. Sed ſiquis abſque dicta bulla ad macinandum acceſſerit, pęnam decem librarum denariorum, vt ſupradictum eſt, pro banno ſoluat, & beſtia cum qua portauerit, quod moliri debet, & id, quod in beſtia defereretur Communi publicentur ipſo facto. Ad inuentionem cuius fraudis officialis damnorum datorum, & quilibet alius officialis noſtri Communis perquirat, & culpabiles repertos de facto ad ſoluendum cogat. Poſſit etiam quilibet contrafacientem denunciare, & denuncians partem dicti banni tertiam conſequatur, vt ſupra eſt expreſſum. Et quod Domini Priores Populi, qui nunc ſunt, & pro tempore erunt, non poſſint, nec debeant ſub quauis cauſa, & quęſito colore proponere, dicere, nec arrenghare, quod ipſa pęna contenta, & ſpecificata in dicto ordinamento macinaturę frumenti, & aliorum bladorum diminuatur in aliqua parte ſui, ſed in omnibus, & per omnia obſeruentur, & executioni mandentur contenta, & ſpecificata in dicto ordinamento macinature. Et etiam nullus alius officialis dicti Communis dicto, vel facto, nec opere dictas pęnas, contentas, nominatas, & ſpecificatas in dicto ordinamento poſſit, nec debeat diminuere. Immò teneantur executioni mandare, omnia, & ſingula in dicto ſtatuto, & ordinamento contenta. Et ſi per ipſos Dominos Priores, & Officiales eſſet in aliquo contrafactum, per Rationatores ipſorum condamnetur de facto pro quolibet ipſorum, & vice qualibet in centum ſolidos denariorum,

ſolid. denar. in pęnis contentis in alijs ordinamentis Communis non intelligatur, niſi in ſolutione quatuor denar. pro quolibet denar. quo defraudauerit, & ad quatriplicationem ipſorum den. quo defraudauerit, ſoluere compellatur, & non in alijs pęnis contentis in ordinamentis gabellę ſiue duanę Communis.

De executionibus faciendis per officiales Communis. Rubr. CXVII.

CVM aliquando per ſupterfugia, cauillationes nolentium ſoluere grauamina, quę per Commune imponuntur, & pęnas in quibus ob demerita inciderunt, Commune plurimum defraudetur, vel ſaltim per tẽpora ipſorum exactio retardetur, in dicti Cõmunis præiudicium, & iacturam, ne in futurum prædicta contingere poſſint. Statuimus quod ſi quis recuſauerit ſoluere duanam Communis, aut collectam aliquam impoſitam, ſiue in poſterum imponendam, aut id quod pro paſcuo Communis modo aliquo teneretur ſoluere, aut pęnam aliquam pro prędictis, vel aliquo prędictorum in quam incidiſſe diceretur, ſiue aliquã aliam pęnam, ſiue debitum, vel aliquid aliud quod Communi modo aliquo ſoluere, aut facere teneretur, quod Dominus Poteſtas, & eius Officiales, & Officialis gabellę, & quilibet alius officialis Communis poſſit, & debeat prædictos Communi ſoluere, aut facere aliquid taliter recuſantes cogere, conſtringere, & etiam perſonaliter retinere, ac etiam realem executionem contrà ſic recuſantes, & quemlibet ipſorum facere, vſque ad ſatisfactionem condignam, ſine aliquo proceſſu, immò hoc poſſit, & debeat de facto facere, nulla cõtradictione non obſtante, omni iuris ordini prętermiſſo, prout de ipſius officialis proceſſerit voluntate: non obſtante etiam, quod ille talis recuſans diceret, quod illud quod per dictum officialem ſic exequentem, quod prædicta ad eius officium non ſpectent, vel ei prædicta commiſſa non fuerint, immò ex nunc auctoritate præſentis ſtatuti omnia, & ſingula, & quodlibet ipſorum, quæ & quod aliquis officialis Communis cuiuſcunque conditionis exiſtat pro Communi exequeretur, intelligatur, & ſit ſibi commiſſum ſpecialiter, & expreſſè, quinimmò ad illud

intelligatur

intelligatur, & ſic auctoritate pręſentium ordinatus, & ſpecialiter deputatus, cuius officialis nomē, & officium, quod gereret, vel geret, habeatur nunc ſpecialiter pro expreſſo. Qui officialis ſic exequens pro Commune de prędictis, vel aliquo prędictorum de eo, quod deueniri fecerit in Commune, nullo modo valeat ſindicari, vel cōtra eum aliquid obijci, vel opponi.

Quod forenſes Terrarum in quibus noſtri Ciues ſoluunt maiorem gabellam, compellantur hic ſoluere eandem. *Rubr.* *C X V I I I.*

ITEM quoniam dedignari non debet, qui recipit ab alio, quod ſuis operibus eſt receptum, ſtatuimus, & ordinamus, quod ſi noſtris Ciuibus, incolis, & habitatoribus noſtrę Ciuitatis in aliqua terra acciperetur aliqua duana, vltrà duanam in noſtra Ciuitate currentem, quod officiales huius Ciuitatis teneantur ad petitionem cuiuſcunque ſoluentis, illam duanam, quę acciperetur in alia terra noſtris Ciuibus, ipſi forenſi accipere, & ſolui facere, de illa terra in qua ſoluta eſſet duana per noſtrum Ciuem, ſeu habitatorem.

Quod conducentes animalia ad forum noſtrę Ciuitatis non teneantur pro ipſis ſoluere duanam. *Rubrica* *C X I X.*

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod venientes ad mercatum, ſiue forum noſtrę Ciuitatis cum beſtijs, & animalibus quibuſcunque, in die veneris, vel ſabbati, tàm in ueniendo, quàm in redeundo, de dictis beſtijs, & animalibus ad ſolutionem dictarum duanarum minimè teneantur.

Appro-

*APPROBATA confirmata, & autenticata fuerunt
ſupraſcriptas cōſtitutiones, ſtatuta, ſeu ordinamenta, et
ſingula ipſorum ſtatutorum ſcripta ſupra in præſenti vo
lumine ſtatutorum in Conſilio Dominorum Priorum Po-
puli ducentorum de Populo Ancianorum, & viginti-
quatuor maiori, & generali Conſilio Communis, & homi
num Ciuitatis Recaneti in palatio Communis dictę Ciui-
tatis reſidentiæ pro dicto Communi dictorum Dominorum Priorum Populi, mo-
re ſolito congregato, tēpore ſupradicti Domini Poteſtatis, de ipſius licentia, & mā
dato. Et quāuis alterius manu ſcripta, nihilominus lecta in dicto Conſilio per me
Cicchū Maßij Vannis de Recaneto Notarium infraſcriptum ad prædicta, & ad di-
ctum officium per dictum Commune deputatum; facto primo ſolemni partito per ſu
pradictū Dominum Poteſtatem, & obtento ſuper ipſis ſtatutis, & quolibet ipſo-
rum de ſedendo adleuandum ſecundum formā ſtatutorum dicti Coīs, ſub Anno
Domini Milleſimo quatricenteſimo quinto Indictione tertia decima, tempore eiuſ
dem D. Innocentij Papę ſeptimi, & die xiij. menſis Septembris in dicto Con-
ſilio Communis in palatio ſupradicto, præſentibus Canutio Antonij Accurſij, Car
bono Butoli Clodij, Luciano Androtij Magiſtri Franciſci, Andrea Colutij, Bo-
nauentura Vannæ Ciſci Bonioannis, Magiſtro Ioanne Micutij Zinetti, & Paulo
Vannis Fanutij omnibus Ciuibus Recanatenſibus. Et pluribus alijs teſtibus in
dicto Conſilio exiſtentibus in ſufficienti numero, qui ſupraſcripti fuerunt per me
ſpecialiter ad prædicta adhibiti, et nominati ad verā fidem, & teſtimonium prę-
miſſorum.*

*Et ego Cicchus Maßij Vannis de Recaneto publicus Imperiali auctoritate No-
tarius, & tunc Notarius, & officialis dictorum Statutariorum in dicti Commu-
nis Recaneti prædictis ſtatutis, & ordinamentis dum ſuerunt per dictos ſtatu-
tarios facta, condita, & ordinata, ac etiam approbationi, confirmationi, auten-
ticationi ipſorum, & omnibus, & ſingulis ſupradictis interfui, et rogatus à dictis
ſtatutarijs primò, & demum à ſupradictis Dominis Poteſtate Prioribus Populi,
& Conſilio publicaui, & cum meo ſolito, & vſitato ſigno ad fidem, & teſtimoniū
præmiſſorum publice me ſubſcripſi.*

Locus ✠ Signi.

IN Dei nomine amen. Ad laudem, & reuerentiam omnipotentis Dei, eiuſque Sacratiſſime Matris Marię, & Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac Beatorũ Martirum Flauiani, & Viti protectorũ, & defenſorum Communis,& Populi Ciuitatis Recaneti,&totius celeſtis curię triunfantis,ac ad honorem, & ſtatum Sacroſanctę Romanę Eccleſię, & Sanctiſſimi in Criſto Patris, & Domini, Domini Gregorij diuina prouidentia Papę XII, & Reuerendiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Domini Angeli tituli Sancti Stefani in celiomõte prębiteri Cardinalis, Sanctiſſimi in Criſto Patris, & Domini, Domini Gregorij Papę prędicti pro Sancta Romana Eccleſia, & prodicto Domino Papa in dicta prouincia Marchię Anconitanę Legati, & omnium aliorum pro dicto Domino noſtro Papa pręſidentium,&ad conſeruationem,&augmẽtum pręſentis pacifici, & tranquilli ſtatus Communis, & Populi Ciuitatis Recaneti, mortemq;, & exterminium omnium ęmulorum eiuſdem. Infraſcripta ſtatuta, prouiſiones, & ordinamenta, caſſationes, diminutiones, declarationes, & additiones ſuper ſtatutis, & ordinamentis Communis Recaneti,&contentis in eis. Nos ſtatutarij ad hoc ſpecialiter deputati, & electi per Commune, & Conſilium Populi Ciuitatis Recaneti, tempore pręfati Domini Domini noſtri Domini Papę, ſub anno Domini à circunciſione Mccccviij. Indict. ij. & de menſe Auguſti iuxta formam ſtatutorum Communis Recaneti, vt de noſtra electione, & deputatione plena conſtat manu circumſpecti viri Ser Andreę pacis de Meuali Cancellarij pręfati Communis Ciuitatis Recaneti in vnum exiſtentes congregati in refectorio monaſterii Sanctę Marię in Platea de Recaneto, quod ſitum eſt in Platea Communis Recaneti iuxtà res dicti monaſterii, Plateam Communis, & carbonariã Communis,& alia latera, omnimodo, via, iure, & forma, quibus melius dici poteſt. Nos

Iacobus Mencionis.

Petrutius Corradi, &

Petrus Antonij acti de Recaneto, & quarterio Sanctę Marię de numero ducentorum.

Franciſcus Lemboli.

Vannes Ciſci Marini.

Ludouicus Seruannis de Recaneto, & Quarterio Sancti Flauiani de numero ducentorum.

Ioannes Marcutij.

Thomas Seruannis.

Ser Andreas Matthei de Recaneto, & Quarterio Sancti Angeli de numero ducentorum, &

Iacobus Ciſci.

Ser Cicchus Maſſij.

Nicolaus Angeli Maſſutij de Recaneto, & Quarterio Sancti Viti de numero ducentorum.

Ser Simon Tutij.

Petrutius Maſſutij.

Sauinus Martini.

Marinus Vannis.

Nominati, electi, & deputati, vt prędictum eſt per Commune, & Conſilium Populi Ciuitatis Recaneti ſuper renouatione, correctione, declaratione, diminutione, caſſatione, & additione ſtatutorum, & ordinamentorum Communis, & Populi Ciuitatis Recaneti, vigore arbitrij, & poteſtatis nobis conceſſi in hac parte per Conſilium, & Commune prædictum, omni diligenti fide, & cura, ac modo, quibus melius potuimus, & debemus, inuocato nomine Sãctę, & indiuiduę Trinitatis, prout diuina gratia nobis miniſtrauit ad infraſcripta ordinamenta, & ſtatuta proceſſimus, ac procedimus in hunc modum, videlicet.

IN primis ſtatuimus, & ordinamus, quod nulla perſona Ciuis, vel habitatrix Ciuitatis Recaneti audeat, vel præſumat in primis cauſis, ciuilibus, vel criminalibus, meris, vel miſtis trahere, vel conuenire, alium ciuem, vel habitatorem Ciuitatis Recaneti, occaſione alicuius contractus, ſeu obligationis, vel quaſi, vel alicuius maleficij, ſeu delicti, extrà iuriſdictionem, & cognitionem fori, & officialium Ciuitatis Recaneti in his, & ſuper his, de quibus Officiales Ciuitatis Recaneti habent iuriſdictionem, & cognitionem: exceptis tamen his, de quibus eſſet contractum, vel obligatio facta inter creditorem, & debitorem in eo loco, vbi actor ipſum reum conueniret, vel traheret, ſeu conuenire, & trahere vellet, de quibus in dicto loco contractus, & obligationis prędictę, actor, ſeu creditor, ipſum reum, ſeu debitorem conuenire, & trahere

 poſſit,

poſſit, exceptis etiam his, qui ſe expreſſè per contractum, ſeu inſtrumentum obligauerit in aliquo loco expreſſo, & nominato, qui ſic obligantes ſe, poſſint in loco prædicto, vbi ſe expreſſè, & nominatim obligauerint, conueniri, & trahi, ſi in noſtra Ciuitate non fuerint præſentes, & ſoluendo non eſſent, ad ſatisfactionem ſui debiti, quod ſi contrafactum fuerit, contrafaciens puniatur, & condamnetur in libr. ducentis denar. ſine diminutione aliqua.

ITEM addendo ſtatuto poſito ſub Rubr. de electione Rationatorũ, ſeu Scindicatorum Poteſtatis, & aliorum Officialium. Statuimus, & addimus, quod ſi contingat aliquem officialem Communis Ciuitatis Recaneti condemnari per ſuos ſcindicatores in aliqua quantitate pecuniæ, quod dictus officialis teneatur, & debeat dictam ſuam condemnationem ſoluere abſque aliqua diminutione, & abſque aliquo beneficio conceſſo ex forma alicuius ſtatuti Ciuitatis Recaneti.

ITEM pro comoditate habitantium, & habitare volentium in Caſtro Montisflorum Ciuitatis Recaneti. Statuimus, & prouidemus, quod habitantes, & habitare volentes in Caſtro Montisflorum Ciuitatis Recaneti poſſint, & eis liceat retinere de ſuis, vel alienis vſq; in duo para bobum aratorum, & vſq; in viginti capras, & triginta pecudes & quod non teneantur de eis, ſeu pro ipſis animalibus ſoluere Communi Recaneti, niſi tantum medietatem gabellę, quę pro dictis animalibus ordinarę ſunt ſolui, ſeu ſoluuntur à Ciuibus Ciuitatis Recaneti. Et quod ipſi teneantur tenere dictum Caſtrum mundum à letamine, ſeu putredine, quę fit per dicta animalia, ad quod poſſint multari a Capitaneo dicti Caſtri, vſque ad quantitatem viginti ſol. den. Saluis etiam eis omnibus alijs immunitatibus, & exemptionibus eis conceſſis ex forma aliorum ſtatutorum Ciuitatis Recaneti, vel aliter quomodocunque.

ITEM ſtatuimus ad declarationem caſuum, qui euenire poſſunt, quod ſi quis momorderit aliquem cum dentibus in aliqua parte corporis cum ſanguine, vel ſine, condãnetur in dimidia pęna eius, qua condemnaretur ex forma alicuius ſtatuti Ciuitatis Recaneti, ſi percuſſerit, ſeu vulnerauerit aliquem cum aliquo genere armorum ferreorum offenſibilium. Hoc declarato, quod quilibet morſus intelligatur pro vna percuſſione, ſeu vulnere, nõ obſtante, quod ex ipſo morſu appareret ſciſſio carnis in pluribus, & diuerſis locis. Hoc etiam declarato, quod ſi ex ipſo morſu debilitaretur aliquod membrum, vel ſignum euidens perpetuo

tuò manſurum appareret in facie, quod tunc his caſibus, mordens puniatur integra pęna, ac ſi eſſet debilitatum membrum, vel ſignum factum ex percuſſione aliquorum armorum offenſibilium, & ferreorum, ſecundum formam ſtatutorum Recaneti.

ITEM prouidendo detrahimus, & caſſamus finem ſtatuti poſiti in tertio libro ſnb Rubrica de pęna arma portantis. Videlicet illam partem, quę dicit, quod inuentus portare guainam aliquorũ armorum ſoluat medietatem eius, quod ſoluere debetur, ſi arma in vagina portaret cęteris alijs in dicto ſtatuto contentis, in ſua firmitate manentibus.

ITEM ad maiorem declarationem noſtrornm ſtaturorum, & ob reuerentiam noſtræ ſacrę matris Virginis Mariæ. Tollimus, & ſtatuendo caſſamus ſtatutum poſitum in tertio libro ſtatutorum Ciuitatis Recaneti ſub Rubr. cxxvj. in totum, & per totum. Et ſupercontentis in eo ſic ſtatuimus, & ordinamus, quod ſi quis in die feſti Virginis Mariæ de Laureto, quod in noſtra Ciuitate celebratur de mẽſe Septembris, cõmittet aliquod delictum, maleficium, vel crimen dicto, vel facto apud, & propè Eccleſiam Beatę Virginis Marię de Laureto die dicti feſti, vel die pręcedenti per vnum miliare, condamnetur, & puniatur triplici pęna eius, qua condemnaretur ſi alio tempore, & alibi, quàm in dicto loco dictum maleficium, crimen, vel delictum committeret. Si verò alibi in territorio Recaneti, & ipſa Ciuitate committeretur delictum, crimẽ, vel maleficium, quàm apud, & prope dictam Eccleſiam, vt dictum eſt, condamnetur delinquens duplici pęna, qua condemnaretur, ſi alſo tempore dictum crimen, delictum, vel maleficium committeret. Adijcientes præterea, quod nulla mulier non bonę famę, & conditionis debeat ſtare, & reſidentiam facere propè dictam Eccleſiam per vnum miliare ad cõmittendum aliquod inhoneſtum, ſed facta per eam oblatione ad ipſã Eccleſiã, recedat inde, & ad ſuam habitationem reuertatur. Quod ſi cõtrafecerit, debeat per Ciuitatem Recaneti fuſtigari.

ITEM volentes prouidere, ne inferantur grauia damna, quę ſolent in noſtra Ciuitate, & eius territorio committi. Statuimus, & ordinamus, quod in omnibus, & ſingulis damnis datis, quę fieri contingent in territorio Recaneti in grano, ſeu frumento, vineis, canneris, hortis, & pomis domeſticis, & notarium damnorum datorum Ciuitatis Recaneti non reperierit damnum datum prędictum, de quo quęrela eſſet coràm eo facta, ſeu expoſita, infra quinqne dies poſt dictam expoſitam

quęrelam, quod Poteſtas Ciuitatis Recaneti, & eius curia teneatur, & debeat ad quęrelam cuiuſcunque damnum paſſi inueſtigare de dicto damno dato, & etiam de quocunque damno dato coràm eo, & eius curia expoſito, & cum omni diligentia, & cura procedere ad reperiendum dictum damnum datum, ſicut teneretur inueſtigare de alijs quibuſcunque maleficijs, & repertos culpabiles condemnare, & punire in pęnis contentis in ſtatutis Ciuitatis Recaneti. Et ſi dictus Poteſtas fuerit negligens in prędictis, puniatur de facto in quinquaginta lib. den. volẽtes inſuper, ac ſtatuentes, quod de damnis datis abolitio peti, nec admicti debeat quoquo modo.

ITEM addendo ſtatuto Ciuitatis Recaneti loquenti de capris, &c. Statuimus, quod ſi quis voluerit retinere à decem capris ſuprà, vſque ad viginti capras, poſſit eas retinere, paſculando cum eis in quarta, & quinta ſenaita tantùm, & ſi repertę fuerint paſculare in prima, vel ſecunda, vel tertia ſenaità, ſoluat de damno dictarũ caprarũ decem ſol. pro qualibet capra, & qualibet vice, & paſtor ſoluat pęnam quadragiuta ſol. pro qualibet vice; nõ tamẽ derogando, quin teneantur ad pęnas debitas, ſi quod damnum factum fuerit cum eis, & quin etiam ſoluatur Communi Recaneti gabella debita, quę ſolui debet à retinentibus ipſas capras in paſcuo ſecundum formam ſtatutorum.

ITEM corrigendo ſtatutũ poſitũ in quarto libro, ſub Rubr. lxxxxv. do ſolutione gabellę à retinentibus animalia in paſcuo &c. & corrigẽdo ſtatuimus, quod habentes, & paſculantes cum aliquo genere porcorum in territorio, & diſtrictu Ciuitatis Recaneti, ſoluant Communi Recaneti pro gabella ipſorum quolibet anno in caiendis Septembr. decem ſol. denar. pro quolibet porco, ſcrofa, vel porcaſtra non lactante, pro lactante verò ſoluant quinque ſol. pro quolibet dictorum porcorum, alijs contentis in dicto ſtatuto, & alijs ſtatutis Communis Recaneti loquentibus de materia porcorum ſemper in ſuo robore permanſuris.

ITEM addẽdo ſtatuto poſito in quarto libro, ſub Rubr. de friſcolarijs &c. quod friſcolarij, & artem friſculorum exercentes in Ciuitate Recaneti teneantur, & debeant ſoluere prętium oliuarum eis datarum, ſeu quę dari continget à Ciuibus, & habitatoribus Ciuitatis Recaneti, cum quibus ipſi friſcularij nõ fecerint pactum expreſſum de prętio ipſarum oliuarum, ſoluere prętium ipſarum oliuarum eis, quibus debetur, ſecundum quod communiter ſoluetur prętium oliuarum per tres

friſcu-

friſcularios, qui vel facient tria paria friſculorum in Ciuitate Recaneti, vltrà quantitatem ccc. ſalmarum oliuarum pro quolibet, & qui inceperint feciſſe friſcola pro illo anno, vſq; ad medium menſẽ Nouembr. dicti anni, qui tres friſculari, ſeu friſcula poſſint eligi per illos, quibus dicta ſolutio dicti prętij fieri debebit.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod Priores Populi Ciuitatis Recaneti de menſe Auguſti cuiuslibet anni debeant fieri reuideri, & actari fons ſaracinę in bona forma, vt ex eo habeatur vtilitas Ciuibus, & habitatoribus Ciuitatis Recaneti, quod ſi dicti Priores fuerint negligentes, condemnentur per eorum Scindicatores in xl. ſol. den. pro quolibet eorum, qui pro tempore fuerint.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod conducentes ad Ciuitatẽ Recaneti, & eius territorium lapides, calcinam, giſſum, cuppos, & carbones non teneantur ad ſolutionem alicuius gabellę, nullo alio ſtatuto in contrarium loquente, obſtante.

ITEM moderantes ſtatutum in quarto libro, ſub Rubrica, quod tenentes pecudes debeant eas tenere, in eſtate &c. Statuimus, & ordinamus, quod tenentes, & hẽtes pecudes in territorio Recaneti in hyeme, nõ poſſint eas extrahere de territorio Recaneti, ſed eas tenere in dicto territorio vſq; per totum menſe Maij; poſt verò dictum tempus, videlicet poſt dictum menſem Maij, liceat eas habenti extrahere de territorio Recaneti pro ſuo libitu voluntatis, ſoluendo tamen debitam gabellam Communi Recaneti pro toto anno, ſecundum formam ſtatuti Recaneti, & dimittendo caſeum, & alleuimina maſculina illius anni in territorio Recaneti.

ITEM addendo ſtatuto poſito in quarto libro ſub Rubrica de gabella ſoluenda pro beſtijs cõductis poſt ſolutionem gabellę primę &c. Addimus, & ſtatuimus, quod quicunque conduxerit ad Ciuitatem Recaneti, & eius territorium aliquas beſtias poſt deſcriptionem ſuarũ beſtiarum deſcriptarum per officialem Communis, ſecundum formam ſtatutorum Recaneti, habeat terminum quatuor dierum ad faciendum ſcribi per dictum officialem dictas beſtias ſic conductas, & ſi infra dictũ

terminum ſcribi non fecerit, condamnetur, & puniatur, ac ſi gabellam Communis fraudaſſet, & nihilominus debitam gabellam pro beſtijs ſoluere teneatur.

APPROBATA confirmata, & auctenticata fueruntomnia, & ſingula ſtatuta, & ordinamenta ſcripta ſupernis in octocartis proximè præcedentibus computata præſenti carta, in publico, & generali Cõſilio Communis, & hominum Ciuitatis Recaneti per ipſum Cõſiliũ, & per nobilẽ virũ Lapũ toringhi depuglieſibus de prato, honorabilẽ Poteſtatẽ Ciuitatis Recaneti, & Priores Populi dictę Ciuitatis, ipſo Cõſilio, mãdato dicti Poteſtatis ſono cãpanę, & tubę, voce quę pręconis pręmiſſis more ſolito ad hunc actum congregato in ſala magna Palatij Communis Recaneti reſidentię dictorum Priorum, poſito in quarterio Sancti Angeli Ciuitatis Recaneti, iuxtà res Communis dicti vndiq;, miſſo quę partito ſuperdictis ſtatutis, & quolibet eorum per dictum Dominum Poteſtatem pręſentibus, & volentibus dictis Prioribus in dicto Conſilio inter homines, & Conſiliarios dicti Conſilij de ſedendo ad leuandum ſecundum formam ſtatutorum Recaneti, & obtento inter eos, omnibus ſedentibus, nemine in contrarium ſurgente. Et ſcripta per Dominum Laurentium Butij Rainaldi de Ciuitella, cui commiſſum fuit per Notarium infraſcriptum, & per Commune prædictum, vt ea ſcriberet. Sub anno Domini Mccccviiij. Indict. ſecunda, tempore Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini, Domini Gregorij diuina prouidentia Papę XII. die vndecima menſis Auguſti, pręſentibus Luchino Androtij, Caffarello Ioannis, Antonio Ciſci Butoli, Bertramdo Corradi, Stefano Cichi, & alijs in dicto Conſilio exiſtentibus, teſtibus ad prędicta vocatis, & rogatis.

EGO Antonius Iannis de Recaneto publicus imperiali auctoritate Notarius, & iudex ordinarius, & Notarius tunc dictorum ſtatutariorum prędictis omnibus, & ſingulis ſtatutis in dictis octo cartis ſcriptis, ac eorum approbationi, & auctenticationi prędictę dum agebantur inter fui, & de dictorum ſtatutorum, ac Poteſtatis, Dominorum Priorum, totius quę Conſilij prędicti, & Conſiliariorum eiuſdem, pręſentia, conſenſu, deliberatione, & auctoritate, ab eis rogatus publicauī, & in aliis occupatus, ea ſcribenda per Dominum Laurentium Butij de teramo commiſi, ideo mea propria manu ſub ſcripſi, & meum ſignum poſui conſuetum.

Locus ✠ Signi.

In

IN nomine Domini Amen. Cùm pro parte Communis, & hominum Ciuitatis Recaneti, ſupradictum volumen ſtatutorum præſentatum fuerit Reuerendiſsimo in Chriſto Patri, & Domino, Domino Angelo miſeratione diuina, & ſancti Stephani in Celiomonte Sacroſanctæ Rom. Eccl. digniſſimo prasbytero Card. In Prou. March. Ancon. & Maſſetrebariæ Apoſtol. Sedis Legato, ac pro Sanctiſſ. Domino noſtro, Domino Gregorio diuina prouidentia Papa XII. & eadem S. R. E. in temporalibus Vicario generali &c. & ſupplicatum ſuę Reuerendiſſ. Pat. quatenus dignaretur ipſa ſtatuta auctoritate ſua ſecundum formam conſtitutionum ratificare, confirmare, & approbare. Et ipſe Reuerendiſsimus Dominus, Dominus Card. Legatus, & Vicarius prædictus commiſerit famoſo, & ſapienti legum Doctori D. Michaeli de Aretio Comiſſario ad hæc per eundem dominũ ſpecialiter deputato, quod eadem ſtatuta expreſſè, & ſingulariter inſpiceret, & examinaret, ne aliquid reperiretur in eis, quod eſſet contra Eccleſiaſticam libertatẽ, vel conſtitutiones generales einſdem Prouinciæ, vel earum tenorem, ſeu contra iuriſdictionẽ, vel honorẽ S. R. E. vel Rectoris dictæ Prou. ſeu ipſius officialium, aut Curię, vel contra Curiales Curiæ generalis. Et ipſę D. Michael vigore dictæ cõmiſsionis aliquas additiones, & declarationes fecerit, quæ per inſpectionem clarè videri poſsũt. Et retulerit dicto D. Card. Legato, & Vicario prędicto, ipſa ſtatuta expreſſe, & ſingulariter vidiſſe, & examinaſſe, & in eis non inueniſse caſſandi aliqua, niſi faciendas additiones aliquas, & declarationes, de quibus in inſpectione ipſius voluminis apparet. Ideo dictus D. Card. Legat. & Vicarius prædictus dicta ſtatuta expreſſe, & ſingulariter cum dictis additionibus, & declarationibus confirmauit, ratificauit, emologauit, & approbauit auctoritate ſua, ſi, & in quantum, vt ſupra dicitur non ſint cõtra libertatẽ Eccleſiaſticam, conſtitutiones generales dictæ Prou. & D. Rectoris, vel earum tenorẽ, ſeu contra iuriſdictionem, vel honorem S. R. E. vel Rectoris ipſius Prouinciæ, vel ſuorum officialium, aut eius Curię, vel Curiales ipſius Curię generalis. Et in quantum prędicta, vel aliquid prędictorum in ipſis ſtatutum, vel altero ipſorum, & additionibus, declarationibus, quæ reperirentur, voluit, & decreuit ipſa ſtatuta, vel alterum ipſorum, additiones, & declarationes, quę, vel quod ſic loquerentur eſſe nullius valoris, efficaciæ, vel momenti. Mandans quod de cętero dictum Commune, & eius Officiales, ac homines dictæ Ciuitatis Recaneti, dictis ſtatutis, additionibus, & declarationibus in ſuis cauſis, iudicijs, & negotijs vti debeant, & non alijs ſine ſua licentia ad pęnam ſuo arbitrio auferendam, mandanſq; mihi Marino Notario, & Secretario ſuo infraſcripto, quod de prædictis omnibus publicum conficerem inſtrumentum. Sub Anno Domini M.CCCCX. Indict. iij. tempore Sanctiſsimi in Chriſto Patris, & Domini, Domini Gregorij Papę XII. ſupradicti, die verò tertiadecima menſis Iannuarij. Actum Recaneti in Camera ſupradicti D. Cardin. Legati, & Vicarij prædicti ſita in domibus Epiſcopalibus dictæ Ciuitatis Recaneti, in quarterio Sancti Flauiani de Recaneto, iuxtà res dicti Epiſcopatus Recaneti, viam Communis, & alia latera præſentibus ibidem venerabilibus viris D. Fratre Antonio de Recaneto ordinis Sancti Benedicti plebano plebis Terræ Murri vallĩũ. Domino Nicolao Raynoldi de Recaneto Canonico Recanaten. Domino Petro Mannutij de Fulgineo, & Segna Franciſci de Bettonio teſtibus ad prædicta habitis, vocatis, & rogatis.

ET ego Marinus Tonelli de Treuio publicus Apoſtolica, & Imperiali auctoritate Notarius, & Iudex ordinarius, & tunc Notarius, & Secretarius præfati D. Cardinalis Legati, & Vicarij prędicti ſupradictis confirmationi, ratificationi, emologationi, & approbationi ſupradictorum ſtatutorum per ſupradictum Dominum Cardinalem Legatum, & Vicarium prædictum ſupra factis, & omnibus, et ſingulis ſupradictis, vt ſupra legitur, vnà cum ſupradictis teſtibus præſens fui, & ea rogatus ſcribere, & publicare, mandato ipſius Domini Cardinalis Legati, & Vicarij prędicti ſcripſi, & publicaui, ſignumque meum appoſui conſuetum.

Locus ✠ Signi.

IN Dei nomine Amen. Ad laudem, & reuerentiam omnipotentis Dei, eiuſque Sacratiſſimę Matris Virginis Mariæ, & Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac Beatorum Martirum Flauiani, & Viti protectorum, & defenſorum Communis, & Populi Ciuitatis Recaneti, & totius celeſtis curię triumphantis. Acad honorem, & ſtatum Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini, Domini Martini diuina prouidentia Papæ Quinti. Et Reuerendiſſimi in Chriſto patris, & Domini, Domini G. Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia tituli Sancti Clementis præsbyteri Cardinalis, & Sanctiſſimi Domini noſtri in Prouiucia Marchiæ Anconitanę Legati, & omnium aliorum pro dicto Domino noſtro Papa pręſidentium. Et ad conſeruationem, & augumentum pacifici, & tranquilli ſtatus Communis, & Populi Ciuitatis Recaneti, mortemque, & ſterminium omnium emulorum eiuſdem. Infraſcripta ſtatuta prouiſiones, & ordinamenta, diminutiones, declarationes, & additiones ſuper ſtatutis, & ordinamentis Communis Recancti. Nos ſtatutarij ad hæc ſpecialiter deputati, & electi per Commune, & Conſilium Populi dictæ Citis, tempore præfati Domini noſtri, Domini Papæ ſub Anno Domini à Circuncifione Milleſimo quatricenteſimo vigeſimo primo, indictione decimaquarta de menſe Auguſti iuxtà formam ſtatutorum Communis Recaneti, vt de noſtra electione, & deputatione plenè conſtat manu circumſpecti viri Ser Andreę Pacis de meuali Cancellarij dicti Communis Recaneti, in vnum exiſtentes, congregati in refectorio Monaſterij Sanctæ Mariæ in platea de Recaneto, quod ſitum eſt in platea Communis Recaneti, iuxtà res dicti monaſterij, plateam Communis, & alia latera, omni modo, via iure, & forma, quibus melius poſſumus, & debemus. Nos videlicet.

Iacobus Mencioni.	Ser Petrus Florani.
Marcus Nicolę.	Ludouicus Seruannis.
Simon Vannis.	Gabriel Albrici
Petrutius Maſſucij.	Ioanninus Marcutij.
Ioannes Petrutij.	Ser Cicchus Maſſij.
Nicolaus Angeli.	Hieronimus Iacobi.

Ser

Ser Marcus Marci.

Franciſcus Ciſci de Recaneto.

Petrutius Marci de Recaneto.

Petrutius Angelucij de Recaneto de fraternitate Sanctę Luciæ. Statutarij prędicti per dictum Commune, & Conſilium electi, & deputati, vigore arbitrij, & poteſtatis nobis conceſſi in hac parte per Commune, & Conſilium prędictum, omni diligenti fide, & cura, ac modo quibus melius potuimus, & debemus ſeruata forma ſtatutorum Communis Recaneti, inuocato nomine Sanctę, & indiuiduę Trinitatis, prout diuina gratia nobis miniſtrauit ad infraſcripta ordinamenta, & ſtatuta, prouiſiones, correctiones, additiones, & diminutiones proceſſimus, ac procedimus in hunc modum videlicet.

IN primis quidem ſuper ſtatuto loquente de renouatione ſtatutorum, quę eſt Rubrica octaua primi libri ſtatutorum Ciuitatis Recaneti. Statuimus, corrigimus, & mutamus in ea parte, vbi dictum ſtatutum dicit, quod quolibet anno de menſe Auguſti infra quintam diem menſis prędicti, Priores Populi teneantur congregare Conſilium generale pro renouatione, & correptione ſtatutorum &c. Corrigimus, & corrigendo ſtatuimus, quod Priores Populi Ciuitatis Recaneti, qui reperientur in officio de menſe Auguſti cuiuslibet anni non teneantur cōgregare dictum Conſilium generale, nec vacare circa renouationem, & correctionem dictorum ſtatutorum quolibet anno, prout in dicto ſtatuto exponitur, niſi tantùm, & quando ex occurrenti occaſione, & cauſa neceſſaria eis viſum fuerit, & placebit; dicto ſtatuto in alijs in eo contentis in ſuo robore permanente.

ITEM ſuper ſtatuto de electione Priorum Populi, & eorum officio, quæ eſt Rubrica decimatertia primi libri, in ea parte vbi dicit, quod Priores Populi ad dictum officium Prioratus aſſumpti nō poſſint ab eorum officio ſe abſentare, durante eorum officio extrà Ciuitatem, & eius diſtrictu &c. Volumus, declaramus, & ſtatuimus, quod prędicta, ſeu dicta pars locū non habeant in infirmis, & impeditis, & inhabilibus ad ambulandum.

bulandum. Nec in abſentibus tempore, quo trahitur cartucia Priorum de buſſulo, in quo nomē abſentis reperitur ſcriptum. Nec etiam in illis, qui ad aliquod officium, vel peregrinationem reperirentur profexi ante extractionem ſuę cartucię de buſſulo, quorum acceſſus eſſet neceſſarius de menſe, quo deberent exercere officium Prioratus. Nec etiam habeat locum in illis, qui eſſent acceſſuri cum mercantijs, & diſpoſiti ad nauigandum per mare, eo tempore, quo extracti eſſent de buſſulo ad exercendum officium antedictum. Nec habeat locum in alijs occurrentibus caſibus, & neceſſitatibus, quæ occurerent Ciuibus dictę Ciuitatis Recaneti, qui tunc eſſent in dicto officio Prioratus, quibus oporteret ſe à dicto officio abſentare, & accedere extrà dictam Ciuitatem Recaneti, & eius territorium. In quibus caſibus Priores Populi, qui tunc erūt, vnà cum Conſilio viginti quatuor dicti Communis poſſint petenti licentiam ſe abſentandi à dicto officio, concedere, & ad ipſam concedendam poteſtatem, auctoritatem, & arbitrium plenum habeant, ipſis exiſtentibus in concordia pro maiori parte; ſtatuto, vel alio in contrarium diſponente non obſtante.

ITEM ſuper ſtatuto de electione Poteſtatis, & eius officio, quæ eſt Rubrica xxij. primi libri. Statuimus, & ſtatuendo addimus, & mutamus in ea parte vbi dicit, quod Poteſtas debeat ducere duos iudices, vel vnum doctoratum &c. Et alterum ſufficientem &c. Addimus, & corrigimus, quod dictus Poteſtas debeat ducere, & tenere tātùm vnū iudicem doctoratum ſecundum formam dicti ſtatuti. Et quod loco alterius iudicis, dictus Poteſtas Ciuitatis Recaneti ducat, & teneat vnum notarium idoneum ad officium damnorum datorum Ciuitatis Recaneti loquentium de damnis datis. Et volumus quod miles dicti Poteſtatis, vnà cum alio ſuo officiale exerceat officium cauſarum ciuilium minoris ſummę Ciuitatis Recaneti, quod dictus alter iudex ſolebat exercere. Et quod acta, quæ coram dicto milite fient in dictis cauſis, ſcribantur per notarium deputandum ad dicta ciuilia minoris ſummę. Inſuper dicto ſtatuto addimus, & declaramus in ea parte, vbi dicit, quod dictus Poteſtas cum ſuis officialibus, & familia ſtet ad ſcindicatum quatuor diebus, ſi nulla petitio, ſeu quęrela data fuerit &c. Et vbi petitio, ſeu quęrela aliqua data fuerit, ſtare debeat ad ſcindicatū ſex diebus &c. Declaramus, quod ſi qua petitio, vel quęrela fuerit danda contra dictos Poteſtatem,

Officiales,

officiales,& familiam, vel aliquē eorum coràm ſuis ſcindicatoribus, dari debeat infra quatuor dies primos dicti ſui ſcindicatus,& quod elapſis dictis quatuor diebus, volens dare petitionem, vel quęrelā, nullatenus audiatur, dicto ſtatuto in alijs ſuis partibus firmo manente. In alijs verò officialibus forēſibus Ciuitatis Recaneti declaramus,& addimus,quod petitio, ſeu quęrela aliqua dari non poſſit contra eos, niſi tantum infra dictos dies primos eorum ſcindicatus. Et prędicta in dictis duobus caſibus petitionum dandarum nō habeant locum in debitis, in quibus, & pro quibus dari poſſit petitio vſque ad vltimam horam ſcindicatuum prędictorum.

ITEM ſuper ſtatuto loquente de refirma officialium, quę eſt Rubr. vigeſſima quarta primi libri. Statuimus,& ſtatuendo corrigimus,& mutamus,ac etiam addimus maximè in ea parte vbi dicit,quod dum tractatur talis refirma officialis in Conſilio generale, centum palluctę ſint in concordia pro dicta refirma obtinenda &c. Quàm partem reducimus, quod ſufficiant, quod octuaginta palluctę ſint in concordia pro dicta refirma obtinenda, quę octuaginta palluctę ſint de conſiliarijs ordinatis ad Conſilia Communis Recaneti. Et addimus, & ſtatuimus, quod ſi aliquis officialis Communis Recaneti, de cuius refirma tractaretur, fuerit caſſus, vel non refirmatus in aliquo Conſilio, in quo de ſua refirma tractaretur,quod non poſſit de cetero amplius de ſua refirma tractari durante tempore deueti quinq; annorum ex tunc incipiendorum. Et ſi ſecus factū fuerit, Priores Populi dictę Ciuitatis,quorum tempore talia proponerentur, vel tractarentur contrà pręſentem ordinationem,incurrant pęnam decem libr. pro quolibet eorum, & qualibet vice Communi Recaneti ſoluendarum. Inſuper addimus, & ſtatuimus,quod officialis damnorum datorum Ciuitatis Recaneti de cętero, & aliquo tempore non poſſit, nec debeat in ſuo officio modo aliquo refirmari,& ſi ſecus factū fuerit, ſit pęna cuilibet Priorum Populi,quorum tempore contrarium proponeretur in Conſilio, vel contrafactum fuerit vice qualibet,decem libr. denar.

ITEM ſuper ſtatuto,de electione Rationatorum &c. Quæ eſt Rubr. trigeſſima ſeſta primi libri. Statuimus, & ſtatuendo addimus ſtatuto prędicto,quod ſi ſcindicus forenſis,qui eligetur,& veniet ad ſcindicandum

dicandum Poteſtatẽ Ciuitatis Recaneti, & alios ſuos officiales, debeat per dictum Commune ſcindicari, & reuideri per alium iuris peritum eligendum per Priores Populi, qui pro tempore fuerint, ſi dictum ſcindicatũ iuſtè geſſerit, vel non, puniendus in eo, quod deliquit, ſecundũ, quod puniretur, & condamnaretur Poteſtas prędictus, vel alius eius officialis de ſuo delicto in ſuo ſcindicatu. Sub pęna Prioribus antedictis decem libr. den. pro quolibet eorum, ſi prędicta non mandauerint executioni, dicto ſtatuto in alijs ſuis partibus firmo manente.

ITEM ſuper ſtatuto de ſucceſſione matris &c.

Hoc ſtatutum omittitur quia fuit reprobatum, vt in fine harum reformationũ.

ITEM ſuper ſtatuto de pęna adulterij &c. Quæ eſt Rubr. liij. tertij libri. Addimus, & addendo ſtatuimus, quod ſi qua mulier adulterium, ſeu ſtuprum commiſerit, vel ſe cognoſci carnaliter paſſa fuerit, dotem ſuam perdat, quæ mariti lucro cedat, & quod prima vice, qua in prædictis deliquerit, ſtare debeat, & retineri in carceribus Communis Recaneti vno anno continuo. A prima vice verò inpoſterum pro qualibet vice, qua deliquerit fruſtigetur per Ciuitatem Recaneti. At ſi voluerit euitare dictam retentionem in carceribus, vel dictam fuſtigationem ſoluat pęnam centum ducatorũ auri Communi Ciuitatis Recaneti. Declarantes, quod de prędictis contra dictam mulierem, non poſſit procedi per inquiſitionem, vel alio modo, niſi per denunciationem, vel accuſationem in ſcriptis coràm Poteſtate Recaneti, & eius curia productam per maritum, patrem, vel matrem, vel filium, vel filiam, auum, vel fratrem, vel ſororem vtrinque coniunctum, vel coniunctã ipſius mulieris. Addimus ẽt quod ſi quis officialis Coĩs Recaneti deliquerit in aliquo de prędictis contentis in dicto ſtatuto, & in prędenti additione, cum aliqua muliere habitante in Ciuitate, & territorio Recaneti cuiuſcunque conditionis exiſtat, exceptis mulieribus meretricibus in loco publico ſtãtibus, puniatur duplici pęna eius, qua puniretur alia priuata perſona, quę cognoſceret, vel deliqueret cum muliere bonę famę ſecundum formam ſtatutorum Recaneti de prędictis loquentium. Volentes, & ſtatuentes inſuper, quod ſi aliquis cuiuſcunque ſtatus, gradus, & conditionis exiſteret, auderet, vel præſumeret mala ſua calidita-

te

te perſonaliter de nocte, quæ nox intelligatur ab occaſu ſolis, vſque ad ortum ſolis de mane, ire ad domum alicuius perſonę, in qua nouerit aliquem habitare, ſeu hoſpitari, & dictam domum ſine voluntate habitatoris, ſeu hoſpitantis in eadem, in ea intrare, & in ea repertus foret in obbrobrium, vel pudorem habitantis, vel habitantium, ſeu hoſpitantium in dicta domo cauſa furandi, vel derubandi, vel adulterium ſtuprum, aut inceſtum committendi, vel cauſa luxuriandi cum quacunque perſona ibidem habitante, cuiuſcunque conditionis exiſteret, ſiue homicidium, vel aliud grauiſſimum crimen, & delictum committendi, & perpetrandi, liceat habitatori, vel habitatoribus in dicta domo contra dictum, ſeu dictos ſic repertos, ipſos, ſeu ipſum capere, detinere, & ad curiam ducere, & pręſentare, vel eum, ſeu eos percutere, & vulnerare quomodocunque, & qualitercunque in dicta domo, vſque ad mortem incluſiuè ſine pęna, & banno, immò ab omni pęna tàm perſonali, quàm pecuniaria, vigore præſentis ſtatuti talis, ſeu tales offendentes, vel occidentes ſint exempti, & contra eum, ſeu eos non poſſit procedi, obiici, nec cōdēnatio, vel punitio fieri aliquo quęſito colore. Statuētes, quod ad probationem prędictorum ſufficiat ſi probabitur per ſex conuicinos loci, vbi prædicta fierent, probantes ſaltem, quod de prędictis ſit publica vox, & fama in conuicinio dicti loci, vel per alias coniecturas, vel probationes, vel inditia, quæ approbarentur per Poteſtatem, & Iudicem Ciuitatis Recaneti, quocunque alio ſtatuto, vel ordinamento in contrariū loquente non obſtante, dicto ſtatuto in alijs ſuis partibus firmiter permanente.

ITEM ſuper ſtatuto de pęna vendentis piſces, &c. quæ eſt rubrica lxxxxv. tertij libri. Statuimus, corrigimus, & ordinamus, quod ſardelle, & alij piſces minoris ponderis vnius librę pro quolibet vēdantur quolibet tempore duodecim denar. pro qualibet libra. Piſces verò ponderis vnius librę, vſque ad duas libras pro quolibet piſce, vendantur ſexdecim denar. pro qualibet libra. Anguillę verò, & ſeppię, arciglioni, & alij piſces de coccia vendantur ſecundum voluntatem, & arbitrium Dominorum Priorum Populi, qui pro tempore fuerint. Hoc addito quod capientes, ſeu vendentes piſces teneantur vendere, & dare de dictis piſcibus cuilibet habitanti in Gaſtro Portus Ciuitatis Recaneti, emere volenti pro ſuo vſu, & ſuę familię, etiam ante quam veniant ad

Ciuitatem Recaneti ad uendendum dictos piſces, pęna viginti ſolidorũ, pro qualibet vice qua contrafecerit. Et quod non poſſint vendere, ſeu portari facere dictos piſces ad uendendum extrà territorium Recaneti, niſi prius miſerint ad Ciuitatem Recaneti quinque ſalmas piſcium ad uendendum, de piſcibus, quos ceperint, pęna centũ ſolidorum pro qualibet ſalma, & qualibet vice, qua contrafecerint, & viginti ſolid. pęna pro qualibet ſalma portanti piſces prædictos. Et ſi Capitaneus dicti Portus concederet licentiam portandi, ſeu portari faciendi dictos piſces cõtra dictam formam, ſoluat pęnam centum ſolidorum pro qualibet vice. In alijs verò contentis in dicto ſtatuto volumus dictum ſtatutum in ſuo robore permanere.

ITEM ſuper ſtatuto, quod in delictis Filiorum, Pater teneatur vſq; ad legitimam &c. Quæ eſt rubrica centeſima quinquageſima tertia tertij libri. Statuimus, & ſtatuendo addimus dicto ſtatuto, quod ſi aliquis Ciuis, vel habitator Ciuitatis Recaneti aliquod homicidium cõmittet, & habeat aliquem filium, vel filios maſculos, vel filias fęminas innuptas vnam, vel plures, vel habeat nepotes ex filio maſculo, quod de bonis committentis dictum homicidium reſeruetur ipſis filijs, vel filiabus, vel nepotibus, & detur legitima, quæ ipſis filijs, vel filiabus, vel nepotibus de iure competeret, aliàs mortuo dicto homicida, & reſiduum dictorum bonorum dicti homicidæ Communi Recaneti remaneant confiſcata; dicto ſtatuto in alijs ſuis partibus firmo manente, quæ locum habere volumus in futuris tantum.

ITEM ſuper ſtatuto de ſolutione gabellę infraſcriptarum rerum &c. Quę eſt Rubr. lxxxiij. quarti libri. Corrigimus, & addimus, & addendo ſtatuimus, quod gabella infraſcriptarum rerum ſoluatur hoc modo videlicet.

Ferri pro centonario, ſolid. tres.
Bambacis non filatę pro centonario, ſolid. decem.
Bambacis filatę pro centonario, ſolidos quindecim.
Cerę pro centonario, ſolid. decem.
Piperis pro centonario, ſolid. viginti.
Funarum, ſeu cordarum pro ſalma, ſolid. duodecim.
Canepę pro ſalma, ſolid. octo.
Funicellorum pro ſalma, libr. quatuor.

Sete,

Sete, ſeu ſiriti pro ſalma libr. ſex.
Zeferaminis pro libra bolonenos 1.
Vincorum in brancatis pro brancata denar. vnum.
Caſei ſaliti pro ſalma ſol. ſex.
Caſei dulcis pro ſalma ſol. octo.
Carnium ſalitarun pro ſalma ſol. ſex.
Aſſungę pro ſalma ſol. octo.
Speciarię pro ſalma libr. quatuor.
Lini pro ſalma ſol. quindecim.
Lanę pro centonario. ſol. tres.
Curaminis piloſi pro ſalma ſol. octo.
Curaminis cunci pro ſalma ſol. quindecim.
Plumbi pro centonario ſol. duos.
Stagni pro centonario ſol. tres.
Acciarij pro centonario ſol. quatuor.
Pannorum de Marchia pro panno ſol. duodecim.
Pannorum groſſum coloratorum ſol. decem.
Pannorum de grana Florentinorum pro panno libr. tres.
Pannorum coloratorum, & non coloratorum finorum libr. 1. pro panno.
Pannorum Florentinorum groſſorum valoris vigintidue, vel vigintiquatuor ducatórum pro qualibet pecia, & minoris valoris, ſol. xv.
Pannorum Lombardorum cuiuſcunque rationis, pro qualibet pecia ſolid. viginti.
Pilliciarię laboratę, pro quolibet pillicciono, ſol. duos.
Guarnellorum pro qualibet petia, ſol. quatuor.
Mellis pro centonario, ſolid. tres.
Raminis laborati pro centonario, ſol. decem.
Raminis non laborati pro centonario, ſol. quinque.
Cultra de ſeta pro qualibet, ſol. viginti.
Metalli noui non laborati pro centonario, ſol. quatuor.
Metalli noui laborati pro centonario, ſol. quinque.
Peza panni de auro, ſol. quadraginta.
Velluti pro petia, ſol. quadraginta.
Panni de ſeta pro petia, ſol. viginti.
Merciarię pro qualibet ducato ſuę extimationis, bol. vnum.

Ceparum pro ſalma, ſolidos duos.
Aleorum pro ſalma, ſol. duos.
Folearum pro ſalma, ſol. vnum.
Geſſi pro qualibet ſalma, ſol. vnum.
Oricelle pro barlećto, ſol. quatuor.
Viſtati pro ſalma, ſol. quindecim.
Picis pro centonario, ſolid. tres.
Termentinę pro centonario, ſol. ſex.
Acciarum pro quolibet centonario, ſol. decem.
Canauacij pro ſalma, ſol. decem.
Aluminis pro quolibet miliari, ſol. decem.
Lancea polita pro qualibet, den. ſex.
Falces ad fenandum pro qualibet, den. ſex.
Cucciari pro qualibet ſalma, libr. tres.

ITEM ſuper ſtatuto de ſolutione conducentium per mare animalia, Quæ eſt Rubrica lxxxix. quarti libri, & etiam ſuper alijs ſtatutis de conducentibus, & retinentibus Caſtratos in Territorio Recaneti. Statuimus, & addimus, quod ſi quis Ciuis, vel habitator Ciuitatis Recaneti, vel etiam forenſis conduxerit per mare in noſtrum Territorium Caſtratos, teneatur ſoluere noſtro Cõmuni, pro conducta ipſorum, duo decim dena. pro quolibet caſtrato, & quod liceat eos retinere in paſcuis Communis Ciuitatis Recaneti octo diebus, poſſit eos retinere in dictis paſcuis per annum, ſoluendo Communi Recaneti, vnum Anconitanum pro quolibet caſtrato pro dicto anno, & liceat ei ipſos extrahere extrà Territorium Recaneti infrà dictum annum pro ſuo libitu volũtatis, ſoluendo dictum Anconitanum pro quolibet caſtrato. Alijs dictis ſtatutis in alijs ſuis partibus in ſuo robore manentibus.

ITEM ſuper ſtatuto de electione, poteſtate, & officio Reuiſorum paſcuorum. Quę eſt Rubrica CIIII. quarti libri. Statuimus, addimus, & mutamus, quod dicti Reuiſores non imbuſſulentur de cętero, ſed debeant eligi, & nominari in ſecretò per Priores Populi Ciuitatis Recaneti, qui pro tempore fuerint, & ſic electis, dicti Priores debeant ſuo tempore eos mittere ad eorum officiũ exercendum citius quã poſſunt abſque aliqua dilatione temporis, bis, vel ſemel adminus, vnà

cum

cum aliquo alio officiali noſtri Communis ſecretò, pęna decem librar. pro quolibet dictorum Priorum, & quod dicti Reuiſores debeant circa prædicta obedire dictis Prioribus, pęna centum ſolid. pro quolibet eorum. Qui reuiſores, & officialis habeant omnimodam poteſtatem, bayliam, fidem, & credulitatem adhibitam circa prędictum eorum officiũ, quam habent ex forma ante dicti ſtatuti, ipſoque ſtatuto in alijs in ſuo robore perſiſtentes.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod quicunque Ciuis, vel habitator Ciuitatis Recaneti locauerit ſua territoria, quæ ſunt infra territorium Recaneti ad laboritium, vel ad coptimum alicui forenſi non ſubiecto noſtræ iuriſdictioni, vel non habitanti in Ciuitate Recaneti teneatur, & debeat licentiam obtinere à Prioribus Populi Ciuitatis Recaneti, qui pro tempore fuerint de locatione prædicta, cum præſtatione promiſſionis, & cautionis de reconducendo fructus dictorum territoriorum ad Ciuitatem Recaneti, pęna contrafacienti vigintiquinque libr. denar. cuilibet contrafacien. pro qualibet vice.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod nemo poſſit, nec debeat tollere lignamina, vel alias mercantias exiſtentia in portu, vel riua Portus Ciuitatis Recaneti, poſtquam fuerint poſita, ſtiuata, ſeu collocata per dominos, ſeu conductores dictorum lignaminum, & mercantiarum de loco vbi fuerint poſita, & collocata, ſine licentia Capitanei dicti Portus, pęna quinque ſolid. pro quolibet Capitaneo dictorum lignaminum & mercantiarum, niſi forte fuerint accepta, & dislocata cauſa reſiſtendi, vel reparandi fortunę, & impetui maris pro recuperando nauigia, ſeu barcas, & mercantias, & homines, qui, & quę naufragium paterentur, ſeu in periculo, & caſu fortunę maris eſſent. Et ſi Capitaneus fuerit negligens in exequendo dictam pęnam, teneatur ſoluere de ſuo, & de facto.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod quicunque Ciuis, vel habitator Ciuitatis Recaneti recolligerit aliquam quantitatem grani de ſuis terrenis, vel ab alio conductis, quod liceat ipſi recolligenti extrahere extrà territorium Recaneti, & deferre, vel deferri faciendi, quo voluerit quartam partem grani prædicti, quod recolligerit, ſoluendo Com

muni Ciuitatis Recaneti quinque bolonenos denar. pro quolibet ſalma dictę quartę partis dicti grani.

ITEM ſuper ſtatutis loquentibus de appellantibus, ſeu de appellationibus &c. volentes obuiare cauillationibus temerè litigantium. Statuimus, & addimus, & addendo prouidemus, quod nemo in iudicio ſpontè confeſſus debitum in cauſa ciuili, & delictum in cauſa criminali poſſit appellare, & ſi appellauerit, nullo modo audiatur, & ne quis appellationem friuolam proſequatur, volumus, ſtatuimus, & ordinamus, quod nemo in caſibus à noſtris ſtatutis prohibitis appellet, & ſi modo aliquo appellauerit, ſtatuimus, quod infrà duos dies ab ipſa inter poſitione appellationis numerandos teneatur, & cogatur per Iudicem à quo fuerit appellatum deponere pęnes maſſarium Communis Recaneti centum ſolidos denar. ſi quęſtio fuerit valoris, vſque in quantitatem vigintiquinque librar. denar. Et ſi fuerit quæſtio maioris valoris vigintiquinque libr. teneatur, & cogatur deponere vltrà dictos centum ſolid. denar. duos ſolidos pro qualibet libr. à dictis vigintiquinque libris, & ſi dictus appellans in ſua appellatione ſuccumbuerit, condemnetur parti appellatę in expenſis, & dictum depoſitum ſoluatur Communi Recaneti pro dimidia, & pro altera dimidia ſoluatur parti appellatę. Et ſimiliter condemnetur in dictis expenſis, & in perditione dicti depoſiti, ſi ſuam appellationem infra debita fatalia a ſtatutis Ciuitatis Recaneti ordinata, non fecerit terminari, niſi fuerit ex euidenti, ac iuſta, & probabili cauſa impeditus. Et ſaluo, quod ſi renunciauerit ſuę appellationi infra ſex dies à die appellationis, computandis, quod ad prædicta non condemnetur, & ſibi ſuum depoſitum integrè reſtituatur. Similiter volumus, & ſtatuimus, quod pars appellata infra dictos duos dies teneatur facere ſimile depoſitum, vt ſupradictum eſt, & ſi contingat ſuccumbere in cauſa appellationis, condamnetur in expenſis parti appellanti, & ſuũ depoſitum modo antedicto perdat, videlicet medietatẽ pro Communi Recaneti, & alteram medietatem parti appellanti. Alijs partibus dictorum ſtatutorum in ſua firmitate durantibus.

APPROBATA, confirmata, & autenticata fuerunt prædicta ſtatuta, & ordinamenta in pręcedentibus quinque cartis ſcripta computata carta pręſenti in publico, & generali Conſilio Communis, & hominum Ciuitatis Recaneti per ipſum Conſilium, & per nobilem

bilem virum Bandinum de Gratianis de burgho ſancti Sepulchri, hono rabilem Poteſtatem Ciuitatis Recaneti,& Priores Populi dictę Ciuitatis ipſo Conſilio, mandato dicti Poteſtatis ſono campanę, & tube, vocemque pręconis pręmiſſis more ſolito ad hunc actum congregato in ſala magna Palatij Communis Recaneti, Reſidentię Dominorũ Priorum Populi Ciuitatis Recaneti, poſito in quarterio Sancti Angeli de Recaneto iuxtà res dicti Communis vndique, miſſoquę partito ſuper dictis ſtatutis, & quolibet eorum perdictum Poteſtatem volentibus, & conſentientibus dictis Prioribus in dicto Conſilio, inter homines conſo liarios dicti Conſilij de ſedendo ad leuandum, ſecundum formam ſtatu torum Recaneti, & obtento inter eos, omnibus ſedentibus, nemine in contrarium ſurgente. Et ſcripta per Ser Nicolaum Ser Ioannis de Monticulo Notarium ex commiſſione Ser Antonij Notarij infraſcripti, vt ea ſcribenda ſub anno Domini M cccc x x j. indictione xiiij. tempore Domini Martini diuina prouidẽtia Papę quinti, die xxiij. menſis Augu ſti, pręſentibus Ser Ioanne Antonij. Vanne Ciſci Marini. Antonio Antonij. Ioanne Dominici. Vito Andreutij. Ioanne Maſſij Teoli. Iacobo Marini Putij. Vanne Alexandri, & Iacobo Ciſci Vannutij de Recaneto, & alijs pluribus in dicto Conſilio exiſtentibus teſtibus &c.

EGO Antonius Ioannis de Recaneto publicus imperiali auctoritate Notarius, & iudex ordinarius, & tunc Notarius dictorum ſtatutariorum prędictis omnibus, & ſingulis ſtatutis in dictis quinque cartis ſcriptis, ac eorum approbationi, & auctenticationi interfui, & de dictorum ſtatutorum, ac Poteſtatis, Dominorũ Priorum totiuſq; Cõſilij prędicti pręſentia, cõſenſu, deliberatione, & auctoritatę ab eis rogatus publicaui, & in aliis occupatus ea ſcribenda per Ser Nicolaum Ser Ioannis Notarium de Monticulo commiſi, ad quorum fidem mea propria manu ſubſcripſi publicaui, & ſignum meum poſui conſuetum.

Locus ✠ Signi.

MILLESIMO quadringenteſimo vigeſimo ſecũdo, Indict. quintadecima, Pontificatus Sanctiß. in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domini Martini diuina prouidentia Papæ Quinti Anno quinto. Reuerendißimus in Chriſto Pater, & Dominus, Dominus Gabriel miſeratione diuina Tituli Sancti Clementis, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ præsbyter Cardinalis Senen. In Prouincijs Marchiæ Anconitanæ Præſidatus, Farfenſis, & Maſſetrebariæ Apoſtolicæ ſedis Legatus, & Vicarius Generalis. Supraſcripta ſtatuta, ac ſtatutorum correctiones, & additiones eidem præſentata pro parte Communis, & hominum, ac vniuerſitatis Ciuitatis Recaneti, diligenter videre fecit, & examinari per Doctores vtriuſque iuris, ac Iudices ſuæ curiæ generalis, & factis per eoſdem correctionibus capitulo, & ſtatuto quartodecimo, quod incipit, Item ſtatuimus, & ordinamus quod quicunque Ciuis, vel habitator Ciuitatis Recaneti recollegerit aliquam quantitatem gran. &c. in fine ipſius capituli additum fuit, & addi iußit, & voluit, quod granum ipſum extrahere poßit, prius obtenta licentia à Domino noſtro Papa, vel Legato, aut ab alio habente auctoritatem, vel facultatem, præfatam licentiam conceden. à præfato Domino noſtro, vel ſedis eiuſdem Legato in Prouincia exiſtente, et ſatisfacto Cameræ Eccl. Romanæ iuxtà ſolitum morem; ac etiam capitulo vltimo, quod incipit, Item ſuper ſtatutis loquentibus de appellantibus, addi voluit, & iußit in fine hęc verba videlicet. Et hoc ſtatutum in depoſito faciendo circà appellantẽ tantummodo vendicet ſibi locum. Et totaliter, ac in totum deleto, caſſo, & abolito ſtatuto, quod incipit, Item ſuper ſtatuto de ſucceßione matris remanentis &c. Quod pro ſtatuto, aut lege habere noluit, auctoritate legationis, & vicariatus prædictorum approbauit, & ratificauit, ac pro lege in Ciuitate, & districtu Ciuitatis prædictę Recaneti ſeruari, & haberi voluit, atque iußit, cum additionibus per eum ſuperius expreßis, & ordinatis. Ità tamen quod illa, quæ eſſent contra libertatem Eccleſiæ Romanæ, & ſtatum Domini noſtri, ac quæ contra, & prẹter conſtitutiones Prouinciæ generales, illa nullo modo intendit approbaſſe, ſed pro ſtatutis haberi, aut legibus, nullo modo intendit. Datum Anconæ apud Sanctum Quiriacum die Martis vigeſimoſeptimo Iannuarij Milleſimo, & Indict. ac Pontificatu prædictis.

ET Ego Iacobus de Cauacijs prædicti Domini Bartolomei publicus Imperiali auctoritate Notarius, ac Secretarius præfati Reuerendiſsimi Domini, Domini Cardinalis, & Legati, eius mandato iuſſuq; ſupraſcriptã approbationẽ, & confirmationẽ ſcripſi, ac me ſubſcripſi, quia dũ ſic fierẽt, & agerẽt præſens fui, eaque ſic fieri vidi, & audiui, & ſignum meum appoſui conſuetum.

Locus ✠ Signi.

IN Dei nomine Amen. Ad laudem, & reuerentiam omnipotentis Dei, eiuſq; ſacratiſſimę matris Virginis Marię, Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac Beatorum martirum, Flauiani, & Viti protectorum, & defenſorum Communis, & Populi Magnificę Ciuitatis Recaneti, & totius cęleſtis curiæ triumphantis, ad honorem, & ſtatum Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domini Pij diuina prouidente clementia Papę II. ac Reuerendiſſimi in Chriſto Patris, & Domini, Domini Stefani de Nardinis Protonot. Apoſtol. & in Prouincia Marchiæ Ancon. digniſſimi Locumtenentis, ad cōſeruationem, & augmentum pacifici, & tranquilli ſtatus Communis, & Populi dictæ Ciuitatis Recaneti, mortemq; exterminium omnium ęmulorum eiuſdem.

INFRASCRIPTA ſtatuta, prouiſiones, & ordinamenta, diminutiones, declarationes, & additiones ſuper ſtatutis, & ordinamentis Communis prædicti. Nos ſtatutarij ad hęc ſpecialiter deputati, & electi per Commune, & Conſilium Populi Ciuitatis prędictę tempore Nobili, ac generoſi Militis, & Comitis, eloquentiſſimique iuriſconſulti Domini Baptiſtę de Caſteldenſibus de Corneto hon̄. Pōtatis dictę Ciuitatis, ſub Anno Domini eiuſdem à circumciſione Milleſimo quatricēteſimo quinquageſimo octauo, Indict. ſexta de menſe Auguſti, iuxtà formam ſtatutorū Cōmunis Recaneti, vt de noſtra electione, ſeu deputatione plenè conſtat manu facundi Viri. Ser Vannis Simonis de Sancto Angelo hon̄. Canc. Communis prędicti. In vnum exiſtentes, congregati in refectorio nouo Monaſterij Sanctę Marię de Platea de Recaneto, quod poſitum eſt in platea magna dicti Communis, iuxtà res dicti monaſterij dictā plateam, & alia latera, omni modo, iure, via, & forma, quibus melius poſſumus, & debemus. Nos videlicet.

Ser Antonius Iacobi Menchionis de Recaneto.
Ser Antonius Politi.
Ser Crucianus Cruciani.
Antonius Poloni.
Thomas Vannis Bettoni.

Bar-

Barnabas Sernicolai.
Marinus Nicolai Marini.
Gaſpar Iacobi Ciſci.
Ioannes Petrus Iannini marcutij.
Per Leopardus Petri Vannis.
Rainaldus Pauli.
Petrus Hieronimi.
Ser Iacobus Magiſtri Petrutij.
Todeſcus Venantij.
Per Paulus Nicolai.
Peruenantius Maſſutij,

Statutarij prædicti per dictum Communē, & Populum electi, & deputati, vigore arbitrij, & poteſtatis nobis in hac parte conceſſi per dictū Commune, & Conſilium, omni diligenti fide, & cura, ac modo quib. melius poſſumus, & debemus, ſeruata forma ſtatutorum Communis Recaneto, inuocato nomine Sanctę, & indiuiduę Trinitatis, prout diuina gratia nobis miniſtrauit ad infraſcripta ordinamenta, & ſtatuta, prouiſiones, correptiones, additiones, & diminutiones proceſſimus, & procedimus, & facimus in hunc modum videlicet.

Quod quando ſit ſcrutinium de Priore Priorum Populi, & ipſorum dictatorum, non poſſint ſtare præſentes ad dictum ſcrutinium ille, ſiue illi, de quibus ſit ſcrutinium.

IN primis ſtatuimus, & ordinamus, quod quotieſcumque in noſtro Conſilio fiet ſcrutinium de Priore Priorum Populi Ciuitatis Recaneti, & ipſorum dictatorū, quod tunc non debeant ſtare pręſentes illę, ſiue illi, de quibus tunc fit ſcrutinium. Adijcientes etiam, quod nullus exiſtens in officio Prioratus Populi poſſit fieri Prior Priorum, neque dictatorum eorum. Si quis verò contrafecerit in prędictis, caſſetur, & aboleatur, & caſſari, & aboleri debeat de numero ducentorum Populi Ciuitatis Recaneti.

De ſucceſſione Matris remanentis poſt mortem filiorum.

ITEM ſuper ſtatuto poſito in ſecundo libro de ſucceſſione matris remanẽtis poſt mortẽ filiorũ, & ſub Rub. lxj. Statuimus, modificamus reducimus, declaramus, & addimus, quod ſi qua mulier remanſerit poſt mortẽ ſui mariti inteſtati decedentis cũ filio, vel filia, vel filiabus ſi vnus, vel vna fuerit, ſeu decedẽtib. ipſis filijs, vel filiab. ſi plures fuerint decedẽtes ĩ pupillari ętate pro legitima, falcidia, trebellianica, & debito iure naturę, quę ſibi euenirent de bonis dicti ſui mariti, ſeu dictorũ filiorum, ſeu filiarum ſic decedentium quartam partem tantùm, auctoritate pręſentis ſtatutis mater petere, & habere debeat. A ſucceſſione verò reſidui dictorum bonorum, quę ipſi matri competerent poſt mortem dictorum filiorum, vel filiarum mortuarum ipſam matrem excludimus omni iure. Si verò dictis pupillis ſic decedentibus, ſuperuixerit aliquis conſanguineus, ſiue conſanguinei maſculi ipſorum pupillorum ex parte, & latere patris, vſque in tertium gradum incluſiuè ſecundũ Ius Canonicum computandum, ipſum conſanguineum, ſeu conſanguineos maſculos tantùm in reſiduo dictorum bonorum ſuccedere volumus omni modo. Et ſi dicti conſanguinei maſculi nõ ſupererint, & ſupererint cõſanguineę fęminę ſolę, vſque in dictum tertium gradum incluſiuè, ipſas fęminas ſuccedere volumus in reſiduo antedicto; detracta tantùm tertia parte dicti reſidui, quam dicta mater petere, & habere debeat pro legitima, & trebellianica prædicta. Ab inde verò inpoſterum matre prædicta nõ ſuperuiuente, proximior in gradu conſanguinitatis ſuccedat. Et adijciẽtes ẽt, quod ſi dictus filius, ſeu filia, videlicet maſculus factus maior quatuordecim annis, & fęmina facta maior duodecim annis deceſſerit inteſtatus, ſiue inteſtata, ſine filijs, vel filiabus legitimis: ſuperſtitibus ſibi dictis conſanguineis maſculis, ipſi ſuccedant, & ſuccedere debeant in omnib. bonis dicti filij, ſeu filię, detracta quarta parte pro dicta matre, quam petere, & habere debeat pro legitima, & trebellianica prædicta. Si verò dicti cõſanguinei maſculi nõ ſupererĩt, & ſupererint dictæ cõſanguineę fęminę, tunc dictæ conſanguineę fęminę cum filijs, ſiue filiabus alterius conſanguineę, ſiue conſanguinearum, mortuę, ſiue mortuarum in omnibus bonis prædictis ſuccedere volumus, detracta tertia parte pro matre prædicta, quam petere, & habere debeat. Et prædicta locum habeant in pendentibus, & futuris alio contrarium diſponente non obſtante.

De

De præſcriptione rei immobilis.

ITEM addendo, & rainuendo de ſtatuto poſito in ſecundo libro, ſub Rubrica lxiij. de præſcriptione rei immobilis. Caſſamus, irritamus, & annullamus particulam dicti ſtatuti, vbi dicit, & quod in ſuo apprętio ſit tempore litis motę. Statuimus, & ordinamus, quod dicta prǽſcriptio, de qua in dicto ſtatuto ſit mentio, currat per tempus quindecim annorum, ſiue res ſit in apprętio deſcripta, ſiue non; alijs partibus dicti ſtatuti in ſuo robore, & firmitate remanentibus.

De Citatione forenſium.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod quotiens citatur forenſis ad iſtantiam noſtri Communis, ſiue Ciuium, vel habitatorum Ciuitatis Recaneti, citari debeat per publicum pręconem Ciuitatis Recaneti cum cōmiſſione, vel ſiue, ſono tubę pręmiſſo, alta, & intelligibili voce ante Turrim magnam Communis Recaneti, & quod debeat ad inducendum cōtumaciam bis citari, vna die pro altera, & quod citationes factę modo prędicto, & omnis proceſſus, & quicquid factum fuerit contrà dictum forenſem, valeat, & teneat, quemadmodū ſi dictus forenſis foret perſonaliter citatus per publicum baiulum, & iuratum nuntium Communis Recaneti, quocunque alio in contrarium loquente non obſtante.

De pęna delinquentis in Eccleſijs.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus ob reuerentiam omnipotentis Dei, & diuini cultus, & hac conſtitutione firmamus. Quod ſi qua perſona cuiuſcunque ſtatus, & conditionis exiſtat, commiſerit aliquod delictum verbo, facto, vel opere in Eccleſiis, poſitis, & exiſtentibus in Ciuitate Recaneti, & eius territorio, & diſtrictu, vel altera earū, quod debeat puniri, & condemnari duplici pęna eius, qua condemnatur ſi ali biquàm in Eccleſia delictum fuerit commiſſum.

De

De pęna Tabernariorum conducentium, & vendentium vinum forenſe, & quod liceat Ciuibus conducere vinum pro eorum vſu.

I TEM ſtatuimus,& ordinamus, quod nullus Tabernarius, nec quiuis alius vendens vinum adminutum in Ciuitate Recaneti,& eius Territorio nō poſſit, nec debeat conducere vinum forenſe cauſa vendendi,& tabernādi, nec pro eorum vſu, ſub pęna decem librar. den. pro qualibet ſalma, & qualibet vice, cuius pęnę medietas ſit Cōmunis Recaneti,& alia accuſatoris. Adijcientes etiam quod liceat Ciuibus,& habitatoribus Ciuitatis Recaneti habentibus poſſeſſionem in alio territorio conducere vinum de dictis eorum poſſeſſionem ad Ciuitate Recaneti,& vendere Tabernarijs,& alijs quibuſcunq; ſine datio,& gabella, dummodò vinum deferatur per totum menſem Nouēbris. Deinde verò ſoluere debeat bon. vnum pro qualibet ſalma. Inſuper ſtatuentes, quod Ciuibus, & habitatoribus dictæ Ciuitatis liceat conducere vinum forenſe pro eorum neceſſitate, & pro uſu eorum, & eorum familię, ſoluendo tamen Communi pro gabella, bon. vnum pro qualibet ſalma.

Quod habentes domos iuxtà carbonariam Communis vbi ſunt rebellini, & ſcarpę, teneantur eorum ſumptibus reficere murum dictorum domorum minantem ruinam.

I TEM ſtatuimus,& ordinamus, quod quando contingerit ruinari murum domorum ciuium, vel habitatorum Ciuitatis Recaneti poſitarum iuxtà carbonarias Communis, vbi ſunt rebellini, & ſcarpę; quod Domini ipſarum teneantur,& cogi debeant, ad refectionem dictorum murorum, ſiue muri eorum ſumptibus, & expenſis. Et quod Commune, nec quarterium aliquid ſoluat pro dicta refectione muri, alio contrarium diſponente non obſtante.

De pęna incidentis palos in ſiluis Communis.

ITEM ſtatuimus,& ordinamus, quod nulla perſona poſſit, nec debeat per ſe, vel per alium incidere in ſiluis Communis Recaneti palos pro vincio, vel pro alio opere, ſub pęna centum ſolidorum pro qualibet ſalma,& ſi fuerit inuentus per Notarium damnorum datorum, habeat,& habere debeat dictus Notarius quartam partem dictę pęnę, & ſi non fuerit inuentus per Officialem damnorum datorum, ſed per alium fuerit accuſatum, dicta quarta pars ſit,& eſſe debeat accuſatoris, cui accuſatori credatur cum ſuo iuramento.

De pęna incidentis arborem quercus in ſiluis Communis, & quod Priores non poſſint dare licentiam eam incidendi.

ITEM ſtatuimus,& ordinamus, quod Domini Priores Populi Ciuitatis Recaneti, qui pro tempore erunt, non poſſint, nec debeant dare licentiam alicui perſonę incidendi aliquam arborem quercus, vel aliam arborem facientem glandes in ſiluis Communis Recaneti, ſub pęna decem librarum denariorum pro quolibet Dominorum Priorum, & qualibet vice; & licentia data non valeat, nec teneat, & incidens dictam arborem cum licentia, vel ſine incurrat in pęnam prędictam pro qualibet arbore, & pro qualibet vice. Et ſi fuerit inuentus per Notarium damnorum datorum, dictus Notarius habeat pro eius inuentione quartam partem dictæ pęnę. Si verò fuerit per alium accuſatus, & non inuentus per Notarium, dicta quarta pars ſit, & eſſe debeat dicti accuſatoris, & arbor inciſa ſit, & eſſe debeat Communis Recaneti.

De

De modo, & forma ſoluendi gabellas animalium exiſtentium in paſcuis Communis Recaneti.

ITEM addendo ſtatuto poſito in quarto libro, ſub Rubr. nouageſimaquinta de ſolutione gabellę a retinentibus animalia in paſcuo Communis &c. Statuimus, ordinamus, & modificamus, quod habēs, & retinens in paſcuo Communis Recaneti beſtias bouinas, tàm maſculinas, quàm femininas, & tam lactātes, quàm non, teneatur, & debeat ſoluere pro qualibet beſtia bouina in Communi Recaneti, & pro quolibet anno ſolid. quinque denar. pro earum gabella, exceptis Bobus Aratorijs pro quibus non ſoluatur. Item habens, & retinens porcos, ſcrofas, caſtratas, & porcellos lactantes in dicto paſcuo Communis teneatur, & debeat ſoluere in Communi pro gabella pro qualibet, & quolibet ipſorum, & ipſarum ſol. ſex denar. pro quolibet anno. Item habens, & retinens in dicto paſcuo beſtias equinas maſculinas, vel femininas, & tàm lactātes, quàm non teneatur, & debeat ſoluere Communi Recaneti pro quolibet anno, & pro quolibet, & qualibet ipſarum ſolidos octo pro earum gabellá. Item habens, & retinens in dicto Capras, & lactantes, ſiue non in dicto paſcuo Communis Recaneti, teneatur, & debeat pro earum gabella ſoluere in Communi pro quolibet anno, & pro qualibet ipſarum ſol. quinque; alijs partibus dicti ſtatuti in ſuo robore remanentibus.

De pęna forenſium præſtantium aduocationē, & patrocinium Poteſtati Recanat. & eius officialibus tempore ſcindicatus.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod nullus forenſis cuiuſcunque conditionis exiſtat, poſſit, nec debeat pręſtare aduocationē, & patrocinium Poteſtati Ciuitatis Recaneti, & eius officialib. tēpore ſui ſcindicatus, ſub pęna ad quam ſunt aſtricti, & incurre poſſunt Ciues, & habitatores Recaneti præſtantes aduocationem, & patrocinium dicti Poteſtati, & eius officio in dicto ſcindicatu ſecundum formam ſtatuti, ſiue reformationis dicti Communis, præſertim in ſecundis reformantijs manu Ser Iac. magiſtri Petrutij ſub Rubr.

Quod

Quod forenſes ſeminantes granum in noſtro Territorio teneantur ſoluere pro tracta bon. quatuor pro qualibet ſalma, & quod debeant præſtare fideiuſſorem tempore conductæ terrarum.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod quicunque forenſis cōduxerit à Ciuibus, vel habitatoribus Ciuitatis Recaneti terra ad laborandum pro grano, & alio frumento ſeminando, & recolligendo in Territorio Recaneti, teneatur, & debeat tempore conductionis terrarum dare idoneum fideiuſſorem Communi Recaneti, deſoluendo dicto Comī bon. quatuor pro tracta cuiuslibet ſalmę grani, vel alterius frumenti recolligendi, & extrahēdi de noſtro Territorio. Si verò dictus forenſis granū recollectum in noſtro Territorio cōduxerit, & miſerit in Ciuitate Recaneti, teneatur ſoluere per gabella pro qualibet ſalma, prout ſoluūt alij Ciues, & habitatores Recaneti. Statuentes etiam, quod dominus terrarum non poſſit, nec debeat dictas terras locare forenſi, niſi data dicta fideiuſſione, ſub pęna xxv. libr. den. & prædicta quoad locationem, & fideiuſſionem intelligantur, & locum habeant a præſenti anno in poſterum. Et ſi dictus forenſis extraheret granum de noſtro Territorio non ſolutis dictis quatuor bon. pro qualibet ſalma, incurrat pęnam centum ſolidorum pro qualibet ſalma, & qualibet vice cuius pęnę medietas ſit Communis, & alia accuſatoris.

De ratione reddenda à Maſſario Communis, & ab omnibus alijs exactoribus pecuniarum Communis.

ITEM addendo ſtatuto poſito in quarto libro ſub Rubrica xxxij. de ratione reddenda à Maſſario Communis. Statuimus, & ordinamus, quod Maſſarius Communis Recaneti, & omnes alij exactores pecuniarum Communis Recaneti, qui pro tempore erunt, teneantur, & debeant ſub pęna x. lib. den. pro quolibet, & qualibet vice, infra tres dies poſt eorum finitum officium, quoad Maſſarios, quo verò ad alios exactores incontinenti finito eorum officio teneantur, & debeant dare & aſſignare eorum Scindicatoribus, & Rationatoribus eorum librum introitus, & exitus, & marſupium cum pecunia.

Adijcientes

Adijcientes etiam, quod omni anno de menſe Septembr. in Conſilio ducentorum eligantur, & imbuſſulentur quatuor boni, & idonei Rationatores de quibus extrahantur duo, quorum duorum officiũ duret per ſex mẽſes, quibus elapſis alij duo extrahantur, qui ſic extracti teneantur, & debeant ſub pęna decem librarum pro quolibet ipſorum, quolibet menſe reuidere rationem dicti Maſſarij, & aliorum exactorum prędictorum factam, & reuiſam per alios Scindicatores prædictorum infra decẽ dies in dicto ſtatuto contentos, an dicta ratio fuerit bene facta, & reuiſa, qui duo ſic extracti, & electi habeant pro eorum ſalario, pro quolibet ſemeſtre ducatum vnum, pro quolibet ipſorum. Adijcientes etiam quod Rationatores, qui quolibet per Dominos Priores Populi eligentur ad ſcindicandum Priores Populi, Maſſarium, Duanerios, Capitaneos, & Scribanos Portus, & Montisflorum habeant, & habere debeant bon. quatuor pro quolibet ipſorum, pro eorum ſalario, dummodo ſint pręſentes, & reuideant rationẽ prędictorum, aliàs nil habeant, qui rationem verò cõmiſerint, & ſtetur relationi notarij dictorum Rationatorum, quis ipſorum fuerit, & ſteterit ad reuidendum rationes prædictorum. Et quod Cancellarius dicti Communis habeat curã, & diligentiã, quod prędicta exequantur, & ſi fuerit negligens incurrat pęnam decem librar. den.

Quod Officialibus Communis Recaneti, ſe abſentantibus ab adminiſtratione eorum officijs computetur ſalarium pro rata pro illis diebus pro quibus fuerint abſentes. Rubr. X V.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod nullus Officialis, ſiue ſalariatus Communis Recaneti audeat, vel præſumat recedere ab eius officio ſine licentia Dominorum Priorum Populi, & Conſilij vigintiquatuor ſecundum formam noſtrorum ſtatutorum, ſub pęna in dictis ſtatutis contenta, & perditionis ſui ſalarij illius menſis, & pro vice qualibet. Ac etiam Capitanei, & Scribani Portuſ, & Montisflorum incurrant in dicta pęna, ſi ſe abſentauerint ſine licentia Dominorum Priorum Populi. Et ſi dicti Officialis Capitaneus, & Scribanus, & ſalariati dicti Communis, & quilibet ipſorum obtinuerint, vel obtinuerit dictam licentiã Cancellarius Communis Recaneti, vel ſubſtitutus eius debeat inſtanti

facere

facere mentionem, & notare diem ſeceſſionis, & reditus, & ſcomputare, & areſtare ſalariũ in fine menſis, pro illis diebus, quibus fuerunt abſentes ab eorum officio. Et ſi dictus Canc. vel ſubſtitutus eiuſdẽ fuerit negligens in areſtatione, & ſcomputatione ſalarij prædicti dictis officijs Capitaneis, Scribano, Salariatis, & cuilibet ipſorum, incurrat ipſo facto in pęna perditionis ſui ſalarij illius menſis. Et quod Domini Priores Populi, qui nunc ſunt, & pro tẽpore erunt non poſſint dare licentiam prædictam dictis officijs Capitaneo, & Scribano, & alijs ſalariatis ſine præſentia Cancellarij dicti Communis, vel ſubſtituti eius, & ſi darent non valeat.

De pęna mutuantium pecuniam Poteſtati, & eius officialibus.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod per officium Prioratus Communis, & Populi dictę Ciuitatis, quod pro tempore erit, teneatur in principio officij Poteſtatis dictę Ciuitatis infra decem dies mutuare ipſi Poteſtati ſi opus erit a quadraginta duos vſque in quinquaginta, & quod nullus alius Ciuis poſſit mutuare denarios Poteſtati, nec eius officialibus. Neque aliquis iudeus poſſit mutuare denar. prędictis Poteſtati, & eius officialibus ſine pignore, nec ad penſionem Ciuium cum pignore, vel ſine. Et ſi quis Ciuis contrafecerit, & mutuauerit denar. Poteſtati, & officialibus, perdat mutuum, & tantundem ſoluat Communi, & iudeus contrafaciens, & mutuans prędictis, vt ſupra dictum eſt incidat in pęnam quinquaginta librarum denar.

Quibus mortuis, & nuptijs poſſunt ire, qui ſunt in officio Prioratus.

ITEM addendo ſtatuto poſito in primo libro, ſub Rubr. xiij. de officio dominorum Priorum. Statuimus, & ordinamus, quod nullus exiſtens in officio Prioratus Populi poſſit, nec valeat ire ad aliquem defunctum, ſiue eius funus, niſi talis defunctus attineret alicui ex ipſis dominis Prioribus vſque in tertium gradum conſanguinitatis, ſiue in ſecundo gra

du affinitatis, dummmodo talis defunctus fuerit maior ętatis decem annorum, ſub pęna vigintiquinque librarum denar. tàm eunti, quã eius ſocijs conſentientibus, & quod Cancellarius Communis Recaneti, qui pro tempore erit, teneatur, & debeat contrafacientem in prædictis denunciare Poteſtati, ſub pęna decem librarum denar. de ſuo ſalario retinenda in fine menſis. Excepto quod duo tantum ex numero dictorum Priorum poſſit, & debeat ire ad defunctũ ſociũ ipſorum Priorum, & pro qualibet vice. Excepto etiam, quod ille ex ipſis Dominis Prioribus, cui aliquis de ſua familia moriretur, in eo caſu poſſit ire cum duobus ex ſuis ſocijs ad funus defuncti in dicta ſua familia. Adijcientes etiam, quod Priores prædicti in facto nuptiarum ſeruare debeant formam dicti ſtatuti; caſſantes omnẽ aliam reformationem loquentem de dictis nuptijs alijs partibus in dicto ſtatuto contentis in ſuo robore, & firmitate perſiſtentibus.

Quod nil poſſit donari Poteſtati tempore ſcindicatus, niſi facta ſuſpenſione ſtatuti modo infraſcripto.

ITEM addendo ſtatuto poſito in primo libro ſub Rubrica xxiiij. Quod nil donetur Poteſtati &c. Et additioni aliàs factę dicto ſtatuto; ſtatuimus, & ordinamus, quod nil poſſit donari Poteſtati Recaneti tempore ſcindicatus, nec finito ſcindicatu, niſi facta ſuſpenſione ſecundum formam ſtatuti, de ſuſpenſione ſtatutorum loquentis, dummodo quod pro ipſa ſuſpenſione obtinenda, de quatuor partibus officij Dominorum Priorum Populi exercentium tunc dictum officium Prioratus, tres partes ſint concordes. Et de quatuor Ancianis tres, & duę partes de vigintiquatuor ſimiliter ſint concordes, & in Conſilio generali centum adminus ſint concordes, aliter dicta ſuſpenſio fieri non debeat, nec poſſit. Qui ſuſpenſio fieri non poſſit antequam ſint reſtituti libri per dictum Poteſtatem, qui libri debeant per ipſum Poteſtatem reſtitui, & reſignari octaua die ante finitum officium dicti Poteſtatis, & quando fuerit obtentum donari dicto Poteſtati, donatio habeat locum, & fieri poſſit, quando Poteſtas eſſet abſolutus in ſuo ſcindicatu, & non condem-

condemnatus,& quod donari poſſit pro vexillo, & carta tantùm ducati quinque de pecunia dicti Communis,& quod nullo modo poſſit dari, & concedi Corona dicto Poteſtati, nec aliquid aliud niſi dictum vexillũ, & targa. Et ſi per Dominos Priores Populi,qui pro tempore erunt, fuerit in aliquo prædictorum caſuum quoquomodo contrafactum, debeãt ipſo facto caſſari,& abradi de noſtro regimine, & de numero ducentorũ Populi,& ex nunc per hanc noſtram conſtitutionem intelligãtur,& ſint caſſi de dicto regimine de cętero eſſe non poſſint,caſſantes,& adnullantes omne aliud ſtatutum,ſiue reformationem de huiuſmodi negotio, loquens, ſiue loquentem.

De pęna mulierum non latinarum de adulterio condemnatarum.

ITEM addendo ſtatutis loquentibus de adulterio,& maximè additioni inſertę in volumine noſtrorum ſtatutorum publicato manu Ser Antonij Iannis. Statuimus,& ordinamus quod ſi qua mulier Sclaua, Albana, Theutonica, & quęuis alia non latina fuerit per noſtrum Rectorem, & eius curiam condemnata de adulterio,& ſoluerit pro pęna dicti adulterij Cõmuni Recaneti ducatos viginti monetę tunc liberetur, & abſoluatur a fuſtigatione,& carceratione,& retentione vnius anni, de quibus in dicta additione manu dicti Ser Antonij fit mentio. Declarantes etiam,quod quandocunq; durante tempore carcerationis,& dicti anni dicta mulier ſic condemnata, & carcerata ſoluerit dictos viginti ducatos in Communi,quod ſimiliter liberetur,& abſoluatur à dicta detentione, carceratione,& fuſtigatione. Et prædicta etiam locum habeant, & ſe extendant ad huiuſmodi mulierem, ſiue mulieres de adulterio condemnatas per noſtrum Rectorem ab vno anno citrà, & in præſenti,& futuro,alijs partibus dicti ſtatuti, & additionis in ſuo robore perſiſtentibus.

De pęna locantis apotecas pro toto anno.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus ne noſtrum Commune tempore nũdinarum defraudetur, quod nulla perſona Ciuis, nec habitator noſtræ Ciuitatis poſſit, nec debeat dare, & allocare apotecas eius domorum pro toto anno, & ſi daret, quod dominus dictarum apotecarum, ſiue apotecę teneatur, & debeat tempore nundinarum ſoluere Communi Recaneti medietatem noli dictarum apotecarum, ſiue apotecę ad eam rationem, ſecundum quod conſuetum, & pratitcatum fuerit, dictam apotecam, ſiue apotecas locari, & affictari, ſiue ſecũdum, quod daretur, & affictaretur per contratam. Et quod exactores Communis pro tempore nundinarum deputati teneantur, & debeant à domino dictarum apotecarum, ſiue apotecę exigere medietatem penſionis dictarum apotecarum, ſiue apotecę, ſub pęna eius, in quo fuerit damnificatum Commune Recaceti. Et prædicta intelligantur, & locum habeant à portarella Communis poſita propè domum Bernabei Ser Nicolai, vſque ad aliam portarellam dicti Communis poſitam propè domum Ioannis Matthei Polini. Addijcientes, quod nullus Ciuis, & habitator Recaneti poſſit, nec debeat pro mercatoribus forenſibus conducere apotecas pro toto anno, ſub pęna ſoluenda Communi Recaneti pro quolibet, & qualibet vice,

De approbatione fraternitatis Sancti Iacobi, & ſanctæ Mariæ de Caſtro nouo.

ITEM addendo ſtatuto poſito in primo libro, ſub Rubr. xxviiij. de fraternitatibus approbatis, &c. Statuimus, & ordinamus ad fortificationem noſtri Popularis ſtatus, & ſtatuendo, ac ordinando approbamus fraternitatem Sanctæ Mariæ de Caſtro nouo, & fraternitatem fruſtatorum Sancti Iacobi de Recaneto, dantes, concedentes, & attribuentes

dictis

dictis fraternitatibus, & cuilibet earum priuilegium, beneficium, & immunitatem, quibus gaudent, & habent aliæ fraternitates approbatæ dictę Ciuitatis. Hoc tamen excepto, quod tempore renouationis ſtatutorum dicti Communis, nullus dictarum fraternitatum Sanctę Marię, & Sancti Iacobi poſſit adeſſe renouationi dictorum ſtatutorum, nec ad dictam renouationem vocari; dicto ſtatuto in alijs ſuis partibus firmo remanente.

De electione ęxtimatorum damnorum datorum, & eorum mercede.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod omni anno de menſe Septembris Domini Priores Populi dictę Ciuitatis teneantur, & debeant eligere duos bonos viros de quolibet quarterio, qui habeãt poteſtatem, & auctoritatem ęxiſtimandi omnia damna data in poſſeſſionibus Ciuium, vel habitatorum Ciuitatis Recaneti. Et illi deputati de vno quarterio debeant videre damna data Ciuibus, vel habitatoribus dicti quarterij, & ſic alij de alio quarterio. Et omnis ęxiſtimatio per eos facta, & fienda de dictis damnis datis, valeat, & teneat, & per Poteſtatem Recaneti, & eius officiales ſummariè executioni mandetur, qui ęxiſtimatores pro quolibet quarterio habeant, & habere debeant pro qualibet ęxiſtimatione damni dati per eos facta, ſiue fienda ad damna dantibus pro quolibet ipſorum, & pro qualibet vice bononen. vnum.

Quod peſa bladi, & frumenti fieri debeat in reclauſtro Sancti Dominici.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod peſa grani remoueri debeat de reclauſtro Palatij reſidentię Poteſtatis Recaneti, & fieri, conſtrui, & ordinari ſumptibus dicti Communis de voluntate tamen

Prioris, & fratrum Eccleſię Sanćti Dominici, in reclauſtro dićtę Eccle ſię poſito in dićta Ciuitate, & quarterio Sanćti Angeli, iuxtà res dićtę Eccleſię vndiq; cum hoc quod Commune Recaneti, nec eius exactores tempore nundinarum non poſſint aliquid habere, nec recipere de naulo apotecarum, quas dićti Prior, & fratres annuatim tempore nundinarum habent, faciũt, & affictant in ſplatio magno, poſito ante dictam Eccleſiam. Sed autem nolum, & penſio dictarum apotecarum, quæ ſpectant ad dictum Commune, annuatim per ſcindicos dictę Eccleſię conuerti, & diſtribui debeat in dicta Eccleſia, & pro libris, & paramentis, & alijs neceſſarijs dictę Eccleſię. Et cum hoc, & quod pręſens Prior, & fratres, qui pro tempore erunt in dicta Eccleſia non poſſint, nec debeāt quo quo modo moleſtare, & turbare dictum Commune in peſa ferri, & nonnullarum rerum, & mercantiarum, quam annuatim dicto tempore nundinarum dictum Commune facit in dicto Palatio. Quàm annuatim faciat, prout fecit in pręteritum. Et pręd icta perdurent ad beneplacitum, & voluntatē dicti Communis, & præfatorum Priorum, & fratrum qui pro tempore fuerint.

APPROBATA, confirmata, & autenticata fuerunt ſupradicta ſtatuta, additiones, & reformationes, ſeu ordinamenta, & omnia, & ſingula ſupraſcripta in Conſilio Dominorũ Priorum Populi ducenniorum de Populo Ancianorum, & vigintiquatuor maiori, & generali Conſilio Communis, & hominum Ciuitatis Recaneti, in Palatio Communis dictę Ciuitatis reſidentię prefatorum Dominorũ Priorum, pro dicto Communi more ſolito congregato, tempore ſupradicti Domini Poteſtatis de ipſius licentia, & mandato. Quod Palatium poſitum eſt in dicta Ciuitate in quarterio S. A. iuxta res dicti Communis vndique facto primo ſolemni partito per ſupradictum Dominum Poteſtatem ſuper ipſis ſtatutis, & quolibet ipſorum deleuando ad ſedẽdum, & autentice obtento, & reformato ſecundum formam ſtatutorum dicti Communis. Et ſcripta per Vannẽ Simeonis de Sancti Angelo Cancellarium, & Notarium ſupradictum, ex commiſſione pręſtantis, & integerimi viri, Ser Chriſtopheri Antonij olim de Exio & in pręſẽtiarũ de Recaneto Not. inderogati, & ad prædicta deputati, qui in dicto Conſilio de prædictis rogatus, prædicta ſtatuta ad omniũ clarã intelligentiam explanauit, & declarauit, ſub Anno Domini noſtri à Circunciſione Milleſimo quatricenteſimo quinquageſimo octauo. Indict. ſexta. Tempore præfati Domini noſtri Papæ Pij Secundi, die verò quinta menſis Septembris in dicto Conſilio, & Palatio ſupradicto, præſentibus Ser Barnaba Antonij, Ser Baptiſta Ioannis Dominici. Ser Ioanne Franciſci, & Ser Hieronymo Nicolai de Recaneto, & pluribus alijs teſtibus in dicto Conſilio exiſtentibus ad prædicta habitis, vocatis, & rogatis ad fidem, & teſtimonium prædictorum.

ET Ego Chriſtoforus Antonij olim de Exio, & nunc de Recaneto, publicus Imperiali auctoritate Not. & Iudex ordinarius, & tunc Not. dictorum ſtatutariorum prædictis omnibus, & ſingulis ſtatutis, additionibus, & reformationibus, & ſupradictis ſex cartis cum dimidia, & eorum approbationi, & autenticationi interfui, & de dictorum ſtatutariorum, ac poteſtatis Dominorum Priorum totiuſq; Conſilij prædicti pręſentia, conſenſu, deliberatione, et auctoritate, ab eis rogatus, fui, & publicaui, & alijs occupatus negotijs non valens prædicta mea propria manu ſcribere per egregium, ac facundum virũ Ser Vannem Simeonis de Sancto Ang. Canc. Cõis prædicti ſcribẽda commiſi ad quorum omnium fidem, & robur mea propria manu pub. ſubſcripſi, ſignumque meum conſuetum appoſui.

Locus ✠ Signi.

IN nomine Domini Amen. Anno Domini noſtri Ieſu Chriſti Milleſimo quadregenteſimo quinquageſimo octauo, die vigeſima ſeptima Septembris, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini, Domini noſtri, Domini Pij diuina prouidētia Papę Secūdi Anno primo. Pręſentata fuerunt ſupradicta ordinamenta, ſtatuta, & reformationes pro parte Communis, & Populi Ciuitatis Recaneti, Reuerendiſſimo in Chriſto Patri, & Domino, Domino Stefano de Nardinis prothonotario, & Referendario Apoſtolico Prouincię Marchię Anconitanę Locumtenenti pro Sanctiſſimo Domino, Domino noſtro prelibato, & Sancta Romana Eccleſia Gubernatori, & Vicario generali per Cancellarium dictę Ciuitatis, & per eundem ipſorum confirmatio fuerit inſtanter poſtulata. Qui Dominus Locumtenēs ſtatuta prędicta, & ordinamenta, eximio vtriuſque iuris doctori Domino Petroantonio de Aſtis de Forliuio Auditori ſuo audienda, & examinanda commiſit, à quo relatione habita, quod iuſta ſunt, & rationi conformia, ipſa ſtatuta, & ordinamenta confirmauit, laudauit, & approbauit, & pro legibus ab omnibus haberi voluit, & mandauit in poſterum obſeruari, dum ſacris Canonibus non ſint contraria, & peccatum non nutriant. Rogans me Notarium, & Cancellarium infraſcriptum, vt de prędictis publicum conficerem inſtrumentum. Datum in Ciuitate Recaneti. Sub inpręſſione magni ſigilli pręfati Domini Locumtenentis in Epiſcopatu eius ſolita reſidentia anno, & die, & Pon. quibus ſupra.

Dilectis Filijs Communitati, & Hominibus Ciuitatis noſtrę Recaneti.

PIVS PAPA II.

DILECTI filij ſalut. & Apoſt. ben. Volentes prout veſtra ergà nos, & ſedē Apoſt. ſincera fides, et deuotio promerentur, petitionibus veſtris benignū exhibere aſſenſum, et ea vobis cōcedere, per qua in noſtra, et ſedis pręmiſſę fidelitate continuare poſſitis, oīa, & ſingula ſtatuta, reformationes, & ordinationes veſtras, necnō priuilegia, indulta, immunitates, conceſſiones, & gratias uobis, & Coītati veſtræ, tā à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, quā ab eorū legatis, & ab eis pōtatem habentibus, vſq; in præſentem diē conceſſa, & præcipuè cognitionē primarū, & ſecundarū cauſarū, in quibus Ciues, hītatores, et Iudei iſtius noſtræ Ciuitatis nō poſſūt ad iudiciū, & examen vocari extrà ipſam Ciuitatē, prout hactenus ſeruata ſunt. Tenore pręſentium approbamus, validamus, & confirmamus, ac præſentis ſcriptis patrocinio Apoſt. auctoritate cōmunimus. Dat. Romæ Apud S. Petrū ſub Annulo Piſcat. die xxix. Octbr. MCCCCLVIII. Pontificatus noſtri Anno Primo.

G. Lollius.

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Amen. Ad laudem, & reuerentiam omnipotentis Dei, eiuſque ſacratiſſimæ Matris glorioſiſſimę Virginis Mariæ, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, martirumque ſanctorum Flauiani, & Viti protectorum, & defenſorum Communis, & Populi Ciuitatis Recaneti, ac totius cęleſtis curię triumphãtis. Ad honoremque Sacroſanctę Romanę Eccleſię & Sanctiſſimi, ac Beatiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domini Martini diuina prouidentia Papæ Quinti, ac Reuerendiſſimi in Chriſto Patris, & Domini, Domini A Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopi Anconitan. & humanat pro ſancta Romana Eccleſia, & antelibato Domino noſtro Papa in Prouincia Marchiæ Anconitanæ Locumtenentis &c. necnon ad conſeruationem, & augumentum pacifici, & tranquilli ſtatus Communis, & Populi Ciuitatis præfatę, mortemque, & eſterminium omnium emulorum eiuſdem. Infraſcripta ſtatuta, prouiſiones, & ordinamenta, diminutiones, declarationes, & additiones ſuper ſtatutis, & ordinamentis Communis Recaneti. Nos Statutarij ad hęc deputati, & ſpecialiter electi per Commune, & Conſilium dictę Ciuitatis, ſub Anno Domini à Circuncisione Milleſimo quatricenteſimo trigeſimo, Indictione octaua, Pontificatus Domini noſtri Papæ antelibati, & de menſe Auguſti iuxtà ſeriem ſtatutorum Communis prædicti, prout de noſtra electione plenè conſtat manu facundi, & Egregij Viri Ser Valentini Ser Ioannis Mathelica Cancellarij prędicti fati Communis Recaneti, in vnum exiſtentes, congregati in Refectorio domorum Monaſterij Eccleſię Sanctę Marię de Platea de Recaneto, quod poſitum eſt in Platea Communis prędicti, iuxtà res dicti Monaſterij, plateam dicti Communis, & alios fines, omni modo, via, iure, & forma, quibus melius poſſumus, & debemus. Nos videlicet.

Ser Venantius Maxij.
Ser Petrus Florani.
Marcus Nicolę.
Vannes Ciſci.

Ser

Ser Lodouicus Seruannis.
Simon Vannis.
Iòannes Marcutij.
Franciſcus Ciſci.
Franciſcus Iacobi.
Nicolaus Angeli Maſſutij.
Hieronymus Iacobi.
Petrus Ioannnes Carboni.
Ser Antonius Iacobi Mentionis.
Antonius Antonij.
Ioannes Andreę.
Chriſtophorus Philippi,

Statutarij prędicti per Commune antelibatum electi, deputati, & confirmati, vigore arbitrij, & poteſtatis nobis in parte hac attributi per pręfatum Commune, & Conſilium omni diligenti fide, & cura, ac modo, quibus melius potuimus, & debemus, ſeruata forma ſtatutorum Cō munis pręfati ſanctę, ac indiuiduę Trinitatis nomine, cum omni, qua decet deuotione inuocato, prout ipſa diuina gratia nobis benignè miniſtrauit ad infraſcripta ordinamenta, & ſtatuta, prouiſiones, correctiones, additiones, & diminutiones, in vnum conuenientes in loco ſupra laterato, & confinato proceſſimus, ac in hunc modum duximus procedendum videlicet.

De Forma retinenda ſuper introitu, & exitu Communis.

IN primis quidem ſuper ſtatuto loquente de electione, & officio Maſſarij, ſeu Camerarij Communis, quę eſt Rubrica XXXII. primi libri ſtatutorum Communis prędicti. Statuimus, corrigimus, & ordinamus, quod infuturum talis modus ſeruetur, videlicet quod anno quolibet per Priores, qui pro tempore erunt quatuor boni Ciues, qui ſciant legere, & ſcribere,

& in

& in facultatibus poſſidentes deputentur, & imbuſſulentur, videlicet vnus de quarterio quolibet Ciuitatis prȩfatȩ, & qui ſic deputati Camerarij Communis debeant ab omnibus nominari; quorum officium per tres menſes duret, & habere debeant à noſtro Communi pro eorum ſalario, & mercede duos ducatos pro quolibet eorum, & menſe quolibet dicti eorum officij, & quilibet eorum vnum librum habere debeat, in quo ſingulariter ſcribat introitus cēs, ac exitus Communis antelibati fideliter, & per ordinem, in omnibus, & per omnia. Quinimmò ordine infraſcripto pecuniam dicti Communis, & non aliter recipere, ac expendere teneantur, vel quod quotienſcunque aliquis vellet ſoluere aliquã condemnationem contrà ſe latam occaſione alicuius maleficij, quod per eum diceretur perpetrati, accedere debeat ad Notarium maleficiorum Domini Poteſtatis Ciuitatis prædictȩ, qui pro tempore erit, & ab eo petere bullectam, in qua dictus Notarius teneatur ſcribere qualitatem maleficij, & quantitatem pȩnȩ, in qua dictus talis ȩxiſteret condemnatus pro dicto maleficio commiſſo, & quæ beneficia ei admitti debeant. Qua verò bulleƈta modo prædicto habita, accedere debeat ad Cancellarium Communis prȩfati, vt dictam pȩnam taxet admiſſis dictis beneficijs, qui Cancellarius teneatur dictam pȩnam taxare, & manu propria, vel ſui Notarij ſcribere in dicta bullecta. Tenetur dictus talis ſoluere tantum in Communi. Et ſtatim dictus condemnatus debeat dictam bullectam, ſic vt prȩmittitur taxatam, portare ad ſupradictum Camerarium, qui fuerit pro tempore ad locum infraſcriptum. Et ipſȩ Camerarius teneatur ipſam bullectam regiſtrare ſtatim, & incontinenti, dicta prȩſentatione ſibi facta, in dicto ſuo libro cũ toto tenore dictæ bullectȩ, & facere in eodem libro mentionem de quantitate, ipſa bullecta contenta per eum recepta, ſubſcribendo ipſam bullectam manu ipſius propria per verba hæc videlicet. Ego talis Camerarius dicti Communis recepi dictam quantitatem pro Communi prædicto. Quibus ſic peractis dictus talis, qui ſic ſoluerit teneatur dictam bullectam reportare ad Cancellarium ſupradictnm, quam Cancellarius prælibatus debeat infilzare, & diligenter conſeruare, ita & taliter, quod pro tempore, quo idem Camerarius ſuȩ adminiſtrationis reponeret adminiſtrationis rationem, poſſint dictȩ bullectȩ reaſcultari cum libro Camerarij memorati. Et modum ſupra ſpecificatum in damnis datis, mandamus in omnibus, & per omnia obſeruari.

In

alijs autem introitibus Communis prædicti, ſicuti ſunt denarij duanę, peſę, gabellę carnium, & aliorum quorumcunque introituum pręfati noſtri Communis, teneatur dictus Camerarius recipere per bullectam fiendam per manum dicti Cancellarij, vel Notarij eiuſdem, & ipſam teneatur regiſtrare, & ſubſcribere vt ſupra, & modo prędicto, in omnibus, & per omnia. Circà autem ſolutiones per eum de prędictis pecunijs faciendas, idem Camerarius hoc ordine procedat, videlicet quod ipſe non debeat ſoluere aliquam pecunię quantitatem, niſi fuerit primò ſibi pręſentata bullecta mandato Dominorum Priorum Populi, vel maioris partis ipſorum pro tempore conſiſtentium, facta, & ſcripta manu dicti Cancellarij, vel ſui Notarij; in qua bullecta per ipſos Dominos ſemper apponi, & imprimi fiat ſigillum dicti Communis pęnes eos exiſtens. Qua bullecta regiſtrata vt ſuprà, reportari debeat ad dictum Cancellarium, vt ipſam conſeruet, vt plenariè ſuprà expreſſum eſt. Et ſi aliter dictus Camerarius dictam pecuniam exponeret, de ſuo tantundem dicto noſtro Communi cogatur de facto reſarcire. Reſidentiam autem de die dicti Camerarii in duana Communis faciet, in qua ſemper debeat eſſe vna caſſa fidata, vbi poſſint ſuos libros, & ſcripturas reponere, & tutè relaxare. Finito autem tempore ſui Camerariatus ſuę adminiſtrationis, rationem quatuor bonis viris reddet de numero ducētorum, ſed vni per quarterium, cum vno bono Notario ſufficienti, eligēdis per Priores Populi, qui pro tempore erunt. Qui verò ſic electi teneantur ſub pęna pręſtiti ſacramenti per ipſos Dominos Priores eis deferendi in præſentia dicti Cancellarij, & decem libr. den. de facto per Dominum Poteſtatem exigenda à quolibet ipſorum, infra decem dierum ſpatium, rationem adminiſtrationis Camerarij præfati, cum dictarum bullectarum auſcultatione, ritè, & fideliter vidiſſe, & examinaſſe, prout materia ipſa exigit, & eundem ab adminiſtratione ſui officii abſoluiſſe, vel ſi expedierit condemnaſſe de eo, quod deliquiſſet, vel facere neglexiſſet, prout ipſorum electorum diſcretio nouerit cum iuſtitia faciendum. Poteſtas verò, & eius Notarius maleficiorum, qui pro tempore erunt, teneantur, & debeant eorum diligentiam adhibere, vt pęnę condemnationum, quas tulerint dicto eorum durāte tempore, exigantur, & ſi exactę in totum non exiſterent, debeant non exactarum inuentarium Dominis Prioribus pro tempore exiſtentibus, manu dicti Notarii confectum, pęnitus dimittere, & relaxare.

Vt Poteſtates non poßint ſcindicari infra tempus, & quod imbuſſulentur.

ITEM addendo ſtatuto de electione Poteſtatis, ſub Rubrica xxij. primi libri. Statuimus, & ordinamus, quod decętero, Poteſtates, & Rectores ad noſtrum regimen, & officium Poteſtarię eligẽdi, debeant imbuſſulari ſecũdũ formã reformationis in Conſilio ducẽtorum nuperrimè conditę, & factę. Quinìmo pręfati Poteſtates, & Rectores eorum durãte officio, quoquomodo ſcindicari non debeant. Prioribus autem, & Ancianis, qui hęc in Conſilio proponere actentarent, aut permitterent aliquo quęſito colore legi, vel legerent aliquam literam, quę de tali materia tractaret per directum, vel indirectum, vigintiquinque ducat. auri pro quolibet, & vice qualibet pęnam iniungimus, de facto eis, & cuilibet eorum exigendam. Et nihilominus prępoſita ſuperinde facta nullam obtineat firmitatem. Conſiliarij autẽ, qui ſuperinde conſulere, vel arengare pręſumpſerĩt de numero ducentorum de facto abradi, & caſſari debeant, ita quod de cętero de dicto numero eſſe non debeant. Addentes inſuper, & ſtatuentes, quod Scindicatores Rectorum pręfatorum adminus pro duobus annis debeant imbuſſulari, ipſo quidem ſtatuto in alijs ſuis partibus in ſuo robore permanente.

Quod mulieres non vadant plangendo extrà domum ob cauſam defunctorum.

INSVPER ad refrenandum Mulierum noſtrarum prauam, & malam conſuetudinem, Statuto loquenti de pęna excedentiũ in luctu mortis alicuius ſub Rubr. lxxxvij. tertij libri. Addimus, & addendo ſtatuimus, quod dictę mulieres, ſub pęna centum ſolid. pro qualibet earum, & vice qualibet, qua delinquerint, de facto per noſtrum Poteſtatẽ, & eius curiam exigendorum, quando vadunt ad domum alicuius mortui eis attinẽtis, vel qñ de ipſa domo redeũt, non debeant voce intelligibili modo aliquo flere, vel plorare. Poteſtas autem, & eius extraordinariorũ Notarius ſub vinculo eorum iuramenti, ac pęna ſimili teneantur ſuper prædictis diligenter inquirere, & repertas culpabiles penitus punire. Cęteris verò partibus dicti ſtatuti in ſuo robore perſiſtentibus.

Qui modus retineatur cōtra reuelātes credētias ſuper quib. de mē latū eſt iuratū.

QVoniam vbi maius periculum ineſt, ibi cautius eſt agendū, hinc eſt, quod cupientes ſuſurratorum, & incontinentium prauas linguas modulo iuſtitię refrenare, quia qui malos non punit, imperat bonos effici malos. Statuto igitur de pęna illius, qui credentiam reuelauerit ſub Rubr. cxj. tertij libri præſenti ędicto duximus addendū. Quod quandocunq; deferreretur ſacramentum per noſtros Dominos Priores, vel ipſorum iuſſu, & mandato de retinendo aliquid in ſecretum in perpetuum, vel ad tempus in Conſilio, vel extrà, & ad ipſorum perueuiret notitiam dominorum, quod illud per aliquem, ſeu aliquos ex his, qui iurauerint eſſe, & patefactum, vel aliquo modo, ſeu quouis quęſito colore reuelatum, quod ſubitò, & incontinenti pręlibati noſtri Priores, teneantur, & debeant ſub pęna xxv. libr. den. pro quolibet ipſorum de facto per noſtrum Poteſtatem auferenda, eorum diligentiam cum dicto Poteſtate adhibere, vt prædicti delinquentes, pęna in ipſo ſtatuto annotata penitus puniantur. Rurſum Poteſtas idem teneatur ſub pęna centū ducat. auri de ſuo ſalario, cum omni qua decet diligentia in quolibet prędictorum caſuum inquirere, & attentè procedere, & repertos culpabiles punire, iuxtà formam ſtatuti prædicti, & ſeriem pręſentis additionis. In aliis verò ſtatutum prædictum in ſua firmitate perſiſtat.

Quod nō poßint examinari teſtes ad informationem curię ſine notario forenſe.

ITEM ad maiorem firmitatem ſtatuti, ſeu reformationis in vltimis additionibus, & correctionibus poſiti ſub Rubr. xviij. quod incipit Item ad maiorem declarationem &c. Addimus dicto ſtatuto, quod ſit pęna Poteſtati, & eius Officialibus xxv. libr. dēn. pro quolibet, & vice qualibet, qua teſtes aliquos duxerint examinatos ad informationem curię ante inchoationem alicuius proceſſus ſine præſentia Notarij in ipſo ſtatuto nominati.

Quod Scribani ad ſcribendum vinum deputentur ad Portas tempore vendemiarum.

ITEM ad tollēdū oēm materiā fraudū, quę in noſtro Coī ſępę numero ſolitę ſunt per noſtros Ciues, & ſubditos cōmitti. Statuimus, & ordinamus, quod per Priores Populi tēpore vēdemiarū dēant ad ianuas dictę Ciuitatis deputati ſcribani ad vinū ſcribēdū, eo modo, quo ad granum ſcribendum hactenus conſueti ſunt eligi, & ordinari, ſub pœna xxv. librar. pro quolibet ipſorum Priorum pro dicto tempore conſiſtentium

ſiſtentium de facto per noſtrum Poteſtatem eis, & cuilibet ipſorum auferenda, qui ſic electi, teneantur, & debeant, ſub virtute eorum pręſtiti ſacraměti, fideliter, & per ordinem ſcribere omnes, & ſingulas ſalmas vini, & aquaticij indifferenter pro vino, & quamlibet ſalmam vuarum, quę in bigunzis deferuntur, pro vna ſalma vini ſcribere teneãtur.

Quod deferatur ſacramentum friſcularijs coram Magnificis Dominis Prioribus per officialem duanę, dum dant inſcriptis oliuas.

ITEM, vt omnis ſuſpitio remoueatur, ſtatuimus, & ordinamus, quod officialis duanę teneatur deferre, & quando defert friſcularijs, & artem friſculorum in noſtra Ciuitate exercentibus ſacramentum ſuper facto oliuarum, tàm eorum, quàm illorum, qui eis eas aduendendum detulerint, debeat illud eiſdem deferre in pręſentia noſtrorum Dominorum Priorum, qui tunc pro tempore erunt, ſub pęna vigintiquinque lib. den. de facto ei auferenda, ſi modo aliquo cõtra hanc noſtram conſtitutionem duxerit attentandum.

De modo procedendi contra incidentes ſtirpos quercu, & non fecerint bullettas.

GRAVIA ac intollerabilia damna, quę continuè in noſtris poſſeſſionibus inferuntur, quantum in nobis eſt tollerare nolentes, hoc ſtatuto prouidimus, quod quicunque in alienis poſſeſſionibus ſtirpos quercuũ inciſerit, centum ſolidorum denar. pęna multetur pro ſalma qualibet. Statuta autem quęcumque, quę ad pęnam tenderent mitiorem, vigore huius noue prouiſionis, volumus nullius eſſe deinceps roboris, vel firmitatis. Liceat tamen dominis ſuarum poſſeſſionum de eis, quibus voluerit licentia in præſentia officialis damnorum datorum noſtri Communis impartiri. Ita tamen, quod de eã nulla fieri debeat bulletta.

APPROBATA confirmata, & autenticata fuerunt prædicta ſtatuta, & ordinamenta in præcedentibus tribus cartis, vſq; ſupra deſcripta. In publico, & generali Conſilio Communis, & hominum Ciuitatis præfatę per ipſum conſilium, & per magnificum, et per ſpectabilem militem D. Ciprianum de Mannaſſeis de Interãnę hon. Poteſtatem antelibatę Ciuitatis, & Mag. D. Priores Populi prædictę Ciuitatis. Jpſo quidem conſilio mandato dicti Domini Poteſtatis, ſono campanę, & tubæ, voceq; præconis, ſolito more præmiſſis ad hunc actum ſolemniter congregato in ſala magna Palatij Communis prædicti reſidentię præfatorum Dominorũ Priorum, poſiti in Q. S. A. iuxtà res dicti Communis vndiq; miſſo partito ſuper dictis ſtatutis, & quolibet eorum per dictum Poteſtatem, volentibus, & conſentientibus dictis Dominis Prioribus in dicto Conſilio inter homines Conſiliarios dicti Conſilij deſidendo ad leuandum, ſecundum formam ſtatutorum Recaneti, & obtento inter eos omnibus ſedentibus, nemine in contrarium ſurgente. Et ſcripta per Notarium infraſcriptũ ad ea ſcribenda, ſub Anno Domini MCCCCXXX. Indict. viij. tempore D. Martini Papę V. die verò xxix. menſis Octobris, præſentibus Iacobo Menchioni, Joannę Petrutij, Ioanne Matthei Polini, Antonio Laureutij omnibus de Recaneto, & pluribus alijs in dicto Conſilio exiſtentibus, teſtibus, &c.

ET Ego Iacobus Magiſtri Petrutij de Recaneto, publicus Apoſtolica, & Imperiali auctoritate Notarius, & Iudex ordinarius, & nunc Notarius dictorum ſtatutariorum, prædictis omnibus, & ſingulis ſtatutis in dictis cartis ſcriptis, ac eorum approbationi, & autenticationi interfui, & de dictorum ſtatutariorum, ac poteſtatis Dominorum Priorum, totiuſque Conſilij prædicti prę ſentia, conſenſu, deliberatione, & auctoritate ab eis rogatus publicaui. Et alijs occupatus negotijs ea ſcribenda per Ser Nicolaum prædictum commiſi. Ad quorum fidem mea propria manu ſubſcripſi ſignumque meum conſuetum appoſui.

Locus ✠ Signi.

IN Nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Amen. Anno à Natiuitate eiuſdem M.CCCCXXX. octaua Indictione tempore Sanctiſsimi Domini noſtri, Domini Martini Papæ Quinti, & die xij. Decembr. Actum in Ciuitate Auximi in domibus Epiſcopalibus reſidentię infraſcripti Reuerendiſsimi D. Gubernatoris, præſentibus Ser Piergentile Andreę de Spoleto, Ser Gregorio Domini Blaxij de Vixo, & Gabriele Ser Vannis de Roccha contrata teſtibus ad infraſcripta vocatis, habitis, & rogatis. Præſentata fuerunt ſupraſcripta ſtatuta, & ordinamenta Reuerendiſsimo in Chriſto Patri, & Domino, Domino Aſtorgio Epiſcopo Ancon. & Human. in Prouincia Marchiæ Ancon. &c. pro S. D. N. præfato, & S. R. E. Gubernatori, per Oratorem dictę Ciuitatis, & per eundem ipſorum confirmato fuit cum inſtantia poſtulata. Qui Dominus prædicta ſtatuta, & ordinamenta Ven. Decretorum Doctori Domino Antonio Priori Sanctæ Marię Pontis Potentię de Recaneto Auditori ſuo, audienda, & examinata commiſit. A quo relatione habita, quod iuſta ſunt, & rationi conformia. Ipſa ſtatuta, & ordinamenta confirmauit, laudauit, & approbauit, & pro legibus ab omnibus haberi voluit, & mandauit, dummodò quod ſacris Canonibus non ſint contraria, rogans me Notar. & Cancellarium infraſcriptum, vt de prędictis publicum conficerem inſtrumentum.

ET Ego Pier Ioannes Gentilis de Macerata publicus Imperiali auctoritate Notarius, & nunc præfati Reuerendiſsimi Domini Gubernatoris Cancellarius prędictis, vt ſupra legũtur, interfui, & rogatus ſcribere, ſcripſi, & publicaui, & ad fidem ſignum meum appoſui conſuetum.

Locus ✠ Signi.

Ex Libro Reformationum Anni M. D X V I I I.
Conſtitutio ſuper Regimine.

PRISCI illi huiuſce Ciuitatis fundatores Sacroſanctæ Matris Eccleſiæ gremio foti Eccleſiaſticam libertatem amplexati, tirannicam prauitatem ſemper abhorruerunt. Quo factum eſt, vt nihil maiori ſtudio quęſiuerint, quam illud vt quiſque in Ciuitate hac ſorte ſua viueret contentus. Vnde nō immeritò, inter alias Picen vrbes, verè Ciuitas, quæ Ciuium vnitas interpretatur, fuerit appellata, ac in ea plurimum iuſtitia, & pax, quę dicente pſalmographo inter ſe fuerunt oſculatę, viguerint. Verùm quia humani generis potentiſſimus inimicus, circuere numquam deſinit, & hominum mentes inuoluere, adeò vt aliquando fractis nexibus rationis circumquaque, prout ab appetitu ducuntur euagantes, facti rerum nouarum cupidi, ſub varijs coloribus, & falſis ſuggeſtionibus, eaque ad pacem ſunt ordinata, peruertere queritant, Idcircò volentes huic morbo, quoad poſſumus ſalubribus obuiarum medelis, animaduertentes, poſt multaque iam noſtris temporibus contigiſſe competimus ſub colore prætenſo auctionis, ſeu alterationis numeri regiminis tandem illud benè, & optimè fuiſſe redactum ad decem, & octo cartucias, prout in reformatione noſtra Anni M. D X V. patet, & ſicuti expoſita per Reuerendiſs. D. Vicelegatum fuit ordinatum cum quibuſdam additionibus, & capitulis ſuperinde factis per D. ſuam, vigore Breuis Sanctiſſimi D.N. D. ſuę Reuerendiſs. directi ſuper eiuſmodi re. Hac noſtra in perpetuum valitura conſtitutione firmamus. Quod ſi quis in futurum tantę fuerit temeritatis, & audacię, ſiue maſculus fuerit, ſeu fęmina, Ciuis, ſeu habitator, vel habitatrix huius Ciuitatis, Villę noſtrę Lauretanę, & Caſtri Portus, & Montisflorum, Cęterę que ditionis, & territorij noſtri, qui audeat, vel præſumat, dicto, vel facto, palàm, vel occultè, aliquid ordinare, tractare, molire, attentare, etiam ſine effectu contra pręſentem ſtatum, decem, & octo cartuciarum, & contra ordinationes, & capitula facta per Reuerēdiſs. D. Vicelegatum ſuperinde, vltrà pęnas pecuniarias, quę in reformationib. quas præmiſimus continentur, Capitis pęnā incurrat, adeò, & taliter, quod penitus, & in totum moriatur, & anima à corpore ſeparetur, & depopulationis bonorum, ſicuti, & quemadmodum in ſtatuto de pęna committentium Crimen Leſę Maieſtatis, continetur in tertio volumine ſtatutorum ſub Rubrica CXII. ſecundum ordinem cuius Poteſtas, qui pro tempore fuerit, teneatur pro-

cedere in omnibus, & per omnia, de facto tamen, & ſine aliqua condemnatione deſuper fien. Quod ſi quis in futurum tantæ fuerit temeritatis, & audaciæ, ſeu Ciuis ille fuerit, ſeu habitator Ciuitatis, & ditionis noſtræ, ſeu forenſis, qui audeat, vel præſumat de die, ſeu de nocte arma capere, & in ſtratas, vicos, ſeu plateas, armatus, vel ſine armis exire vociferando, Populo, Populo, aut alia quæuis verba dicendo, quæ aliquid ſimile importarent, & rumorem eleuarent in Ciuitate, ipſo facto nulla præcedente condemnatione, & omni iuris omiſſa ſolemnitate, ipſe principalis, & alij omnes, qui ſequuti cum fuerint, Capitis pęnam incurriſſe intelligatur, adeo quod penitus moriatur, ſicque de facto per Poteſtatem, & Curiam, executioni mandentur nulla præuia iuris ſolemnitate, & bona eorum ipſo facto ſint publicata, & confiſcata, pro parte Communi noſtro, pro parte Cameræ Apoſtolicæ. Quodque ſi quis mente fuerit iam obcecatus, vt nulla præuia condemnatione de eo facta in Curia noſtri Poteſtatis de aliquo maleficio Commiſſo per eum abſentauerit ſe in futurum ab hoc Ciuitate, & ditione eius, & palàm, vel occultè dixerit, ſeu fecerit, ſe exititium occaſione ſtatus, aut alia cauſa, & in rei veritate non fuerit, volumus qui cum per D. Poteſtatem tunc temporis exiſten. ex Decreto prædicti Conſilij fuerit factum ei, vel eis, ſi plures fuerint præceptum, vt reuertantur ad Ciuitatem, ad informan. Conſilium de nonnullis ſpectan. ad Conſilium; pro libertatis Eccleſiaſticæ, & huius pacifici ſtatus præſeruatione, & in termino præfixo in primo pręcepto perſonaliter non comparuerit, incurrat pęnam centum ducatorum auri applican. de facto pro parte Communi, pro parte Cameræ Apoſtolicæ, vt ſupra, & ſi per alium pręceptum, ſecundo non comparuerit, incurrat pęnam ducentorum ducatorum, applicandorum de facto pro parte Communi, pro parte Cameræ Apoſtolicæ vt ſupra. Si autem poſt tertium præceptum modo, quo ſupra non comparuerint perſonaliter, vt dictum eſt deſuper, pro Rebellibus habeatur, vel habeantur, ac ſi Crimen Leſę Maieſtatis commiſſerint, & ſint perpetuo banniti, ac ſi illud Crimen perpetraſſent, ſubiaceantque omnibus pęnis contentis in ſtatuto noſtro, quas diximus ſuper in volumine tertio Statutorum, & vnicuique illos liceat perſequi, prout in eo Statuto continetur in omnibus, & per omnia; quæ quidem præcepta vt ſupra fien. ſufficientia intelligantur per affixionem Cedulę ad domum ſic delinquentis, ſeu per publica bandimenta ter repetita intus Ciuitatem, quæ quidem Conſtitutio bandiri fiat per D. Poteſtates futuros ſtatim, pœnæ viginti ducat. applican. Cameræ Apoſtolicæ, & apponantur in voluminibus ſtatutorum.

Die Prima Martij 1518.

Dicta Conſtitutio fuit Bannita per loca publica Ciuitatis Recanaten. per Andream publicum præconem præmiſſo clangore Trium Tubarum &c.

Hier. Angelita Canc.

IN Dei nomine Amen. Ad laudem, & reuerentiam omnipotentis Dei eiuſque Sacratiſſimę Matris Virginis Marię, & Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac beatorum Martirum Flauiani, & Viti protectorum, & defenſorum Communis, & Populi Ciuitatis Recaneti, & totius cęleſtis curię triumphantis. Ac ad honorem, & ſtatum ſacroſanctę Romanę Eccleſię, & Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Martini diuina prouidentia Papę quinti, & Reuerendiſſimi in Chriſto Patris, & Domini, Domini P. de columna Abbatis Roſacenſis, & pro Sancta Romana Eccleſia, & dicto Domino noſtro Papa in Prouincia Marchię Anconitanę Gubernatoris, &c. & omnium aliorum pro dicto Domino noſtro Papa pręſidentium. Et ad conſeruationem, & augumentum pręſentis pacifici, & tranquilli ſtatus Communis, & Populi Ciuitatis Recaneti, mortemque, & exterminium omnium emulorum eiuſdem. Infraſcripta ſtatuta, prouiſiones, ordinamẽta, caſſationes, diminutiones, declarationes, & additiones ſuper ſtatutis, & ordinamentis Communis Recaneti, & contentis in eis. Nos infraſcripti ſtatutarij ad hec ſpecialiter deputati, & electi per Commune, & Conſilium Populi Ciuitatis Racaneti, tẽpore pręfati Domini noſtri Papę, ſub Anno Domini Mccccxxvj. Indictione quarta, & de menſe Auguſti, iuxtà formam ſtatutorum Communis Recaneti. Vt de noſtra electione, & deputatione plenè conſtat manu egregij, & eloquentis viri. Ser valentini. Ser Io. Cancellarij pręfati Cōmunis Recaneti. In vnum exiſtẽtes congregati in refectorio monoſterij Sanctę Marię de platea de Recaneto, quod ſitum eſt in platea magna Communis Recaneti, iuxtà res dicti Monaſterij, dictam Plateã & carbonariam Communis, & alia latera, fecimus, prouidimus, ordinauimus, caſſauimus, diminuimus, declarauimus, & addidimus omni modo, via, iure, & forma, quibus melius dici poteſt. Nos.

Iacobus Mentionis.
Ser Petrus Florani.
Antonius Antonij.
Vannes Ciſci.
Ser Lodouicus Seruannis.
Ser Nicolaus Vannis.

Ioannnes Marcutij.
Ioannes Petrutij.
Franciſcus Ciſci.
Paulus Vannis.
Nicolaus Angeli.
Hieronymus Iacobi.
Ser Andreas Matthei.
Bartolus Andreę.
Petrutius Marci.
Petrutius Angelutij.

Nominati, electi, & deputati, vt dictum eſt per Commune, & Conſilium Populi Ciuitatis Recaneti, ſuper renouatione, correctione, declaratione, diminutione, caſſatione, & additione ſtatutorum, & ordinamentorum Communis, & Populi Ciuitatis Recaneti, vigore arbitrij, & poteſtatis nobis conceſſę in hac parte per Conſilium, & Commune prædictum omni diligẽtia, fide, & cura, ac modo, quibus melius potuimus inuocato nomine ſanctę indiuiduę Trinitatis, prout diuina gratia nobis miniſtrauit ad infraſcripta ordinamenta, & ſtatuta proceſſimus, & procedimus in hunc modum.

Quod officium Ancianorum duret tantum ſex menſibus.

IN primis ſuper ſtatuto loquente de electione Ancianorum, & eorum officio, quod eſt ſub Rubrica xv. primi libri ſtatutorum Communis Ciuitatis Recaneti. Statuimus, corrigimus, & mutamus dictum ſtatutum in ea parte, vbi dicit. Qui ſic electi in ſuo officio duobus tantum menſibus morentur. Nec vſque ad annum continuum in eodem officio eſſe poſſint, &c. Corrigimus, & corrigendo ſtatuimus, quod dicti Anciani, vſque ad ſex menſes continuos in dicto officio eſſe poſſint, & non infra dictum tẽpus, dicto ſtatuto in alijs in eo contentis in ſuo robore remanente.

De vexillis, vel alio munere non donandis noſtris Rectoribus, & de pena Priorum prædicta proponentium.

VT in noſtra Ciuitate Recaneti miniſtretur iuſtitia oĩbus eã poſtulantibus, & ne pretextu aliquorum munerum, quę ſępè contingũt

noſtris

noſtris largiti Rectoribus in eorum dicta munera cupientium inclinentur ad prçces aliquorum Ciuium noſtrorum maleficia relinquere impunita. Statuimus, & ordinamus, quod in futuro vexillum aliquod cum armis noſtri Communis, ſeu aliquod aliud munus de bonis Communis prçdicti poſſit, nec debeat donari dictis noſtris rectoribus. Quod ſi de prçdictis per Priores Populi noſtri Communis prçpoſita aliqua facta fuerit, ipſi, & quilibet ipſorum incurrant in pçnam xxv. librarum den. pro quolibet. Et Anciani, qui prçdicta proponere permiſerint x. libr. pçna pro ipſorum quolibet puniantur.

Quod cartucia extracta de buſſulo Priorum ſit firma, & non remittatur.

STATVIMVS, & ordinamus, quod quando in noſtro generali Cõſilio de buſſolo, in quo ſint recluſç cartuciç cõtinentes nomina Magnificorum Dominorum Priorum Populi Ciuitatis Recaneti, extracta fuerit aliqua cartucia, in qua eſſent quinque Priores tãtùm, vel pauciores, quod illa cartucia habeatur pro extracta illo mẽſe, quo extracta fuerit, & Priores in ea ſcripti, eorum exerceant officium, & nullo modo debeat in dicta buſſula remitti, ſeu inpoſterum reſeruari: aliquibus conſuetudinibus, ſtatutis, ſeu reformationibus in contrarium loquentibus non obſtantibus, quibus per prçſens noſtrum çdictum volumus totaliter derogari.

Quod poſſit officialis damnorum datorum refirmari.

ITEM ſuper additione facta ſtatuto loquenti de refirma officialium poſito ſub xxxiiij. Rubrica primi libri voluminis ſtatutorum Communis Ciuitatis Recaneti, de qua additione patet in volumine ſtatutorum Communis Ciuitatis Recaneti manu Ser Nicolai Ser Ioannis de Monticulo, & publicato per Ser Antonium Iannis de Recaneto Notarium mortuum de ea rogatum. Statuimus, & ſtatuendo corrigimus, & mutamus dictam additionẽ, maxime in in ea parte, vbi dicit, quod officialis damnorum datorum Ciuitatis Recaneti de cçtero, & aliquo tempore non poſſit, nec debeat in ſuo officio modo aliquo refirmari, &c. Dictam additionem in dicta parte corrigimus, & caſſamus, & corrigendo ſtatuimus, & ordinamus, quod officialis damnorum datorum Ciui-

tatis Recaneti de cętero in ſuo officio refirmari poſſit, ita tamen, quod in ieus refirmis ſequatur formam ſtatutorum, & ordinamentorum Ciuitatis Recaneti de refirmis officialium loquentium, dicta additione in alijs ſuis partibus in ſua firmitate manente.

Quomodo noſtrorum officialium refirma obtineatur.

ITEM ſuper ſtatuto loquente de refirma officialium cuius Rubrica eſt xxxiiij. ſtatuti Communis Ciuitatis Recaneti ſtatuendo corrigimus, & mutamus dictum ſtatutum in ea parte, vbi dicit, quod primò proponatur, & deliberetur inter Dominos Priores, & obtineatur inter eos, ipſorum nemine diſcordante, deinceps inter Antianos, qui cōcordes omnes inſiſtant, &c. Dictum ſtatutum mutamus, & corrigimus, & mutando, & corrigendo ſtatuimus, & ordinamus, quod in dictis refirmis officialium ſufficiant, quod Priores, & Anciani ſint concordes pro maiori parte ipſorum, quod locum habere volumus tàm in primis refirmis, quàm in ſecundis, non obſtante ſtatuto poſito ſub Rubrica de ſuſpēſione ſtatuti, qui remittitur per dictum ſtatutum de refirma officialium modus in primis refirmis tenendus, cùm per præſens noſtrum ſtatutum, quoad partitum obtinendum inter Dominos Priores, & Ancianos eſſe volumus derogatum: in alijs verò ſtatutum prędictum in ſua firmitate perſiſtat.

Quod Procuratores non poßint pro alijs ante litis conteſtationem, vt defenſores alterius in iudicio comparere.

ITEM ſuper ſtatuto poſito ſub ſexta Rubrica ſecundi libri, quod Aduocati, & Procuratores non poſſint comparere pro alio ante litem conteſtatam, dicto ſtatuto, addimus in ea parte vbi dicit, quod nullus Procurator, vel Aduocatus, ſeu officium aduocationis, ſeu procurationis exercens audeat, vel præſumat quoquo quęſito colore nomine alieno intercedere, vel reſpondere in iudicio, vel in Palatio reſidentię Domini Poteſtatis petendo, vel negando, vel alium actum iudiciarium faciendo, antequàm lis à principalibus partibus ſit conteſtata, vel pro conteſtata habita &c. Addimus dicto ſtatuto, & addendo ſtatuimus quod etiam dicti Aduocati, & Procuratores non poſſint, nec debeant in

locis

locis ſupradictis coram noſtris officialibus, vt defenſores alterius comparere, pęna contrafacienti pro qualibet vice x. libr. den. dicto ſtatuto in alijs ſuis partibus firmo remanente.

Quod Procuratores, qui ſunt de regimine non poſſint actu procurationis, ſeu patrocinij exercere.

ITEM ſtatuimus, quod nullus Procurator de noſtro regimine, & numero ducentorum Populi Ciuitatis Recaneti audeat, vel pręſumat officium procurationis, & patrocinij exercere palàm, vel occultè, vt Procurator, vel defenſor alterius, actitando, vel verbum aliquod in fauorem alterius ad banchum iuris Ciuitatis Recaneti, coràm noſtris officialibus in ciuilibus, vel criminalibus proferendo, & tàm in cauſis principalibus, quã in cauſis appellationis. Quod ſi quis contrafecerit, in quolibet dictorum caſuũ debeat caſſari, & abradi de numero ducentorum Populi Ciuitatis Recaneti, & de noſtro regimine per Priores Populi dictę Ciuitatis, qui tunc fuerint in officio. Et ſi dicti Priores fuerint negligentes in prædictis, incurrant in pęnam viginti quinque libr. den. pro quolibet ipſorum. Et prędicta etiam volumus habere locum ſi aliquis ex procuratoribus Recaneti nunc non exiſtentibus de regimine dictę Ciuitatis, & de cętero in dicto regimine poneretur, quod debeat ſe a prædicto exercitio abſtinere, ſub pęna caſſationis prædictę, liceat tamen pędictis Procuratoribus in cauſis Communis interuenire abſque metu pęnę.

Quod in Palatio Dominorum Priorum non poßit ludi temporibus in noſtris ſtatutis prohibitis.

QVIA Palatium Dominorum Priorum Populi Ciuitatis Recaneti debet eſſe ſpeculum iuſtitię, & habitaculum volentium honeſtè viuere. Statuimus, & ordinamus, quod de cętero in Palatio pędicto ludi non poſſit per aliquem cuiuſcunque qualitatis, & cõditionis exiſtat ad ludum azardi, vel ad aliquem alium ludum prohibitum ex forma noſtrorum ſtatutorum, niſi tantum tempore permiſſo à noſtris

ſtris ſtatutis contentam, & Priores, qui ludere conſenſerint, incurrãt in pęnam decem libr. denar pro quolibet ipſorum: liceat tamen dictis Prioribus, & officialibus Communis Recaneti in dicto Palatio ludere ad quęmlibet ludum, & oĩ tempore, prout de eorum proceſſerit voluntate.

De indumentis, & clamidibus à dominabus in noſtra Ciuitate deferendis.

QVONIAM ſicut auaritia eſt actus damnandus, & reprehenſibilis, ita, & prodigalitas, quę conſumit, & diſſipat ſimul pauperes, & diuites eorum rebus, & bonis, & maximè propter inordinamenta, ſeu indumenta, quę portant mulieres in noſtra Ciuitate. Vnde volentes tali morbo ſuam medelam, ſuumq; remedium adhibere. Statuimus, & ordinamus, quod mulieres, in quibus ceſſare debet vitium prodigalitatis prædictę, & in quibus deberet etiam eſſe ordo honeſtę viuendi, non poſſint, nec debeant earum clamides, veſtimenta, & pannos traſinare per terram, pęna contrafacienti centum ſolidorum denar. Et prædicta locum haberi volumus in Ciuitate Recaneti tantùm, & non extrà dictam Ciuitatem per eius territorium.

De conducentibus Caſtronos, & eorum ſolutionibus.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod conducentes in noſtro territorio, & diſtrictu caſtronos per mare, ſeu per terram, ſoluendo duodecim denar. pro quolibet Caſtrono noſtro Communi, poſſint illos per menſem vnum in dicto noſtro territorio tenere ſine aliqua alia ſolutione, & vltra dictum terminum retinere non poſſint, niſi ſoluerint noſtro Communi pro quolibet dictorum Caſtronorum duos bolonenos, ſecundum formam noſtrorum ſtatutorum.

rum. Addentes, quod ſi Priores, qui pro tempore fuerint dederint, ſeu conceſſerint licentiam dictis conducentibus retinentibus dictos Caſtronos, vltrà dictum terminum ſine ſolutione dictorum duorum bolonenorum pro quolibet caſtrono, incurrant dicti Priores in pęnam centum ſolidorum pro quolibet ipſorum, eis de facto per noſtrum Poteſtatem auferendam ſi contrafecerint in prędictis.

De pęna percutientis aliquem in domo.

ITEM addendo ſtatuto Ciuitatis Recaneti loquenti de pęna percutientis aliquem in ſtrata publica Rubrica cuius eſt cxxiij. tertij libri. Addimus, & addendo ſtatuimus, & ordinamus, quod delinquẽtes, ſeu delinquens, & offendentes, ſeu offendens, vel inſultans aliquem in domo propria, vel conducta offendentis, vel offenſi vigore pręſentis ſtatuti inceptor tantum puniatur duplici pęna, pars verò aduerſaria in eo, quod deliquerit, puniatur in ſimplo ſecundum formã ſtatutorum de pęnis loquentium, alijs verò contentis in dicto ſtatuto in ſua firmitate remanentibus.

De pęna conuenientium ad iudicium aliquem ex Prioribus Populi.

ITEM addendo ſtatuto poſito in primo libro, ſub Rubrica de electione Priorum, & eorum officio, quę eſt Rubrica xiij. in ea parte, vbi dicit, quod Priores, ſeu alter ipſorum ad iudicium ſuo nomine, vel alieno aliquẽ conuenire, ſeu conueniri non poſſint &c. Addimus, & addendo ſtatuimus, & ordinamus, quod ſi quis tentauerit aliquem ex Prioribus Populi ad iudicium conuenire, ſeu in iudicio, vel extrà inquietare, turbare, vel moleſtare quoquomodo, puniatur in libris quinquaginta denar. & ſimili pęna puniatur ſi quis ex Prioribus aliquem ad iudicium conuenerit, ſeu in iudicio, vel extrà aliquem

quem inquietauerit, turbauerit, vel moleſtauerit, &nihilominus in quo libet dictorum caſuum, quod factum, & geſtum fuerit in conueniẽdo, inquietãdo, turbãdo, vel moleſtando, nullius ſit valoris, efficacię, vel momenti; dicto ſtatuto in alijs ſuis partibus in ſuo robore remanente. Non intendentes propterea per pręſens ſtatutũ derogari alicui ſtatuto, quod ad acriorem pęnam tenderet, ſed potius illud volumus in ſua firmitate perſiſtere.

De pęna deferentis herbas de fęnarijs certis temporibus.

ITEM ſuper ſtatuto poſito in tertio libro, ſub Rubrica clxvij. de pęna deferentis herbas de fenarijs ſuis, vel alienis certis temporibus, & damnum dantis in eiſdem cum beſtijs groſſis. Addimus, & dictũ ſtatutum corrigimus in ea parte dicti ſtatuti, vbi dicit. Quod ſi in dictis fęnarijs damnum datum fuerit à Kalendis Martij, vſque ad Kalendas Iulij cum bouę, vaccha, ęquo, vel ęqua &c. dictum ſtatutum corrigimus, & ei addimus, & corrigendo, & addendo ſtatuimus, quod ſi in dictis fęnarijs damnum datum fuerit à Kalendis Martij, vſque ad Kalendas Augusti cum beſtijs prædictis, puniatur dominus, ſeu cuſtos dictarum beſtiarum, pęna in dicto ſtatuto contenta; in alijs verò in dicto ſtatuto contentis, dictum ſtatutum in plena remaneat firmitate.

De electione Medicorum.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus vt noſtrum Commune ſit in futuro idoneis Medicis prædotatum, quod quando de cętero prouideri contingerit de noua electione Medici, tàm Fiſici, quàm Ciruici, ſeruetur modus, qui datur à ſtatuto poſito in primo Libro ſub Rubrica trigeſima de electionę Notar. reformatione, & eius officio, aliàs ſi electiones dictorum Medicorum aliter factę fuerint, non teneant ipſo iure.

De pęna damnum dantis cum buſaris, & eorum gabellæ.

ITEM volentes prouidere pro gabella ſoluenda a retinentibus bufaros, & ne grauia inferantur damna, quæ quotidie fiunt a bufaris in poſſeſſionibus noſtrorum Ciuium. Statuimus, & ordinamus

quod

quod retinentes buſaros in noſtra Ciuitate, & eius territorio, teneantur ſoluere noſtro Communi pro gabella ipſorum ſolidos ſexdecim denar. pro quolibet buſaro. Et quod ſi dicti buſari damnum dederint in poſſeſſionibus noſtrorum Ciuium, ſoluat dominus, vel cuſtos ipſorum, duplũ pro banno eius, quod ſolueret ſi damnum datum eſſet à bouę, vaccha, ęquo, vel ęqua, & nihilominus damnum emendet patienti, ſecundum formam ſtatutorum Recaneti de emenda loquẽtium, & quod medietas pęnarum ſit Communis, & altera damnum paſſi.

De pęna Aduocatorum, & Procuratorum aduocationem, vel patrocinium præſtantium noſtris Officialibus tempore eorum ſcindicatus.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod nullus Aduocatus, ſeu Procurator, Ciuis, vel habitator Ciuitatis Recaneti audeat, vel pręſumat aduocationem, ſeu patrocinium pręſtare palàm, vel occultè noſtris Rectoribus, & eorum officialibus tempore eorum ſcindicatus, pęna contrafacienti quinquaginta libr. denar.

De citationibus damnis datis faciendis.

ITEM addimus ſtatuto loquẽnti de electione Notarij damnorum datorum, quæ eſt Rubrica clx. in ea parte, vbi dicit, quod Notarius, & officialis damnorum datorum dictę Ciuitatis Recaneti ſemper teneatur dare terminum trium dierum ad faciendum defenſam, & ſe excuſandum inuentis per eos, vel denunciatis quomodolibet damnum dare poſt inuentionem ipſorum, ſiue denunciationem ei factam ſuper aliquo damno dato, aliter nullo modo procedant ad condemnationem, & notificationem termini prædicti ſufficiat, ſi fiat perſonaliter, vel domi habitationis ſolitę, &c. Addimus dicto ſtatuto, & addẽdo ſtatuimus, quod quando per baiulum fit notificatio prędicta, fieri debeat in præſentia vnius teſtis idonei, de cuius teſtis nomine dictus baiulus in ſua relatione faciat mentionem, & nomen dicti teſtis ſcribi debeat per Notarium prędictum in condemnatione facienda de illo, cui facta fuerit notificatio prędicta, alias ſi aliter dicti termini

mini notificatio, & eiuſdem notificationis relatio facta fuerit, ſit nulla, & nullius valoris, efficaciç, vel momenti; dictum ſtatutum in alijs ſuis partibus plenam obtineat firmitatem.

Quod Poteſtas, & eius Iudex non recipiant teſtes ad informationem curiæ ſine præſentia officialis forenſis.

ITEM ad maiorem declarationem noſtrorum ſtatutorum, & maximè obſuſpitiones, quæ oriri poſſunt, quod quantum maleficia obmittuntur, & quantum nocentes metu tormentorum ad confitendum maleficia per eos minimè commiſſa ſubtrahuntur, & iniuſtè, & indebitè condemnantur: volentes ergò tali morbo eius ſuccurrere medicina, ſtatuimus, & ordinamus, quod Poteſtas Ciuitatis Recaneti, & eius officiales non poſſint, neque debeant teſtes ad informandum curiam ante incohationem proceſſus ad iuramenta, ſeu dicta recipere ſuper aliqua informatione, ſine præſentia Notarij, & Officialis forenſis ad hoc deputati, qui Notarius debeat de atteſtationibus dictorum teſtium librum facere, & in publicam formam redigere, & communi relinquere in fine ſui officij.

De modo, & forma condemnandi per Poteſtatem.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod quando contingerit ſententias condemnatorias, ſeu abſolutorias in criminalibus per Poteſtatem Ciuitatis Recaneti ferri, quod Notarius, & Officialis maleficiorum dicti Domini Poteſtatis, teneatur, & debeat de dictis ſententijs facere duas copias, publicas, vnam, videlicet in carta hombicina, quæ ſemper eſſe debeat in Palatio Poteſtatis, penes dictum Notarium, aliam verò in carta pecudina, quę continuè eſſe debeat penes Cancellarium dicti Cōis, & tempore quo dictę ſententię ferũtur, debeat eſſe pñtia Notarij dicti Cãcellarij, qui tenere debeat dictã copiã

quæ

quæ remanſura eſt, pęnes Cancellarium , & eam auſcultare cum dicto Notario maleficiorum dum dictus Notarius dictas ſententias legit, quę ſi inuentę fuerint differentes dictus Notarius maleficiorum, debeat eas emendare antè diſceſſum Dominorum Priorum, qui erunt præſentes dationi dictarum ſententiarum.

De pęna in ſalinis damnum dantis.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod ſi quis perſonaliter damnum dederit in ſalinis, ſeu in foueis dictarum ſalinarum, quàm etiam in foueo per quem ruit aqua dulcis verſus Flumen Potentię, puniatur pro quolibet, & vice qualibet, qua damnum datum fuerit in aliquo dictorum locorum, in ſolidis centum denar. Si verò damnum datum fuerit in aliquo dictorum locorum cum beſtijs, puniatur dominus, ſeu cuſtos dictarum beſtiarum pro qualibet beſtia, & pro qualibet vice in ſolidis viginti denar.

APPROBATA, confirmata, & authenticata fuerunt prędictà ſtatuta, & ordinamenta in pręcedentibus quinque cartis ſcripta computata carta preſenti, in publico, & generali Conſilio Communis, & hominum Ciuitatis Recaneti per ipſum Conſilium, & per nobilem virum Angelum de Mainardis de Peruſio honoran. Poteſtatem Ciuitatis Recaneti, & Priores Populi dictę Ciuitatis, ipſo Conſilio mandato dicti Domini Poteſtatis ſono campanę, & tubę, voceque pręconis pręmiſsis more ſolito, ad hunc actum congregato in ſala noua Palatij Communis Recaneti reſidentię Dominorũ Priorum Populi Ciuitatis Recaneti, poſito in Quarterio Sancti Angeli de Recaneto, iuxtà res dicti Communis vndique, miſſoque partito ſuper dictis ſtatutis, & quolibet eorum per dictum Poteſtatem, volentibus, & conſentientibus dictis Prioribus, in dicto Conſilio inter homines Conſiliarios dicti Conſilij deſedendo ad leuandum, ſecundum formam ſtatutorum Recaneti, & obtento inter eos omnibus ſedentibus, nemine in cõtrarium ſurgente, et ſcripta per Nicolaum Ser Ioannis de Monticulo Notarium, ex commiſsione Ser Sarturam Notarij infraſcripti ad ea ſcribenda ſub Anno Domini M.CCCCXXVI. Indict. quarta tempore Sanctiſsimi in Christo Patris, & Domini, Domini Martini diuina prouidentia Papæ V. die xxv. menſis Auguſti, præſentibus Paulo Vannis, Piero Ser Matthei, Piero Ioanne Carboni, Franciſco Jacobi, Toma Ioannis, Vanne Ciſci, Simone Vannis, Ser Venantio Maxij, Ioanne Antonij Ciſci de Recaneto, & alijs pluribus in dicto Conſilio exiſtentibus teſtibus &c.

ET Ego Sarturanus Vannutij de Recaneto, publicus Imperiali, & Apoſtolica auctoritate Not. & Iudex ordinarius, & tunc Notarius dictorum ſtatutariorum, prædictis omnibus, & ſingulis ſtatutis in dictis quinque cartis ſcriptis, ac eorum approbationi, & authenticationi interfui, & de dictorum ſtatutariorum, ac dictorum Dominorum Poteſtatis, & Priorum, & totius Conſilij prædicti præſentia, deliberatione, & auctoritate ab eis rogatus publicaui, & in alijs occupatus, ea ſcribenda commiſi per Ser Nicolaum Ser Ioannis Not. de Monticulo. Ad quorum fidem mea propria manu ſubſcripſi, & ſignum meum poſui conſuetum.

Locus ✣ Signi.

IN nomine Domini Amen. Anno à Natiuitate eiuſdem Milleſimoquadringenteſimo vigeſimoſexto, Indictione quarta, tempore Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domini Martini diuina prouidentia Papę Quinti, & die vigeſimoquinto menſis Octobr. Pręſentata fuerunt ſupradicta ſtatuta, ordinamenta, & reformationes pro parte Communis, & Populi Ciuitatis Recaneti, Reuerendiſſ. in Chriſto Patri, & Domino, Domino Aſtorgio Dei gratia Epiſcopo Anc. & Human. in Prou. Marchię Anconit. & nonnullis alijs partibus pro præfato Sanctiſſ. Domino noſtro Papa, & S. R. E. Cõmiſſ. generali, & Theſaur. eaq; pro parte dictę Communitatis petita fuerunt confirmari, & approbari. Qui D. Commiſſarius viſis, & diligenti inſpectis dictis ſtatutis, ordinamentis, & reformationibus, habitaq; informatione ab eximijs viris D. Iacobo de Narnia Iudex appellationis Curię generalis, & D. Laurentio de Mainardis de Peruſio V. I. D. Iudice maleficiorum Curię præfatę, quibus examen dictorum ſtatutorum commiſit. Viſoq; quod dicta ſtatuta, & ordinamenta ſunt iuſtè, & ritè condita, & facta, omni modo meliori, quo potuit ea omnia ſtatuta in dictis quinq; cartis ſcripta dummodò aliquid in dictis ſtatutis clarè, vel occultè non ſit contra Eccleſiaſticam libertatem, approbauit, confirmauit, ſuoque auctoritatis Apoſtolicę munimine roborauit. Actum Maceratę in domibus ſolitę reſidentię præfati Domini Theſaur. pręſente Joannes Monaldi, & Hieronymo Iacobi de Recaneto teſtibus.

ET Ego Antonius Angeli de Spoleto publicus Imperiali auctoritate Not. & Iudex ordinarius, nuncq; Camellarius præfati Domini Commiſſarij, prædictis omnibus interfui, & ea rogatus ſcribere ſcripſi, & publicaui, & ſignum meum apposui conſuetum.

Locus ✠ Signi.

INnomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Amen. Ad laudem, & reuerentiam omnipotentis Dei, eiuſq; Piæ Matris glorioſę Virginis Marię, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, Martirumque ſanctorum Flauiani, & Viti, protectorũ, & defenſorum Communis, & Populi Ciuitatis Recaneti, ac totius cęleſtis curię triumphantis. Et ad honorem, & ſtatum Sacroſanctę Romanę Eccleſię, ac Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini, Domini Nicolai diuina prouidentia Papę Quinti, ac Reuerendiſſimi in Chriſto Patris, & Domini, Domini Filippi, Dei, & Apoſtolicę ſedis gratia Epiſcopi Bononien. pro Sancta Romana Eccleſia, & pręfato Sanctiſſimo Domino noſtro Papa, Prouinciæ Marchiæ digniſſimi Gubernatoris. Necnon ad conſeruationem, & augumentum pacifici, tranquilli ſtatus Communis, & Populi prędictę Ciuitatis, mortemque, & ſterminium omnium emulorum eiuſdem. Infraſcripta ſtatuta, prouiſiones, & ordinamenta, diminutiones, caſſationes, declarationes, & additiones ſuper ſtatutis, & ordinamentis Communis Recaneti. Nos ſtatutarij ad hoc deputati, & ſpecialiter electi per Commune, & Conſilium Populi Ciuitatis prædictę, ſub Anno Domini eiuſdem à Circumciſione M. CCCCXLVIII. Indictione xj. Pontificatus ſupradicti Domini noſtri, & de menſe Auguſti dicti anni, iuxtà ſeriem ſtatutorum Communis prędicti, prout de electione noſtra clarè conſtat manu facundi viri Ser Ioannis Allerug de Sancto Geneſio, Cancellarij præfati Communis Recaneti, exiſtentes congregati in refectorio domorum Monaſterij Eccleſiæ Sanctę Marię de Platea, quod poſitum eſt in platea magna Cõmunis prædicti, in Quarterio S. A. iuxtà res dicti Monaſterij, Carbonariam Communis, & alios fines, omni meliori modo, via, iure, cauſa, & forma, quibus magis, & melius poſſumus, & debemus. Nos videlicet.

Ser Albergutius Iacobi.
Ser Antonius Iacobi.
Ser Antonius Politi.
Ser Gabriel Albrici.
Antonius Poloni.
Ser Nicolaus Vannis.
Gaſpar Iacobi.

Ioan-

Ioannes perus Iannini.
Melchior Ioannis.
Per Leopardus peri.
Grimaldus Ioannis.
Perus Hieronymi.
Srr Andreas Vagnoni.
Marcus Nicolę.
Baptiſta Bartholomei Nicolę.
Manfredutius Stephani.

Nominati,electi,& deputati,vt dictum eſt per Commune, & Conſilium vt ſupra. Super renouatione,correctione,declaratione, diminutione,caſſatione,& additione ſtatutorum, & ordinamẽtorum Communis, & Populi prædicti, vigore arbitrij, & poteſtatis nobis conceſſæ in hac parte per Commune,& Conſilium prędictum,omni diligenti fide, & cura,ac modo,quibus melius potuimus, & debemus ſeruata forma ſtatutorum Communis Recaneti. Inuocato piè,& deuotè nomine ſanctę, & indiuiduę Trinitatis,prout diuina gratia nobis miniſtrauit, ad infraſcripta ordinamenta,& ſtatuta,prouiſiones,correctiones,additiones,& diminutiones proceſſimus,& procedimus ordine infraſcripto, & in hunc modum videlicet.

De pęna Dominorum Priorum Populi proponentium aliquid in Conſilio contra formam ſtatutorum, & Ancianorum conſentientium.

IN primis namque conſiderantes, quod ab officio Magnificorum Dominorum Priorum præſidentiũ populari ſtatui noſtrę Ciuitatis, totius ſibi commiſſi populi pendet ſalus,ex eo, quod vniuerſa membrorum compago ex diſpoſitione capitis informatur. Statuto itaque loquenti de ipſorum Dominorum Priorum, & eorum officio, quæ eſt Rubrica xiij. primi libri in ea parte, vbi dicit. Qui Priores ſic electi poteſtatem habeant proponere,& propoſitiones facere, & fieri facere publicas, & ſecretas, tàm in dicto Conſilio Populi, quàm in alijs Conſilijs &c. Addimus,& addendo ſtatuimus, & ordinamus, quod dicti Dõmini Priores, qui præſentialiter pro tempore erunt in dicto officio Prioratus, non

poſſint, neque debeant aliquod proponere, vel proponi facere in Conſilio, quod per eos celebraretur, quod eſſet per directum, vel indirectum contrà formam alicuius ſtatuti, vel ſtatutorum, ſeu ordinamentorum dicti noſtri Communis. Et ſi contrafecerint, contrafacientes tantùm, & non illę, vel illi ex eis, qui non conſenſerint, ſed conſenſerint de quorum, ſeu cuius contradictione Cancellarius noſtri Communis teneatur in ſcriptis ſpecificam facere mentionem, incurrant pęnam quinquaginta librarum denar. ſine remiſſione pro quolibet, & vice qualibet, qua per eos fuerit contrafactum, de facto exigendam in fine eorum officij per noſtrum Poteſtatem; & vltrà dictam pęnam, teneatur dictus Poteſtas, ipſos ſic contrafacientes confinare, & ad confinia mittere, extrà dictam Ciuitatem, eiuſque Territorium, fortiam, & diſtrictum per ſex mēſes, quæ quidem confinia, ſi prædicti contrafacientes, vel eorum alter non obſeruauerint, ipſo facto de numero ducentorum Populi caſſentur, & aboleantur, & in dicto officio Prioratus deinceps, & in noſtro regimine eſſe non poſſint. Anciani autem, qui prędicta proponere permitterent, ſimilem pęnam, tàm pecuniariam, quàm confinium, ipſo facto incurrant. Et nihilominus quicquid in dicto Conſilio factum fuerit, & ordinatum, nullius ſit valoris, efficacię, roboris, vel momenti. Cancellarius verò, vel eius ſubſtitutus, ſeu Locumtenens, teneantur, & debeant, ſub ſimili pęna pecuniaria, & caſſationis perpetuę à ſuo officio, dictis Prioribus antequam proponant illud, quod eſſet contra formam ſtatutorum, proteſtari, quod id non faciant quoquomodo. Et nihilominus ſi ipſi contrafecerint, vt ſupra eſt expreſſum, ſtatim expleto Cōſilio, teneatur ſub pęnis prędictis, idem Cancellarius ire ad dictum Dominum Poteſtatem, & prædicta ſibi ad notitiam deducere in præſentia duorum teſtium, ne ignorantiam idem Poteſtas de prædictis allegare poſſit, ſeu prędictum maleficium occultare. Et ipſę Poteſtas ſtatim finito, & depoſito eorū officio ipſorum, teneatur, & debeat, ſub pęna periurij, & ducentorum ducatorum auri de ſuo ſalario de facto exigenda per eius ſcindicum, & ſcindicatores, prędictos Priores, ac Ancianos punire de facto in pęnis, & confinibus prędictis. Prędicta autem omnia non vendicent ſibi locum, ſi prędicti Priores antequam ad prędicta proponenda proceſſerint, obſeruauerint ſtatutum, quòd loquitur de ſuſpenſione ſtatutorum. Rubrica cuius eſt nona primi libri. Alijs verò in dicto ſtatuto contentis, quę non eſſent contra pręſentem noſtram additionem,

nem,& contenta in eo in ſuo robore remanentibus.

De partitis mittendis de cętero ad buſſulam,& fabas.

ITEM corrigendo ſtatutum de buſſulis poſitum in primo libro ſub Rubrica vigeſſima,& corrigendo hoc edicto ſtatuimus, & ordinamus, quod in partitis mittendis de cętero ſuper refirmis officialium, vel alijs negotijs noſtri Communis, ſuper quibus partita mittuntur, talis ordo debeat deinceps obſeruari, videlicet,quod portetur ſolùm vnica buſſula,& loco pallu**c**tarum debeant dari faba alba,& faba nigra, videlicet faba alba pro affirmatiua del ſic, & faba nigra pro negatiua del non, & cuilibet de Prioribus, & Conſiliario de Conſilio,dum partita mandantur, debeãt dari due fabę,videlicet alba,& nigra. Et ipſi recipientes ſolùm vnam ex dictis fabis pro ſuo libito voluntatis mittere debeant in buſſulam prędictam. Reliquam verò ſub pęna periurij ſecretò pęnes ſe retinere;ad hoc vt dictę refirmę,cęteraque noſtri Communis negotia liberius,& vtilius,iuxtà hominum puras conſcientias, & animorum voluntatis tractentur, & agantur. Quicunque verò tantę fuerit temeritatis,quod plures in dictam buſſulam fabas immiſerit, ſeu aliquam aliã fraudem,ſeu dolum in his cõmiſerit,tanquam falſarius puniatur, & habeatur operis per effectum.

De refirma Medicorum, Cancellarij Communis,& Magiſtri gramaticalis, & aliorum Officialium.

VT noſtra Ciuitas Medicis, Cancellario, Magiſtro gramaticali, alijſque officialibus idoneis, ſufficientibus, bonis, probis, & acceptis ſit prædotata,hac conſtitutione perpetuò valitura duximus ſtatuendum, & ordinandum, quod eorum refirmę de cętero in Conſilio ducentorum Populi dumtaxat fieri debeant, vice qualibet ad buſſulam, & fabas, & nulla alia forma ſeruata,prout in ſuperiori ſtatuto proximo eſt ordinatum.Et

dictę refirmę obtineri debeant per maiorem partem dicti Conſilij, & non deleuando ad ſedendum. Si autem aliter fieri contingerit, decernimus eas, ac firmamus, nullius eſſe valoris; ſtatutis, reformationibus, ac cęteris in contrarium loquentibus non obſtantibus quibuſcunque, quibus ex dicta ſcientia derogamus. Hoc tamen volumus, quod in alijs officialibus à prædictis Medicis, Cancellario, & Magiſtro gramaticali, alius ordo ſeruetur, quod licet obtinuerint in dicto Conſilio ducentorum, vadant nihilominus eorum refirmę ad alia opportuna Conſilia, ſecundum quod eſt conſuetum in præteritum fieri.

De modo eligendi deinceps quatuor ſuper cauſis Communis, Ancianos, Pennonerios, & Duanerios.

SVPER electione quatuor bonorum virorum pro defenſione iuriũ noſtri Cōis talẽ modũ in futurũ ſtatuimus obſeruare, videlicet cõgregato Cõſilio generali de mẽſe Octobr. ſurgere deãnt ſex de num. ducẽtorũ Populi de quolibet quarterio in dicto Cõſilio exiſtẽtes, & omnes vadant ad accipiendum ſcaffinam, ſeu breuia, Et illi omnes, qui habebunt ſcaffinas, videlicet tres per quarterium præmiſſo corporali iuramento, vt eſt moris, vadant ad eligendum dictos quatuor, qui ſint de dicto numero Populi de potioribus, & melioribus dicti numeri, & illi, qui habebunt plures voces, ſint, & intelligantur electi ad dictum officium exercendum, quorũ officiũ duret per annum, & eorum electio per tribus annis fieri debeat, & dicti electi poteſtatem habeant, & bailiam ſecundum formam ſtatuti de eorum officio loquentis in omnibus, & per omnia, quod quidem ſtatutum in ea parte tantum, qua loquitur de eorum electione, & non aliter corrigimus, & caſſamus: & ſupradictis tribus annis completis, fiat electio de alijs, & pro alijs tribus annis, iuxtà formam prędictam. Et ſimilem modum ſeruare præcipimus, & ordinamus in futurum in electione Ancianorum, Pennoneriorum, & Duaneriorum, quorum officium duret particulariter de per ſe, prout, & ſicut in pręteritum eſt conſuetum durari.

Quod

Quod procuratores de regimine poſſint exercere artem eorum.

VT Procuratorum peritorum copia habeatur, & ne noſtrum bancum iuris ad nihilum deducatur, ac etiam, vt filij eorũ, qui ſtarent in noſtro regimine, materiã habeant adiſcendi cum honore paterno, & ſuorum anteceſſorum non videantur ſe deſtitutos. Caſſamus itaque, & in totum abolemus, & tollimus ſtatutum poſitum in additionibus noſtrorum ſtatutorum, manu Ser Sarturani Vannutij, quo cauebatur, quod nullus Procurator de noſtro regimine, & numero ducentorum Populi, poſſet artem procuratoris palàm, vel occultè ad banchum Iuris exercere &c. Et volumus, ſtatuimus, & ordinamus, quod dicti Procuratores poſſint, & valeant ad banchum Iuris, & alibi patrocinari, & eorum artem impunè exercere, prout, & ſicut ante dictum conditum ſtatutum poterant. Illo ſtatuto, vel alijs in contrarium diſponentibus, non obſtantibus quibuſcunq;. Cùm inconueniens, & iniuſtum arbitremur, quemquam eo exercitio, & arte priuari, quibus ſe, & ſuos alit, & nutrit.

De pęna fauorem præſtantium Poteſtati tempore ſcindicatus, & loquentium ſcindico eiuſdem.

ITEM ſtatuto loquenti de ſcindicatu Poteſtatis, poſito in primo libro ſtatutorum ſub Rubr. xxxvj. addimus, & addẽdo ſtatuimus, & ordinamus, quod nullus Ciuis, vel habitator noſtrę Ciuitatis audeat præſtare, ſeu pręſtet patrocinium, vel det auxiliũ, conſilium, vel fauorem, verbo, vel opere aliquo cõlore quæſito, alicui Poteſtati noſtro, tempore ſui ſcindicatus palàm, vel occultè ad banchum Iuris, ſeu quod det aliquod impedimentum alicui parte dare volenti aliquam petitionem dicto Poteſtati, eiuſque officialibus, vel familię, vel contra aliquem ipſorum aliquam querelam exponere, ad pęnam quinquaginta ducatorum pro quolibet, & vice qualibet, qua contrafecerit in prędictis, in quam ipſo facto incurrat, & ſoluere compellatur. Et vltrà dictam pęnam mittatur per

Poteſtatem, qui tunc erit ad confinium per vnum annum extrà Marchiam. Volumus tamen, quod die primo, quo inchoatur ipſe ſcindicatus, liceat vnicuique comparere pro dicto Poteſtate, & ſuis officialibus, vt eſt moris ad fideiubendum pro eis. Volumus inſuper, & ordinamus, quod ſi aliqua miſerabilis perſona delinquerit in prædictis, non debeat mitti ad confinia, ſed ſolum ad pęnam pecuniariam teneatur. Amplius ordinamus, quod nullus loqui debeat palàm, vel occultè cum ſcindico forenſe, qui veniet ad ſcindicandum Poteſtatem, ſine pręſentia ſcindicorum Ciuium ſuorum ſociorum, vel ſine expreſſa licẽtia dictorum ſcindicorum Ciuium. Contrafacientes verò pęnam quinquaginta ducatorum incurrat, totiens, quotiens, contrafecerint in prædictis. Excipimus autem hoſpitem, & eius familiam, vbi idẽ ſcindicus hoſpitabitur, quod ad pręd ictam non teneatur pęnam.

De Schioppictis dimittendis per noſtrum Poteſtatem loco targonum.

VT Ciuitas noſtra monitionibus in dies fulciatur neceſſarijs, hoc edicto ordinamus, quod loco targonum, & baliſtarum, quos, & quas noſter Poteſtas Communi noſtro dimittere tenetur, debeat dare, & ſoluere noſtro Cancellario de ſalario ipſius Poteſtatis xviij. ducatos monetę, quos idem Cancellarius debeat ſub pęna periurij expoſuiſſe in emptionem dictorum ſchioppictorum, infrà ipſis regiminis ipſius Poteſtatis, ita, & taliter, quod ante ſcindicatum Poteſtatis prædicti, idem Poteſtas poſſit eos dicto noſtro Communi aſſignaſſe.

De ſolutionibus tubatorum, & baiulorum.

AD refrenandum indebitas ſolutiones, quas pręcones, & tubatores, ac baiuli noſtri Communis, ab omnibus exigunt, pręſenti ordinatione firmamus, quod dicti pręcones pro quolibet bannimento, ſeu ſubaſtatione, quod, & quam fecerint ad inſtantiam alicuius de aliquibus rebus immobilibus, & vice qualibet, petere poſſint, & habere duos bolonenos, & non vltrà, & ſtare debeant vna hora pro quolibet bannimento. Baiuli verò cum ad inſtantiam alicuius iuerint ad citandum

dum in villam glorioſiſſimę Virginis de Laureto noſtri territorij, debeant habere, & petere à mittente vnum bon. cum dimidio. Ad Caſtrũ verò noſtri Portus duos bon. & ſimiliter ad noſtrum Caſtrum Montis Florum duos bon. Pręter has ſolutiones dicti pręcones, & baiuli, aliquid vltrà petere non poſſint, & habere ſub pęna centum ſolidor. Et requiſiti, teneantur ſinguli prędicta facere, abſque conditione ad pęnam prędictam. Et quod famuli Domini Poteſtatis euntes ad faciendum aliquam executionem realem cum dictis baiulis, pro quacunque quantitate infrà Ciuitatem debeant habere vnum bon. & extrà Ciuitatem duos pro quolibet, & nõ vltrà, quod ſi ire recuſauerint, miles ſocius eos mittere debeat ad petitionem petentis, ſub pęna x. librarum denar. de ſuo ſalario.

Quod Notarij bancharum teneantur dare libros, & acta copiari volentibus.

ITEM addendo ſtatuto de officio Notariorum ciuilium, & criminalium ſub Rubrica nona ſecundi libri, ſtatuimus, & ordinamus, quod dicti Notarij bancharum, & alij Notarij forenſes noſtri Communis teneantur, & debeant ſub pęna decem librarum pro quolibet, & vice qualibet dare Notarijs Ciuibus, & alijs volẽtibus copiare acta, vel alias quaſcunque ſcripturas, tàm de quibus ipſi extiterint rogati, quàm libros ſuorum pręceſſorum, ſtatim cum petierint, ne propter moram petentes, aliquod damnum petentes ſubſtineant. Adijcientes, quod quoad copias librorum ſuorum pręceſſorum, dum per aliquos Notarios forenſes aliqua acta, ſeu queuis ſcriptura copiarentur ex dictis libris, quod tali copię nulla fides dari debeat.

Quod

Quod miles ſocius Poteſtatis ſit Iudex competens in cauſis mercedum, penſionum, & coptimorum.

AD remouendum omnem ambiguitatem iuriſdictionis militis ſocij cuiuslibet Poteſtatis circa infraſcripta, hac lege municipali ſancimus, quod idem miles, qui pro tempore erit, ſit Iudex competens in cauſis quarumcunque mercedum, tàm mercenariorum, quàm pactualium, & quorumcunque aliorum, quibus ex ſua opera aliquid deberetur, etiam cuiuſcunque quantitatis cauſa foret. Quas quidem cauſas de facto cognoſcere, & terminare valeat, etiam ſeruato tempore in honorem Dei. Et ſimiliter idem miles cognoſcere, & terminare poſſit, & debeat, ſummariè, & de facto omnes cauſas quarumcunque, cuiuſcunque quantitatis exiſtant, & ſine aliqua ſcriptura, & in prędictis cauſis, tàm penſionum, quàm coprimorum nullę repentine ferię habeant obſtare. Et in omnibus cauſis prędictis cognoſcat, & terminet de facto, & ſine vlla ſcriptura, ac ſolemnitate ſeruata.

De praſcriptione libri iuſtitiæ.

ITEM addendo ſtatuto de libro iuſtitię loquenti, ſub Rubrica vigeſſima ſecundi libri, ſtatuimus, & & ordinamus, quod creditores, qui a ſuis debitoribus aliquas denariorum, ſeu rerum ſummas vigore obligationis per ipſos debitores factę ad dictum librum iuſtitię recipere tenerentur, taciti ſtabunt per vigiti annos completos, a tempore cõtractus, ſeu ſcripturę obligationis prædictę in petendo eorum debitum, poſt dictum tempus per Iudicem, vel alios officiales noſtri Communis in iudicio, vel extrà nullatenus audiantur, ſed eorum actioni per debitorem penitus ſit prę ſcriptum, & quicquid contra præſentem additionem actum, ſeu factum fuerit, nullius ſit valoris, efficacię, vel momenti. In alijs partibus dicto ſtatuto firmo remanente.

Quod

Quod Poteſtas teneatur infrà quindecim dies à die notitię delicti formare proceſſum.

ITEM addendo ſtatuto de copia proceſſus mittenda ad Cameram ſub Rubrica ſecũda tertij libri, ad obuiandum malignitatibus eorum, qui maleficia habent occultare, ſtatuimus, & ordinamus, quod Poteſtas noſter, qui pro tempore erit, teneatur, & debeat ſub pęna centum librarum den. infrà quindecim dierum ſpacium à die notitię alicuius maleficij, ſeu delicti, ſuper ipſo delicto, ſeu maleficio contra delinquentem, ſeu delinquentes formare, & inſtituere proceſſum, & copiam mittere ad cauſam, & ad reliqua procedendum iuxtà noſtrorum formam ſtatutorum ſeriem, & tenorem. Alijs in dicto ſtatuto contentis in ſua firmitate remanentibus.

De pęna percutientis patrem, vel matrem.

SI quis in tantæ impietatis, & crudelitatis deuenerit audaciam, quod omni Dei timore, & parentum pietate poſtergatis, patrem, vel matrem manu, ſeu armis percuſſerit, pro tanti facinoris punitione ſtatuimus, & ordinamus, quod per noſtrum Poteſtatem, vel eius curiam debeat in publicis carceribus noſtri Communis per tres menſes continuos poni, & recludi, & nullam aliam pęnam pecuniariam ſoluere compellatur, excepto caſu, quod abſit, ſecutę mortis, quod tunc, vt homicida penitus puniatur. Et quod detemptus in huiuſmodi carceribus, ſemel quolibet menſe dictorum trium menſium vna die Dominica, vel feſtiua, & per totam ipſam diem vſque ad ſera, debeat ſtare ligatus in catena ferrea exiſtente ante Turrim magnam Communis in ſtrata publica. Quod quidem carcerationem, ac permanẽtiã in catena ligatus, nulla denariorum, ſeu rerũ quantitate, poſſit idem filius iniquitatis redimere. Et quod ſi capi non poterit, vel, quod in for-

tiam dicti Poteſtatis non deuenerit, ſit in banno à noſtra Ciuitate, eiuſque fortia, Comitatu, & diſtrictu, vſque, & donec dicto tempore trium menſium ſtabit in dictis carceribus, & dictis tribus diebus Dominicis ad catenam prędictam ligatus.

De modo ſeruando in proceſſibus non valentibus expediri ob aliquam cauſam.

FASTIDIVM, ac tedium illorum proceſſuum, qui quandoque propter teſtium abſentiam, & aliquãdo propter forenſes, qui commiſſo crimine mandatis noſtrorum Rectorum parere, ſeu coram eis citati comparere contendunt, vel condemnationes eorum ſoluere negligunt, tanto tempore in longum protrahũtur, tàm à dictis noſtris Rectoribus, quàm à nobis remouere cupientes, ſtatuimus, & ordinamus, quod dicti noſtri Rectores teneantur, & debeant in futurum ſolum de tribus annis, in tres annos à die formati proceſſus ſuper eis diligentem facere diſcuſſionem, & inueſtigationem, quibus expletis dare debeant nomina delinquentium, ſeu teſtium in ſcriptis Cancellario noſtri Communis, qui quidem Cancellarius ſtatim teneatur de his in vno libro de per ſe, & ad hunc vſum deputando, tàm de nomine prędictorum, quàm de nomine Poteſtatis, qui contra eos proceſſus inſtituerit, & teſtium prædictorum facere ſpecificam mentionem. Vt ſi vllo vnquam tempore huiuſmodi partes in fortiam noſtri Communis aduenerint, & executio, & proceſſuum expedito fieri debeat, & poſſit.

De pęna percutientis cum armis in facie à collo ſupra, ſi liuorem fecerit.

ITEM addendo ſtatuto de pęna percutientis aliquem in facie cum armis, Rubrica quadrageſſima tertij libri, ſtatuimus, & ordinamus, quod ſi quis percuſſerit aliquem in facie, ſeu à collo, ſeu vltrà in ipſo collo cum aliquo genere armorum, & liuorem fecerit, ſeu carnis tumefactionem, ſine ſanguinis effuſione, ſoluat pęnam

nam

nam.lxxv. librarum denariorum. Si verò ſanguis non exiuerit, & liuor, ſeu tumefactio non apparuerit, ſoluat bannum quinquaginta librarum. Statuto prędicto in alijs partibus in ſuo robore remanente.

De pęna percutientis aliquem cum manu in faciem cum liuore.

ITEM ſtatuto loquenti de pęna percutientis aliquem cum manu, ſub Rubrica lxiiij. tertij libri addendo ſtatuimus, & ordinamus, quod ſi quis alapam dederit alicui, ſeu ipſum quoquomodo cum manu in facie percuſſerit, ex qua percuſſione liuorem fecerit, ſine ſanguinis effuſione, ſoluat pęnam triginta librarum pro qualibet percuſſione. Cęteris partibus in dicto ſtatuto contentis in ſua firmitate perſiſtentibus.

De non immittendo ignem infraſcripta forma non ſeruata.

GRAVIA, ac intollorabilia damna, quę ſuperioribus temporibus ex immiſſione ignis noſtri Ciues in ſuis oliuetis, vineis, & poſſeſſionibus ſubſtinuerũt tollerare nolentes, vt quos Dei timor à tanto malo non reuocat, ſaltim metu grauioris pęnę delinquentes in pręmiſſis de cętero delinquere pertimeſcant. Statuto itaque loquenti de pęna incendiarij, ſub Rubrica lxx. tertij libri addendo ſtatuimus, & ordinamus, quod ſi quis immiſerit ignem in ſuis poſſeſſionibus, ſeu per eũ conductis, pro vtilitate ipſarum poſſeſſionum, vel alibi, à Kalendis menſis Iunij, vſque ad Kalendis menſis Septempris, licentia non petita, & obtenta à noſtro Poteſtate, & præſtitis idoneis fideiuſſoribus coram eo, de emendando omne damnum, quod ipſę ignis progreſſus in al-

in alterius poſſeſſiones, vel res fecerit, pœnam centum librarum ſine remiſſione aliqua, ſoluere noſtro Communi teneatur, cum totali emendatione damni, quod idem ignis oburendo dederit, quam pęnam ſi ſoluere non poterit, manus deſtra amputetur eidem. Si autem dictam licentiam petierit, & præſtitis dictis fideiuſſoribus eam obtinuerit, & dictis ignis damnum dederit, vt ſupra eſt expreſſum, volumus eum ad aliquam pęnam non teneri, ſed ſolum ad emendationem damni teneatur. Poteſtas autem, ſeu eius officialis, qui licentiam de immittendo ignem alicui dederint, priuſquam ipſa licentiam poſtulans, pręſtiterit dictos idoneos fideiuſſores vt ſupra, pęnam ducentarum librarum tempore ſcindicatus ſoluere de facto compellantur, pro vice qualibet, qua prædicta non obſeruauerit, dicto ſtatuto in alijs ſuis partibus firmo manente.

De pęna ludentium ad ludum azardi, tempore prohibito.

LVDENTIVM prohibito tempore ad azardum, vitium deteſtabile, pęnam ampliantes, cum ex ludo pręſertim huiuſmodi, vti experientia docet omnipotentis Dei, eiuſque pię Matris, & Sanctorum ſuorum infinitę blaſphemię, necnon furta, rapinę, aſſaſinatus, & omne genus mali cauſantur. Ideo addere ſtatuto de pęna ludentium ad ludum azardi, ſub Rubrica cxiiij. tertij libri ſque nobis viſum eſt, & addendo ſtatuimus, & ordinamus, quod nulla perſona audeat, vel pręſumat ludere ad dictum ludum in dicta Ciuitate noſtra, eiuſque Comitatu, fortia, & diſtrictu, ad pęnam quinquaginta librarum denariorum de die, & centum librarum de nocte, vice qualibet, ſine remiſſione aliqua, & vltra dictam pęnam quilibet contrafaciens teneatur, & debeat iacere in publico carcere turris Communis per vnum menſem continuum, & illico carcerari debeat ipſo commiſſo delicto, per noſtrum Poteſtatem, vel eius Officiales, & terminum dicti menſis incipere debeat à die ſolutionis dictę pęnę, & non antea, quàm carcerationem redimere poſſit contrafaciens, ſoluendo noſtro Communi, vltrà ſupradi-

ctam

ctam pęnam vigintiquinque libr. denar. ſine remiſſione, & non aliter, nec alio modo. Volumus etiam, quod nulla perſona audeat tales ludentes receptare ad ludendum in ſua domo propria, vel conducta, ſeu in eius tugurio, vel capanna ſuę poſſeſſionis, nec ſcienter permittere, ſeu cōſentire, vt in eiſdem locis ipſi ludant ad ludum prędictum, ſub pęna centum libr. denar. de facto exigenda, & vltrà dictam pęnam teneatur iacere per vnum menſem in dictis carceribus modo ſupradicto, & dictam carcerationem ſimiliter, & ipſę redimere poſſit, ſoluendo dicto Communi dictas vigintiquinque libr. ſine remiſſione. Et ſuper dicta receptatione, & permiſſione ludi prędicti ſufficiat dictum vnius teſtis fide digni. Si autem reperiretur aliqua perſona delinquens in aliquo prędictorum, tàm pauperrima, quod non poſſet ſoluere pęnam pecuniariam, ordinamus quod loco ipſius pęnę pecuniarię, vltrà dictum menſem, quo detineri debet in carceribus, teneatur, & debeat iacere ſex menſibus in antelibatis carceribus, & completis dictis vj. menſibus, & non anteà, relaxetur. Liceatque vnicuique in prędictis accuſare cum vno teſte fide digno, & primus accuſans habeat medietatem pęnę pecuniarię, & accuſator, & teſtis teneantur in ſecretum. Et ſi eſſet aliqua perſona ludens ad dictum ludum, & accuſaret aliquem de ſuis ſotijs ludentibus ad ludum prædictũ, Illi ſocio, qui primò accuſabit ex nunc, prout ex tunc ſit ſibi remiſſa pecuniaria pęna, & carceris, ac ſi non luſiſſet, & vltrà hoc, habeat medietatem pęnę, quam ſoluent prędicti ſui ſocij. Et ad excitandum noſtros officiales, vt ſolertes, & vigilantes exiſtant ad rimandum contra prędictos, ordinamus, quod pro ſua inuentione, ſi inuenerint aliquos ad ludẽdum ad ludum prędictum, habeant quartam pęnę, in quã contrafacientes incurrerent, ſtatim ſolutione facta per eos. Poteſtas autem, & ſui officiales teneantur, & debeant facere executionem contra delinquentes in prędictis, de facto, ſine alia condemnatione, ſeu inſtitutione proceſſus, & per bullectam fiat ſolutio, & puniatur de negligentia, vel omiſſione prędicti Poteſtas, & officiales ſecundum formam ſtatutorum, tempore eorum ſcindicatus. Amplius ad terrendum, & compeſcendum cunctorum pręſidentium populari ſtatui dictę Ciuitatis audaciam, ordinamus, ac ſtatuimus, quod ſi quis ex Dominis Prioribus tantę fuerit audacię, aut ipſi Priores omnes, quod permitterent, conſentirent, ſeu vellẽt, quod luderetur, vel luderent ad dictum ludum in palatio reſidentię ipſorum Magnificorum Dominorum Priorum, vel eius Turri, ſeu pertinentijs

nentijs alijs pręfati Palatij, quod eſſe debet bonorum morum ſpeculum, & exemplum, immò verius quin ſanctuarium, quod ad pęnas ſupra ſpecificatas in omnibus, & per omnia teneantur, & vltrà pęnas ſupradictas, pro tanta pręſumptiua audacia, debeāt ipſo facto, quod inciderint in commiſſum, & ſtatim caſſari de numero ducentorum Populi. Et Cancellarius, qui pro tempore erit, debeat ſine aliqua alia licentia, & auctoritate delinquentes huiuſmodi radere, & abolere de numero prædicto, ſubitò habita notitia de prędictis, ſub pęna centum lib. de ſuo ſalario de facto exigenda, ſi negligens, & remiſſus fuerit in prędictis. Rurſum exceptuamus dictum palatium, & eius pertinentias, & turrim, quod tempore feſti Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, quo licet ludi, in ipſo ludi non poſſit, nec debeat quoquo modo, & pertinentijs prædictis. Et volumus Priores ipſo tempore pręſidentes, ſi conſentirent, vel permitterent ludere in eo, quod incidant ipſo facto in pęnas ſupradictas. In alijs verò partibus, volumus illud ſtatum ſubſiſtere, quæ non ſint tamen contra huiuſmodi noſtram additionem.

De pęna deuaſtantis piſcheriam alterius, vel piſcantium, ſeu proijcientium aliquid in ea.

QVicunque in alterius piſcina, ſeu piſcheria piſcatus fuerit, capiendo piſces cũ hamo, vel retę, ſeu quocunq; alio artificio, ſi de die fuerit, incurrat pęnam decem libr. ſi autem de nocte, pęnam vigintiquinque libr. pro banno ſoluat, cum emendatione danni in quolibet caſuum prędictorum, de quibus omnibus ſtetur ſacramento domini, cum vno teſte fide digno. Si autem aliquis calcem, vel aliam quācunque rem, ſeu herbam, qua piſces necantur, & pręſertim herbam illam, quæ vulgariter dicitur la cecapeſce in dicta piſcina proicerit, ſiue de die, ſiue de nocte fuerit, ſoluat bannum quinquaginta libr. cum emendatione danni domino eiuſdem, & in quolibet dictorũ caſuum, quilibet denunciare poſſit, & habeat medietatem dictarum pęnarum, & eius nomen teneatur in ſecretum. Adijcientes quod in prędictis, ſocius eiuſdem criminis poſſit alios ſocios, ſeu ſotium denunciare, & ipſe ad nullam pęnam teneatur, ſed potius dimidiam pęnę, quam

ipſi

ipſi ſocij, vel ſocius ſoluerint, conſequatur per effectum. Si verò aliquis piſcinam alterius aliter quomodocunq; deuaſtauerit de die, ſoluat bannum decem librarum, & ſi de nocte pęna duplicetur eidem, & damnum domino reſarcire cogatur, de quo ſimiliter quilibet poſſit ſecretò denunciare, & dimidiam pęnę conſequatur.

Quod vltrà deputatum officialem damnorum datorum, deputentur duo alteri officiales pro certo tempore.

DAMNA intollerabilia, quæ noſtris in poſſeſſionibus, earumque fructibus, vltrà ſolitum, hominum creſcente malitia, inferuntur, refrenare cupientes, hoc edicto ſtatuimus, & ordinamus, quod vltrà generalem officialem damnorum datorum noſtri Cõmunis, debeant eligi duo alij officiales damnorum datorum ſemoti ab eo, Anno quolibet, pro quatuor menſibus, videlicet Iulij, Auguſti, Septembris, & Octobris, qui electi teneantur ire perſonaliter, ad rimandum pro damna dantibus, & alia facere, quæ ipſę principalis Notarius, & officialis in omnibus, & per omnia facere tenetur. Et habeant ſimilem poteſtatem, & bailiam in omnibus, & ſingulis, quę idem principalis ex forma noſtrorum ſtatutorum, & ordinamentorum habet. Et ſimiliter habere debeant illam partem de inuentionibus, & omnibus alijs, quam principalis ille habuit, & habet ex forma ſtatutorum, vel reformationum noſtri Communis. Finito verò eorum officio, ſtabũt duobus diebus ad ſcindicatum, & reddendũ rationem eorum adminiſtrati officij, ſcindicatoribus ipſorum per noſtrum Commune deputandis.

De pęna paſculantis in oliuis combuſtis, inciſis, & de nouo plantatis.

VT oliuę, quę guerrarum tempore per inimicos Sanctę Eccleſię inciſę fuerũt, & combuſtę, ſeu aliter, & quomodocunque omni tempore combuſtę, vel inciſę fuerint reſtaurari valeant, & earum nouellę, ſeu quæ plãtatę de nouo erunt, creſci valeant, & augumentari, Statuimus, & ordinamus, quod ſi quis in dictis oliuis

damnum dederit cum quolibet genere animalium, exceptis pecudinis, & porcinis, ſeu quod ipſa animalia dictis pecudinis, & porcinis excepta, damnũ dederint in eiſdem, ſoluat dominus dictorum animaliũ medium ducatum pro quolibet animali, & qualibet vice, cuius pęnę medietas noſtro Communi applicetur, & reliqua medietas inter officialem, & damnum paſſum ęqualiter diuidatur, dummodò de damno euidenter appareat.

De Aromatarijs, & alijs vendentibus cera in noſtra villa Sancta Maria de Laureto.

FRAVDIBVS, quę per Aromatarios in villa glorioſiſſimę Virginis Marię de Laureto noſtri territorij, & diſtrictus conmittuntur, obuiare volentes, vt ipſa glorioſa, & pia mater hanc ſuam Ciuitatem in pace, & vnione conſeruet, ab omni mundano periculo liberet, ordinamus, quod Aromatarij, & alij ceram vendentes, tàm Ciues, quàm forenſes, qui in ipſa villa, ſeu in pertinentijs ipſius villę fuerint, vel habitabunt, teneantur ceram puram, & non malitiatam laborare, & vendere, ſub pęna decem librarum denar. totiens quotiens delinquerint in prædictis. Cęreos candelas, & omnes alias res pręter imagines ponderent, & ad pondum vendant, nec minus debito, & iuſto pondere emptoribus tribuãt, ſub pęna, & ad pęnam in alijs noſtris ſtatutis comprehenſam. Papiros in cereis apponant, & laborent, ac ipſos cereos eorum bulla ſigillent. Et omnia alia obſeruent, & faciant, quę in ſtatuto poſito in tertio libro ſub Rubrica c v i j. vel alijs ſtatutis, & ordinamentis noſtri Communis continentur, ſub pęnis in eiſdem contentis. Notarius verò dictę villę, & alij Notarij, videlicet damnorum datorum cum per çercas vadunt per villam, ſeu pertinentias prędictas, & extraordinariorum Notarij, & ſpecialiter dictus Notarius villę, quod ibi reſidentiam facit, ſuper his omnibus diligenter inueſtigent, & potiſſimè tempore feſtiuitatis ipſius glorioſiſſimę Virginis, & repertos culpabiles puniant, & codamnent iuxtà formam pręſentis ſtatuti, & aliorum ſtatutorum prędictorum, ſub pęna decem librarum denar. pro quolibet, ſi negligentes erunt in prędictis. Adijcientes, quod prędicti Notarij extraordinariorum cuiuslibet Poteſtatis tem

pore ęſtiuo adminus bis in hedomada, & ſemel hyemali tēpore teneātur irę ad dictam villam ad inquirendum pro prędictis, & alijs extraordinarijs. Poteſtas verò tempore feſtiuitatis teneatur mittere dictum officialem, vel vnum alium de ſuis ad rimandum pro prædictis.

De ſolutione vini, quod venditur adminutum in dicta villa.

QVICVNQVE vinum adminutum vendiderit in villa Sanctę Marię de Laureto ſoluat vnum ducatum pro quolibe ſtario, nec vinum vendat donec veges per noſtros ſtagiatores in pręſentia officialis ſuerit ſtagiata, & pitictum vini plus oī tempore non vendat, quàm hic in Ciuitate vendatur, pęna xx. ſol. pro quolibet piticto, & vice qualibet, quaconſecerit in prędictis. Si verò aliquis ex tabernarijs, vel habitantibus in dicta villa vinum emerit hic in Ciuitate, prouendendo ad minutum ibidem, ſoluat pro qualibet ſalma noſtris duanerijs ad pęnam centum ſolidorum, quatuor bol. cuius pęnę medietas ſit Communis, & reliqua accuſatoris, & poſſit quilibet accuſare, & eius nomen in ſecretò teneatur. Et prędicti tabernarij, & vinū adminutum vendentes ad omnia ſint adſtricti, quæ in ſtatutis de eis loquentibus continentur, & de eorum commiſſis fraudibus. Et contra quos officiales noſtri Communis inquirere teneātur, & repertos culpabiles punire, prout ipſa ſtatuta requiruut. Volumus tamen, quod illis tribus diebus feſtiuitatis dictę glorioſiſſimę Virginis, videlicet vigilię, feſti, & ſequentis diei, ſicuti hactenus eſt obſeruatum, quod tàm noſtri Ciues, & habitatores noſtrę Ciuitatis, quàm habitantes, & tabernantes in dicta villa, & eius pertinentijs, poſſint vinum vendere ibidem, ſine ſolutione alicuius gabellę, ſemper tamen vendendo pitictum, eo prætio quo hic vendetur.

Quod ſalma bigunzorum vuarum pro vna ſalma vini debeat ſcribi.

ITEM ſtatuto,& ordinamentis loquentibus de deſcriptione vini ad ianuas, addimus, & addendo corrigimus illa in ea parte, vbi dicunt, quòd quęlibet ſalma bigunzorum vuarum, debeat ſcribi per ſcribanos pro vna ſalma cum dimidia vini, Et volumus, quod in futurum quęlibet ſalma vuarum, quę in bigunzijs deferuntur, debeat per eos deſcribi pro vnica ſalma vini, & non vltrà.

Quod de bobus arantibus gabella ſolui non debeat.

ABVNDANTIAM in noſtro Populo,& non penuriam pro poſſe procurantes,& vt Ciuitas grano,& omni blado affluenter abundet, ac noſtri laboratores letanti animo circa laboritia ſtudeant, & intendant, ſtatuimus, & ordinamus, quod in futurum de bobus arantibus nulla gabella noſtro Communi ſolui debeat quoquomodo.

Quod conducentes animalia per terram teneantur ſoluere gabellam.

ITEM addentes ſtatuto loquenti de ſolutione conducentium animalia per mare, ſub Rubrica lxxxix. quarti libri, ſtatuimus,& ordinamus, quod ſi quis conduxerit quęcunq; animalia per terram, teneatur ſoluere illam gabellam, quam ſoluere tenentur illi, qui animalia prędicta per mare conducunt, prout ſeries illius ſtatuti iubet,& mandat.

Quod diebus feſtiuis tantummodò non poſſit ludi ad pilam.

ITEM corrigimus ſtatutum poſitum in additionibus ſtatutorũ ſub Rubrica de pęna ludentis ad pilam &c. Et ipſum reducimus in hũc modum, videlicet quod ad dictum ludum, impunè ludi poſſit omni tempore, exceptis diebus feſtiuis, quibus nullo modo ludi poſſit, ſub pęna quadraginta ſolidorum de facto ſoluenda,& per bullectam. Et ſimilem

lem pęnam ſoluere compellantur, qui luxerint propè Eccleſias, videlicet quadraginta ſolid. pro quolibet ludente, ſingula ſingulis referendo, tàm dictis diebus feſtiuis, quàm propè Eccleſias prædictas.

Quod reformationes de quibus præſentibus ſtatutis, & additionibus ſit mentio ſint de cętero nulle.

RVRSVM remouere volentes ambiguitates omnes ſuper reformationibus hactenus in noſtro Cõſilio editis, volumus, & ordinamus, quod omnes reformationes, de quibus in pręſentibus noſtris ſtatutis, additionibus, correctionibus, & caſſationibus facta eſt per nos mentio, nullius deinceps ſint valoris, roboris, efficacię, vel momenti. Reliquas autem reformationes in dicto Conſilio editas, de quibus in præſentibus noſtris ſtatutis, additionibus &c. Nulla per nos facta eſt mentio, volumus in ſuo robore permanere.

De pęna noſtri Ciuis, qui fauorem præſtiterit attentãti aliquid contra noſtram iuriſdictionem.

ITEM addentes ſtatuto poſito in dictis additionibus noſtrorum ſtatutorum, quod eſt primum ſtatutum dictarum additionum, quo cauetur, quod nulla perſona Ciuis, vel habitator noſtrę Ciuitatis audeat, vel pręſumat in primis cauſis ciuilibus, vel criminalibus meris, vel miſtis trahere, vel conuenire alium Ciuem, vel habitatorem prædictę noſtrę Ciuitatis extrà iuriſdictionem, & cognitionem noſtri fori &c. Statuimus, & ordinamus, quod ſi quis ex dictis noſtris Ciuibus palàm, vel occultè pręſtauerit opem, auxilium, conſilium, vel fauorem alicui attentanti aliquid quod eſſet, ſeu eſſe poſſet contra, & præter dictam iuriſdictionem, & cognitionem, ſeu contra formam noſtrorum indultorum, priuilegiorum, & immunitatum noſtri Communis, verbo, vel facto, de facto incurrat pęnam in illo ſtatuto annotatam, videlicet ducentarum librar. den. ſine remiſſione totiens, quotiens, delinquerit in prędictis. Alijs partibus in dicto ſtatuto contentis in ſua firmitate permanentibus.

APPROBATA, confirmata, & autenticata fuerunt prędicta ſtatuta, & ordinamenta in pręſentibus quinq; cartis ſcripta, in publico, & generali Conſilio Communis, & hominum Ciuitatis Recaneti, per ipſum Conſilium, & per Magnificum militem Dominum Diamantem di Bonnatis de Monte Falcho honorabilem Poteſtatem Ciuitatis Recaneti, & Magnificos Dominos Priores Populi dictæ Ciuitatis, ipſo Conſilio, mandato præfati Poteſtatis ſono tubę, voceq; pręconis, & ad ſonum campanę more conſueto ad hunc actum congregato in ſala magna palatij Communis præfati, reſidentię præfatorum Priorum, poſito in Quarterio Sancti Angeli, iuxtà res dicti Communis vndique, miſſoq; partito ſuper dictis ſtatutis, & quolibet eorum per præfatum Poteſtatem, volentibus, & conſentientibus DD. Prioribus in dicto Conſilio inter homines Conſiliarios dicti Conſilij deſedendo ad leuandum, ſecundum formam ſtatutorum Recaneti, & obtento inter eos, omnibus ſedentibus, & nemine in contrarium ſurgente. Et ſcripta per me Iacobum Notariũ infraſcriptum, ſub Anno Domini M.CCCCXLVIII. Indict. xi. tempore Sanctiſſimi in Christo Patris, & Domini noſtri, Domini Nicolai diuina prouidentia Papæ Quinti, die verò xxv. menſis Augusti, præſentib. ſpectabilibus viris Franciſco Iacobi, Ser V. nantio Maſſij, Iacobo Peri, Ioanne Stephani, Luca Antonij, & alijs pluribus in dicto Conſilio exiſtentibus teſtibus &c.

ET Ego Iacobus Magiſtri Petrutij de Recaneto publicus Apoſtolica, & Imperiali auctoritatibus Notarius, & tunc Notarius dictorum Dominorum Statutariorum, præſentibus omnibus, & ſingulis ſtatutis in dictis quinq; cartis ſcriptis, ac eorum approbationi, & autenticationi interfui, & de dictorum Statutariorum, ac Dominorum Poteſtatis, & Priorum, totiuſque Conſilij prędicti præſentia, cōſenſu, deliberatione, & auctoritate ab eis rogatus ſcribere, ſcripſi & publicaui, ſignumq; meum appoſui conſuetum.

Locus ✠ Signi.

IN nomine Domini Amen. Anno Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo octauo, die vltimo menſis Auguſti Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto patris, & Domini, Domini noſtri, Domini Nicolai diuina prouidentia Papę Quinti anno ſecundo. Pręſentata fuerunt ſupradicta ſtatuta, ordinamenta, & reformationes pro parte Communis, & Populi Ciuitatis Recanaten. Reuerendiſſimo in Chriſto Patri, & Domino, Domino Filippo Dei gratia Epiſcopo Bononien. in Prou. Marchię Anconitan. &c. pro Sanctiſſimo Domino, Domino noſtro prælibato, & S.R.E. Gubernatori, & Vicario generali, per Oratorem dictę Ciuitatis, & per eundem, ipſorum confirmatio fuit cum inſtantia poſtulata. Qui Dominus Gubernator ſtatuta prædicta, & ordinamẽta eximio viro Iur. ſdoctori Domino Franciſchino de Treuio Auditori ſuo audienda, & examinanda commiſit, à quo relatione habita, quod iuſta ſunt, & rationi conformia, ipſa ſtatuta, & ordinamenta confirmauit, laudauit, & approbauit, & pro legibus ab omnibus haberi voluit, & mandauit inpoſterum obſeruari, dummodò ſacris Canonibus non ſint contraria, & peccatum non nutriant, excepto tamen ſtatuto, ſub Rubrica de pęna percutientis patrem, vel matrem, quod ſub tali limitatione approbamus, quod in percuſsionibus manu vacua, tãtùm factis per filium contra prædictos patrem, ſeu matrem cum ſanguine, vel ſine, dictum ſtatutum ſeruetur, & locum habeat. In alijs autem percuſsionibus, cum aliquo genere armorum factis, puniatur dictus percutiens pęna dicti ſtatuti, & vltrà pęnam prædictam puniatur ea pęna, qua puniretur ſi priuatus priuatam perſonam percuteret, vel aliter arbitrio Poteſtatis. Rogans me Notarium, & Cancellarium infra ſcriptum, vt de prædictis publicum conficerem inſtrumentum. Dat. Tollentini ſub impreſsione magni ſigilli præfati Reuerendiſsimi Domini Gubernatoris in domibus eius ſolitę reſidentię, Anno, die, & Pontificatu quibus ſupra.

Locus ✠ Sigilli.

Bernardus de Albricis Canc. Mand. præfati Reuerendiß. D. Guber. ſupradicti &c. Cum additione ſupradictę clauſulę, vel aliter arbitrio Poteſtatis.

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Amen. Ad laudem, & reuerentiam omnipotẽtis Dei eiuſq; Sacratiſſimę Matris glorioſiſſimę Virginis Marię, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac Sanctorum Martirum Flauiani, & Viti Protectorum, & defenſorum Communis, & Populi Ciuitatis Recaneti, ac totius cęleſtis curię triumphantis; ad honoremque, ac ſtatum Sacroſanctę Romanę Eccleſię & Sanctiſſimi, ac Beatiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domini Eugenij diuina prouidentia Papę Quarti, ac Reuerendiſſ. in Chriſto Patris, & Domini, Domini Aſtorgij Dei, & Apoſtolicę Sedis gratia Epiſcopi Ancon. & Human. pro Sancta Romana Eccleſia, & dicto Domino noſtro Papa in Prou. Marchię Ancon. Locumtenente &c. Et ad conſeruationem, & augumentum pacifici, & tranquilli ſtatus Communis, & Populi Ciuitatis Recaneti, mortemq; , & exterminium omnium emulorum eiuſdem. Infraſcripta ſtatuta, prouiſiones, & ordinamenta, diminutiones, declarationes, & additiones ſuper ſtatutis, & ordinamentis Cõmunis Recaneti. Nos ſtatutarij ad hęc deputati, & ſpecialiter electi per Commune, & Conſilium dictæ Ciuitatis, ſub anno Domini eiuſdem à Circunciſione M.ccccxxxj. Indict. ix. Et tempore pręlibati Domini noſtri, Domini Eugenij Papę Quarti, & de menſe Auguſti, ſecundum ſeriem ſtatutorum dicti Communis, prout de noſtra electione plenè conſtat, manu facundi, & egregij viri Ser Valentini Ser Ioannis de Matelica Cancellarij dicti Communis Recaneti, in vnum exiſtenti in refectorio Monaſterij Eccleſię Sanctę Marię de Platea de Recaneto, quod poſitum eſt in platea Communis prędicti, iuxtà res dicti Monaſterij, plateã dicti Cõmunis, & alios fines omni modo, via, iure, & forma, quibus melius poſſumus, & debemus. Nos videlicet.

Iacobus Mencionis.
Ser Claudius Gualdani.
Marcus Nicolæ.
Antonius Poloni.
Ser Gabriel Albrici.
Ser Nicolaus Vannis.
Ioannes Petrutij.

Fran-

Franciſcus Iacobi Ciſci.
Franciſcus Ciſci.
Ser Ioannes Antonij.
Petrus Ioannes Carboni.
Hieronymus Iacobi.
Ser Antonius Iacobi Mencionis.
Mellus Dominici.
Colutius Cicchi.
Petrutius Angelutij.

Statutarij prędicti per dictum Commune electi, & deputati, & nominati vigore arbitrij, & poteſtatis nobis in hac parte conceſſi, & attributi per dictum Commune, & Conſilium, oĩ diligenti fide, & cura, & modo, quib. melius potuimus, & debemus, ſeruata forma ſtatuti dicti Cōis. Sacroſanctę, & indiuiduę Trinitatis nomine, cum omni, qua decet deuotione inuocato, prout ipſa diuina gratia nobis benignè mõſtrauit, ad infraſcripta ordinamenta, & ſtatuta, prouiſiones, correctiones, additiones, & diminutiones proceſſimus, & procedimus in hunc modum videlicet.

IN primis addendo ſuper ſtatuto poſito in libro primo, quod in refirma officialium noſtræ Ciuitatis, non poſſit, nec debeat vocari ad Conſilium generale pro refirma alicuius officialis, niſi illos, qui tunc temporis erunt de Conſilio, & quod ſufficiãt octuaginta palluctę. Rubr. xxxiiij. addimus, & addendo ſtatuimus, & ordinamus, quod Priores, qui pro tẽpore fuerint, non poſſint, nec debeãt aliquos vocare, ſeu vocari facere, nec coadunare in Conſilio generali, præterquam illos de Conſilio, aliàs ſi ſecus fecerint, puniãtur dicti Priores, & quilibet ipſorum in viginti ſolid. pro qualibet vice, in omnibus alijs ſuis partibus dicto ſtatutō in ſuo robore permanente.

ITEM ſuper ſtatuto de reaſſigna, ſeu monſtra Poteſtatis Recaneti, Officialium, & ſuę familię, ſupra poſito in primo libro Rubr. xxij. addendo, & reformãdo ſtatuimus, & ordinamus, quod Priores, qui erunt pro tempore in officio Prioratus Ciuitatis Recaneti, durante eorum tempore, qualibet hedomada, ſemper dicto tempore durante, debeant, & teneantur monſtrã facere Poteſtati Ciuitatis Recaneti, de omnibus

nibus eius officialibus, domicellis, famulis, & equis, & ipſum repertum culpabilẽ puniri facere, & puniri debere ea pęna, quæ impoſita eſt per dictum ſtatutũ, quę pęna de dicto menſe durãtes dicto officio Prioratus debeat poni ad computum dicti Poteſtatis, & de ſuo ſalario dicti menſis diſcomputari. Et ſi dicti Priores, ac etiam Cancellarius dicti Cōis, fuerint negligentes in pędictis, vel aliquo pędictorũ, puniantur in xx. ſol. pro quolibet, & vice qualibet, tàm dicti Priores, quàm Cancellarius pręG dictus. Et quod Ratiocinatores dictorum Dominorum Priorum ex eorũ officio teneantur, & debeant tempore ſcindicatus dictorum Dominorũ Priorum reuidere, & eis oſtẽdi facere dictas mõſtras, & ſi reperierint dictos Dominos Priores, & Cancellarium negligentes, punire, & defalcare debeant de ſalario dictorum Dominorum Priorum, & dicti Cancellarij. Volentes etiam, quod dicti Priores in introitu eorum officij teneantur, & debeant iurare per eorum iuramentum manu tangendo corporaliter ſcripturas de non faciendo pręuiſum dictum Poteſtatẽ de dicta reaſſigna ante tempus, niſi in ipſo tẽpore mõſtrę, ne fraus cõmittatur, quod ſtatutũ volumus in omnibus alijs partibus ſuas retinere vires.

Quod Officiales forenſes noſtrę Ciuitatis non poſsint retinere aliqua animalia in noſtro territorio, & paſcuo.

ET quia multoties officiales noſtrę Ciuitatis, calliditate eorum officij fraudem committebant in gabellis noſtri Communis, in retinendo animalia in noſtris paſcuis, & etiam, quod multa inferebãt damna ſpecialibus perſonis, & aliquando omittebant ea, quæ omitti non debebant in præiudicium dicti noſtri Cōis, & ſpecialium perſonarum ipſius, volentes huic morbo de ſalubri remedio prouidere. Statuimus, quod nullus officialis forenſis cuiuſcunq; cõditionis, ſeu ſtatus exiſtat habens officium, & ſalarium à noſtro Cōi, poſſit, nec valeat aliqua aĩalia in paſcuis, & territorio noſtrę Ciuitatis retinere per ſe, vel alios, tacitè, vel expreſſè, occultè, vel manifeſtè, in quibus habuerit ius, dominium, ſeu partem, vel quod alteri ad ſoccidam, ſeu ad aliud pactum locauerit, ſeu dederit ſub quauis cauſa, titulo, ingenio, ſeu colore, & qui contrafecerit in retinendo per ſe, vel alium ad ſoccidã, vel quouis modo aliquo ſupradicto, amittat, & perdat dictũ aĩal, ſeu oĩa aĩalia pędicta, quę de facto per Poteſtatẽ Ciuitatis Recaneti, & eius officiales deduci dẽant in fortiã dicti Cōis, & ipſa vẽdi faciãt plus offerẽti, ſono tubę, & de denarijs exactis, & deuẽtis in manu dicti noſtri Cōis per ipſius Maſſarium

detur

detur medietas dictæ quãtitatis illi, qui tale delictum reuelauerit, & dicto Domino Poteſtati, & eius officialibus denunciauerit, cuius nomen ſit ſecretum, ita quod non tranſeat, niſi ſolùm, & dumtaxat ad notitiam Dominorum Priorum, & Cancellarij. Qui per eorum iuramentum teneatur iurare corporaliter manu tangendo ſcripturas, tale nomen tenere ſecretum, & alicui non manifeſtare. Et quod tales deceptiones clandeſtinę, & occultę fuerint potius, quàm manifeſtę: Ideo de prædictis ſtetur dicto vnius teſtis bonę conditionis, & famę, & habeatur pro plena probatione, & quod de fama, & conditione dicti teſtis, ſtetur iudicio, & arbitrio Dominorum Priorum, qui pro tempore fuerint.

ITEM addendo ſtatuto poſito in ſecundo libro ſub Rubr. xxxiiij. Statuimus, & ordinamus, quod omnes Notarij exercentes artem notarię, & alij quicunq;, qui rogati fuerint in dicta Ciuitate, & eius territorio, & diſtrictu, & inter homines dictæ Ciuitatis de aliquo contractu dotali, teſtamentis, & alijs vltimis voluntatibus, teneantur, & debeant dictos contractus dotales, teſtamenta, & alias vltimas voluntates regiſtrare in Cancellaria Communis Recaneti, cum omnibus clauſulis de verbo ad verbum, prout à dictis partibus fuerint rogati, infrà octo dies, à die quo fuerĩt rogati. Qui pro eorum ſalario, & mercede petere poſſint, & exigere tres bon. pro quolibet contractu dotali, & teſtamento, & alia vltima voluntate. Et vt dicti Notarij eorum habeant commoditatem dictos contractus dotales, teſtamenta, & alias vltimas voluntates regiſtrandi, ordinetur per Commune Ciuitatis Recaneti vna caſſa magna, in qua ſint tot caſſettę, quot ſunt Notarij, adeò, quod vnuſquiſque Notarius habeat clauim de caſſetta ſua, in qua retineat ſuum regiſtrum, & omnes dictę caſſettę ſint ſub vna claui, quæ clauis ſit pęnes Cancellarium Communis. Et quod vllo modo dictis Notarijs viuentibus, dictę caſſettę poſſint, nec debeant aperiri, pręterquam per Notarios, qui ſuas claues retinuerint. Et ſi dicti Notarij fuerint negligentes in prædictis, in quolibet contractu, teſtamento, ſeu vltima voluntate, & vice qualibet, puniantur in centum ſolid. denar. Qui libri, & regiſtri, vllo modo poſſint extrahi de dicta Cancellaria ſub dicta pęna.

Item

ITEM addendò ſtatuto de copia mittendi ad cameram, poſito in tertio libro ſub Rub.ij. Statuimus, & ordinamus, quod fiat vna caſſa cum duabus clauibus, de quibus vnam retineant Priores Populi Ciuitatis Recaneti, & aliam officialis duanę dicti Communis, in qua caſſa ſubito, quod mittuntur copię ad cameram, ſine aliquo interuallo temporis reclaudantur in dicta, ſub dictis clauibus, & ipſa reclauſa, vllo modo durante tempore officij Poteſtatis, qui dictam copiam miſerit ad cameram, poſſit oſtendi, legi, nec Poteſtati, & eius officialibus reſtitui, nec alijs perſonis copiam fieri in ſcriptis, vel verbo de continentia dictę copię, pęna dicto officiali duanę xxv. libr. denar. & dictis Prioribus centum ſolid. pro quolibet.

Qui modus retineatur dum ſcribitur vinum in noſtra Ciuitate Recaneti.

ITEM caſſando, & addendo reformationi, quod vinum ſcribatur ad portam &c. Dictam reformationem, ſeu ſtatutũ in totum caſſamus, & annullamus, ac abolimus, & volumus eſſe nullius valoris efficacię, vel momenti. Statuentes inſuper, quod tempore, quo vinum ſcribitur in Ciuitate Recaneti, per homines deputandos ad prędicta, quod dicti tales non debeant ire ad ſcribendum dictum vinum, ſine pręſentia vnius ex officialibus Poteſtatis Recaneti. Qui Officialis teneatur, & debeat deferre iuramentum domino dicti vini in qualibet domo, ſi habet aliud vinum, quàm illud quod oſtenderit dictis officialibus, & ſi denegauerit, ſeu veritatẽ non dixerit, condamnetur dominus dicti vini in vigintiquinque libr. den. noſtro Communi.

De pęna damnum dantis in pagliarijs fęni, & palęę perſonaliter, vel cum aĩalib.

ITEM Statuimus, quod aliqua perſona non debeat perſonaliter dãnum dare in aliquibus pagliarijs, in quibus eſſet mallonus, & ſi damnum dederit perſonaliter, vel cum animalibus, puniatur in decem libr. den. Si verò damnum dederit in aliquo pagliario, in quo mallonus non eſſet perſonaliter, vel cũ beſtijs, puniatur pęna xl. ſol. den. vice qualibet, & damnum paſſo emendet, & in quolibet caſuum prędictorum puniatur dominus pro famulo.

Item

ITEM addendo ſtatuto de pęna damnum dantis cum animalibus, poſito in tertio libro ſub Rubr. clxviiij. Statuimus, quod ſi quis damnum dederit cum Equabus in vineis, bladis, & canneto, puniatur in duplum, quàm puniretur per ſupradictum ſtatutum; & ſi contingerit dicta animalia reperiri damnum dare de nocte, quod tunc officialis, qui reperierit, habeat medietatem dictę pęnę, ſi verò de die, quartam partem tantùm dicti bandi habeat pro eius inuentione; dictum ſtatutum in omnibus alijs ſuis partibus, volumus in ſuo robore permanere.

De pęna ludentis ad pilam.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod nullus Ciuis, vel habitator noſtrę Ciuitatis, vel forenſis cuiuſcunq; cõditionis, & qualitatis exiſtat, audeat; vel pręſumat ludere ad ludum pilę, in quo vincantur, vel perdantur denar. vel ſine in ſtrata magna Communis, qua itur ad portã Sanctę Marię Caſtri noui, vſque ad portam Montis Morelli, & intus, vel extrà aliquas Eccleſias noſtrę Ciuitatis, & in earum pertinentijs, pęna quadraginta ſolidorum pro quolibet, & vicę qualibet.

De pęna dantis vntionem curaminibus, & ſcrullantis pelles, & pillicciònos in platea magna Communis Recaneti.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod nullus cerdo, neque aliqua alia perſona noſtrę Ciuitatis, & habitator eiuſdem poſſit, nec debeat dare vntionem curaminibus, nec tingere, nec ſpandere curamina in platea magna Communis Recaneti, pęna viginti ſolid. pro quolibet, & vice qualibet. Et etiam, quod nullus pillicciarius, neque aliqua alia perſona poſſit, nec debeat ſcrullare pelles, & pillicciònos in dicta platea, ſub dicta pęna pro quolibet, & vice qualibet.

De

De pęna Aromatariorum forenſium vendentium ceram in noſtra Ciuitate, & eius Territorio, ſine papiro bombicis, & ſine iuſto pondere.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod omnes forenſes, qui quocunque tempore in noſtra Ciuitate, & eius territorio vendiderint ceram laboratam, teneantur vendere cum papiro de bombice, & iuſto pondere, prout tenentur noſtri Ciues, & habitatores, & eo modo, & forma, aliàs ſi ſecus fecerint, incurrant in ea pęna, in qua incurreret noſter Ciuis, & habitator, ſi feciſſet contra diſpoſitionem noſtrorum ſtatutorum.

De pęna non reddentis Ius totis temporibus, pręterquam tempore recolturę grani.

ITEM addendo ſtatuto poſito in ſecundo libro ſub Rubrica quibus diebus iudex debeat ſe abſtinere à iure reddendo Rubrica duodecima. Statuimus, & ordinamus, quod Poteſtas noſtræ Ciuitatis, & eius Officiales teneantur, & debeant venire ad banchum Iuris omni die debita, & congrua hora ad ius reddendum omnibus petentibus, pręterquam in diebus feſtiuis, ſupra in noſtro ſtatuto de ferijs ſpecificatis, & declaratis, & etiam ferijs inductis propter meſſes in vtilitate hominum tempore recolturę frumenti, ſub pęna impoſita in dicto ſtatuto dicto Poteſtati, & eius Officialibus.

De pęna euntis ad domum, de qua exiuit defunctus ad faciendum luctum à die primi luctus inpoſterum.

ITEM ſtatuimns, & ordinamus, quod nulla mulier noſtrę Ciuitatis, nec habitatrix ipſius poſſit, nec debeat ire, nec accedere ad aliquam domum, de qua exiuit defunctus ad faciendum luctum, à die primi luctus inpoſterum, pęna xl. ſol. pro quolibet, & vice qualibet.

De pęna imbuſſulantis ſe, & eius familiam in officio Caſtri Portus, & Capitaneatus Montis Florum tempore ſui Prioratus.

ITEM ſtatuimus, & ordinamus, quod nullus exiſtens in officio Prioratus Ciuitatis Recaneti audeat, vel pręſumat, dicto eius officio durãte, imbuſſulare, nec imbuſſulari facere ſe, nec aliquẽ de ſua familia in officio capitaneatus, & ſcribani Portus Recaneti, nec etiam capitaneatus, & ſcribani Montis Florum, pęna xxv. libr. denar. pro quolibet, & vice qualibet. Et Priores videlicet ſocij, qui erũt in officio Prioratus dicto tempore, qui conſenſerint, incurrant in pęna quinque libr. pro quolibet, & vice qualibet. Et ſimiliter Cancellarius noſtri Cõmunis incurrat in pęna quinque libr. denar. quas pęnas exigere debeant eorum ratiocinatores tempore ſcindicatus dicti Prioratus à quolibet ſupradictorum. Et ſi tales ratiocinatores, & ſcindici fuerint negligentes, & non inueſtigauerint pro tali delicto, incurrãt in ipſis pęnis, in quibus incurrũt ſupradicti Priores, & Cancellarius exigendis de facto per Poteſtatem Recaneti.

De pęna facientis hortum extrà muros Communis, videlicet in Carbonaria.

ITEM addendo ſtatuto poſito in quarto libro ſub Rubrica, quod habentes domos, ſeu muros Rubrica xviiij. Statuimus, & ordinamus, quod nullus noſter Ciuis, & habitator noſtræ Ciuitatis poſſit, nec debeat facere, & fieri facere hortum extrà muros Communis Recaneti, videlicet in Carbonaria ipſius Communis, pęna decem librar. denar. pro quolibet, & vice qualibet. Et quod Priores, qui pro tempore erunt in Palatio noſtrę Ciuitatis Recaneti teneantur, & debeant reuideri facere Poteſtati Recaneti, bis menſe quolibet dictos muros, & bocettas, ſiue feneſtras in dictis muris exiſtentes reactari, & remurari facere, ſecundum formam dicti ſtatuti, pęna decem librarum pro quolibet denar.

APPRO-

APPROBATA, *confirmata, & autenticata fuerunt omnia, & ſingula ſtatuta, & ordinamenta ſcripta ſuperius in quinque cartis proximè præcedentibus computata præſenti carta in publico, & generali Conſilio Communis, & hominum Ciuitatis Recaneti, per ipſum Conſiliū, & per Magnificum, & potentem militem Dominum Maſtinum de Capitaneis de Burgo Sancti Sepulchri, honoran. Poteſtatem Ciuitatis Recaneti, & Priores Populi dictæ Ciuitatis, ipſo Cōſilio mandato dicti Poteſtatis ſono campanę, & tubę, voceq; præconis præmiſsis more ſolito, ad hunc actum congregato in ſala magna Palatij Communis Recaneti, reſidentię dictorum Priorum poſiti, in Q. S. A. Ciuitatis Recaneti, iuxtà res dicti Communis vndiq; miſſoq; partito ſuper dictis ſtatutis, & quolibet eorum per dictum Dominum Poteſtatem, præſentibus, & volentibus dictis Prioribus in dicto Conſilio inter homines, & Conſiliarios dicti Conſilij de ſedendo ad leuādum, ſecundum formam ſtatut. Recaneti, & obtento inter eos omnibus ſedentibus, nemine in contrarium ſurgente. Et ſcripta per Ser Cicchinum Vici de Narnia Not. tunc maleficiorum præfat. Domini Poteſtatis, cui commiſſum fuit per Not. infraſcriptū & per Commune prędictum, vt ea ſcriberet. Sub Anno Domini M. CCCCXXXI. Indict. viij. tempore Sanctiſsimi in Christo Patris, & Domini, Domini Eugenij diuina prouidentia Papæ Quarti die xxi menſis Octobris, præſentibus Ioanne Petrutij, Per Ioanne Carbonis, Marcò Nicolę, Mello Dominici, Mattheo Colutij, Hieronymo Iacobi. Et alijs in dicto Conſilio exiſtentibus, teſtibus ad prædicta habitis, vocatis, & rogatis.*

ET *Ego Chriſtophorus Antonij de Exio Ciuis, & habitator Ciuitatis Recaneti, publicus Imperiali auctoritate Notarius, & Iudex ordinarius, & Notarius tunc dictorum ſtatutariorum prædictis omnibus, & ſingulis in dictis quinq; cartis ſcriptis, ac eorum approbationi, & autenticationi prædictę dum agebantur interfui, & de dictorum ſtatutariorum, ac Poteſtatis, Dominorū Priorum, totiuſq; Conſilij prædicti, & Conſiliariorum eiuſdem præſentia, conſenſu, deliberatione, & auctoritate ab eis rogatus fui publicaui, & in alijs occupatus, ea ſcribenda per Ser Cicchinum Vici de Narnia. Ideò me ad fidem prædictorum mea propria manu ſubſcripſi, & meum ſignum poſui conſuetum.*

Locus ✠ Signi.

IN nomine Domini Amen. Anno Domini Milleſimo quatricenteſimotrigeſimoprimo, Indict. nona tempore Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini, Domini Eugenij diuina prouidentia Papæ Quarti, & die xxiij. Octobr. facta præſentatione per Oratorem dictæ Ciuitatis ſupradictorum ſtatutorum, ſiue reformationum Ciuitatis prædictę, & per eundem petita illorum, ſeu illarum confirmatione. Commiſſaq; eorum examinatione, ac reuiſione egregio, & venerabili decretorum Doctori, Domino Antonio de Comitibus de Recaneto Priore Sanctæ Mariæ Pontis Potentiæ, habitaq; ab eodem relatione, quod ſtatuta prædicta ſunt rationabilia, & equitati conformia, auctoritate qua ſungitur approbata idē Reuerendiſſimus Dominus, ſupradicta omnia, & ſingula ſtatuta confirmauit, approbauit, & roborauit, dummodò Sacris Canonibus, & Eccleſiaſticę libertati non ſint contraria. Actum Piſauri in domibus nunc noſtrę ſolitę reſidentię. pręſentib. Loiſio de Capellis de laude, Marcutio Angenſi de Neapoli, & Ioanne Peri de Sancto Vito teſtib. ad prædicta, habitis, & vocatis.

ET Ego Pergentilis Andreę de Spoleto publicus Imperiali auctoritate Not. & Index ordinarius nuncque Canc. & ſcriba præfati Reuerendiſſimi D. Gubernatoris prædictis omnibus, & ſingulis interfui, & ea omnia rogatus ſcribere, ſcripſi, & publicaui ſignumq; meum appoſui conſuetum.

Locus ✠ Signi.

Dilectis filijs Prioribus Populi, & Communi Ciuitatis noſtrę Recaneti.

NICOLAVS PAPA V.

DILECTI filij ſalutem, & Apoſtolicam benedict. Intellectis oratoribus, & ſupplicationibus veſtris inſpectis deuotionem, & fidelitatem veſtram ergà noſtrum, & Eccleſię ſtatum, commendamus, hortamurque, vt omni tempore in eiſdem perſeuerare ſtudeatis, prout abundè confidimus, & ſperamus. Statuta denique veſtra, capitula, exemptiones, & indulta, quęcunq; à felicis recordationis Martino V. & Eugenio IIII. Romanis Pontificibus prędeceſſoribus noſtris, aut ab eis poteſtatem habentibus, vſque in hodiernum diem vobis conceſſa confirmamus, & pręſentis noſtri ſcripti patrocinio communimus, ac mandamus ab omnibus inuiolabiter obſeruari. Cęterum quia non ignoramus infinita damna per vos ſuperioribus annis malitia temporum ſic cauſante, pro ſtatu Eccleſię perpeſſa ducentos, & quinquaginta florenos in reparationem tamen murorum Ciuitatis veſtrę conuertendos, de mille, & ducentis quinquaginta, quos annuatim occaſione talearum veſtrarum nobis, & Camerę noſtrę debetis per tres annos, harum ſerię remittimus & liberaliter cōdonamus. Super facto verò ſalis, & alijs pro parte veſtrā petitis: committimus Legato in Marchiam pro nobis, & Romana Eccleſia profecturo, vt opportunè, & quemadmodum pio veris, ac fidelibus Eccleſiæ filijs fieri conſueuit, prouidere procuret. Datum Romæ Apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die xxvij. Aprilis M.CCCCXLVII. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Pe. de Noxeto.

Dilectis filijs Communitati, & Hominibus Ciuitatis noſtræ Recanaten.

PAVLVS PAPA II.

DILECTI filij ſalutem, & apoſtolicam benedict. Promeretur inconcuſſa fidei veſtrę ſinceritas, ac de uotio, quam erga noſtram, & Sanctę Romanę Eccleſiæ ſtatum gerere comprobamini, vt vos ſpecialib. gratijs, & fauoribus proſequamur; itaque omnia, & ſingula ſtatuta veſtra, reformationes, & ordinationes, Illas videlicet, & illa, quę iuſta, & rationabilia ſunt, necnon priuilegia, indulta, ac quaſcunque conceſſiones, gratias, immunitates, & exemptiones per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros; eorumque Legatos, & Gubernatores, vobis, & Communitati veſtrę conceſſas, & conceſſa tenore pręſentium approbamus, & auctoritate Apoſtolica confirmamus; prout hactenus laudabiliter obſeruata extiterunt. Inſuper de pecunijs, quas tàm nomine tallearum, quàm ſubſidij, ſeu aliàs quomodolibet annuatim Camerę Apoſtolicę ſoluere tenemini, tertiam partem vnius Anni proximè futuri a data pręſentium computandi, in reparationem męnium veſtrorum conuertenda, vobis remittimus, & liberaliter condonamus. Mandantes Theſaurario Prouincię noſtrę Marchię Anconitanę pręſenti, & futuro, qui reuiſa ratione, quod dicta tertia pars in prędictum, & non alium vſum conuertatur eam in veſtris computis admittat, prout nos in ſuis admittimus per præſentes. Datum Romę apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die xxij. Septembris M.CCCCLXIIII. Pontificatus noſtri Anno Primo.

L. Dathus.

Dilectis filijs Communitati, & Hominibus Ciuitatis noſtræ Recanaten.

SIXTVS PAPA IIII.

DILECTI filij ſalutem; & Apoſtolicam benedict. Promeretur inconcuſſa fidei veſtrę ſinceritas: ac deuotio, quam erga noſtrum, & Sanctæ Romanæ Eccleſię ſtatum gerere comprobamini, vt vos ſpecialibus gratijs, & fauoribus proſequamur. Itaque omnia, & ſingula ſtatuta veſtra reformationes, & ordinationes illas, videlicet, & illa, quę iuſta, & rationabilia ſunt: necnon priuilegia indulta, ac quaſcunq; conceſſiones gratias, immunitates, & exemptiones per Romanos Pontifices prędeceſſores noſtros, eorumque Legatos; & Gubernatores, vobis, & Communitati veſtrę conceſſas, & conceſſa, tenore pręſentium approbamus, & auctoritate Apoſtolica confirmamus, prout hactenus laudabiliter conſeruata extiterunt. Inſuper de pecunijs, quas tàm nomine talearum, quàm ſubſidij: ſeu aliàs quomodolibet annuatim Camerę Apoſtolicę tenemini, tertiam partem vnius anni proximè futuri à data pręſentium computandi in reparationem męnium veſtrorum conuertendam vobis remittimus, & liberaliter condonamus. Mandantes Theſaurario Prouincię noſtrę Marchiæ Anconitanę pręſenti, & futuro, quatenus reuiſa ratione, quod dicta tertia pars in prędictum, & non alium vſum conuerratur, eam in veſtris computis admittat, prout nos in ſuis admittimus per pręſentes. Datum Romę apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die ij. Septembris M.CCCCLXXI. Pontificatus noſtri Anno Primo.

L. Dathus.

ALEXANDER PAPA VI.

DILECTI filij ſalutem, & Apoſtolicam benedict. Fidei conſtantia, ac deuotionis ſinceritas, quàm ad noſtrum, & S. Ro. Eccleſię ſtatum ſemper geſſiſſe, & gerere comprobamini, promeretur, vt petionibus veſtris quantum cum Deo licet fauorabiliter annuamus. Hinc eſt, quod nos omnia, & ſingula priuilegia, & ſtatuta veſtra, ac immunitates, reformationes, & conſuetudines, nec non gratias, & indulta, vobis, & Communitati iſti veſtrę per Romanos Pontifices prędeceſſores noſtros, Apoſtolicoſuè Legatos: aut ab eis facultatem habentes, conceſſas, & conceſſa, quorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus infererentur, pro expreſſis haberi volumus, ſupplentes omnes, & ſingulos, tàm iuris, quàm facti defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdē: necnon quaſdam literas vobis ſuper franchigijs, ſeu immunitatibus nundinarum iſtius noſtrę Ciuitatis per fe. re. Sixtum IIII. prędeceſſorem noſtrum conceſſas, & per eundem, ac fe. re. Innocentij PP. VIII. etiam prædeceſſorem noſtrum confirmatas, quatenus iuxtà rationabilia, & in vſu ſint, ac contra libertatem Eccleſiaſticam non tendant, tenore pręſentium approbamus, & Apoſtolica auctoritate confirmamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus, prout hactenus laudabiliter obſeruata fuerunt. Non obſtantib. cōſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſq; in contrarium facientibus quibuſcunque. Præterea taleas, & cenſum, quę quotannis Camerę Apoſtolicę ſoluitis, libenter vobis pro reparatione murorum iſtius Ciuitatis, quam paterna caritate complectimur, remiſiſſemus, niſi Camera Apoſtolica tot in pręſentiarum debitis eſſet inuoluta: Cum autem Domino concedente huiuſmodi debita ceſſauerint, exhibemus nos ergà vos tanquam bonos, & fideles S. R. E. ſubditos, benignos, & gratioſos. Dat. Romæ, Apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die x. Octobris M.CCCCLXXXXII. Pont. noſtri Anno Primo.

B. de Gauionibus.

ſicut accepimus) diuerſa ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones, decreta, reformationes, & ſtabilimenta, tàm ab ipſa Prouincia, quàm à Communitatibus, Ciuitatibus, Terris, & locis pro eiuſdem Prouinciæ fœlici regimine ędita fuerunt. Nos igitur non ſolum priuilegia, & gratias, ac prærogatiuas dictæ Prouinciæ in vniuerſum, quàm illius Ciuitatibus, Terris, & locis conceſſa, ſtatuta approbanda, & innouanda, verum etiam augenda, conſtitutionesq; & ſtatuta, ac decreta reformationesq; & ſtabilimenta prę fata robur, & vim perpetuò obtinere decens, & oportunum eſſe exiſtimantes, omnesq; & ſingulos dictæ Prouinciæ incolas, & perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijsq; Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum prę ſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, Motu proprio non ad eorum, vel aliorum pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnia, & ſingula indulta, priuilegia, gratias, conceſſiones, immunitates, exemptiones, iuriſdictiones, & prærogatiuas, tàm Prouinciæ in vniuerſum, quàm ſingulis eiuſdem Proinciæ Ciuitatibus, Terris, & locis quibuſcunque in genere, vel in ſpecie, tàm per nos, quàm alios quoſcunque, vt præfertur, conceſſa, approbata, & innouata, necnon ſtatuta ordinationes, conſtitutiones, decreta, reformationes, & ſtabilimenta prędictę Prouincię ad hęc vſque tempora, vt prę fertur, ędita, quibuſcunq; illa concepta ſint formulis, vel etiam ſi ſæpius confirmata fuerint, vnà cum omnibus, & ſingulis in eis contentis, & derogatoriarum derogatorijs clauſulis, irritantibusq;, & alijs decretis ſuper quibus litteræ Apoſtolicæ ſub plumbo, vel in forma breuis confectæ fuerint, & prout illa concernunt, omnia, & ſingula in eis contenta, quorum omnium, & ſingulorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum, nil penitus ommiſſo, inſererentur, præſentibus haberi volumus pro expreſſis, quatenus ſint in vſu, ac ſacris canoninibus non contraria, & contra libertatem Eccleſiaſticam non tendant, Apoſtolica auctoritate, tenore prę ſentium approbamus, & confirmamus, & innouamus, prę ſentisq; ſcripti patrocinio cómmunimus, illaq; perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur obtinere, ſuosq; plenarios effectus ſortiri, necnon ab omnibus, quos illa, vel eorum aliqua concernunt, perpetuò obſeruari

debere decernimus, omneſq; & ſingulos tàm iuris, quàm facti defectus, ſi qui forſan interuenerint, in eiſdem ſupplemus. Et nihilominus pro potiori cautela, illa omnia, prout per nos, ac ſingulos prędeceſſores prędictos, ſiue Legatos, & alios quauis Apoſtolicæ Sedis auctoritate prædi- tos conceſſa, & elargita fuerunt, de nouo concedimus, indulgemus, & elargimur, ac pariter de nouo, ac eiſdem modis, & formis, quibus iam ſtatutum fuit, illa omnia ſtatuimus, ordinamus, conſtituimus, & ſtabilimus. Decernentes, pręſentes ſub quibuſuis reuocationibus, limitationibus, ſuſpenſionibus ſimilium, vel diſſimilium gratiarũ, & ſtatutorum, & aliorum pręmiſſorum nullatenus compręhenſas, ſed ſemper ab illis exceptas eſſe, cenſeriq; debere, ac de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ defectu notari, aut impugnari non poſſe, ſed illas validas ſemper & efficaces exiſtere: & ita in præmiſſis per dictæ Prouincię ſupremos Magiſtratus, ac quoſcunq; Iudices, etiam Palatij Apoſtolici cauſarum Auditores, ac Sanctę Romanæ Eccleſię Cardinales, necnon alios quauis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorũ cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpręandi facultate, iudicari, & diffiniri debere, necnon irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Quocirca dilectis filijs cauſarum Curię Camerę Apoſtolicę generali Auditori, & dictæ Prouinciæ Marchiæ, & Domus Lauretanę Gubernatoribus nunc, & pro tempore exiſtentibus per Apoſtolica ſcripta motu ſimili committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios pręſentes litteras, & in eis cõtenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Prouincialium dictæ Prouinciæ, aut alicuius eorum fuerint requiſiti, ſolenniter publicantes, eiſq; in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant præmiſſa omnia, & ſingula ab omnibus, ad quos ſpectat & in futurum quomodolibet ſpectabit, pacificè obſeruari, & ſingulos, quos prædictę litteræ concernunt, illis pacificè vti; non permittentes perſonas pręsdictas, ſeu earum aliquam à quoquam quomodolibet contra præſentium continentiam, & tenorem indebitè moleſtari: Contradictores quoslibet, & rebelles, & pręmiſſis non parentes per ſententias cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaq; opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſęcularis. Non obſtantibus fœlicis recorda

tionis

tionis Bonifacij Papę VIII. prędeceſſoris noſtri de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo quis vigore pręſentium ad iudiciũ vltra tres dietas non trahatur Apoſtolicis, necnon in Prouincialibus, & ſynodalibus Concilijs ęditis generalibus, vel ſpecialibus priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis per prędictos Romanos Pontifices, ac nos, & Sedem prædictam, & per viam generalis legis, vel ſtatuti perpetui, & conſiſtorialiter, ac motu, ſcientia, & poteſtate ſimilibus, quibuſuis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis conceſſis, approbatis & innouatis; Quibus omnibus, etiam ſi de illis eorumq; totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, indiuidua, & expreſſa, ac de verbo, ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importãtes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſè derogamus, contrarijs quibuſcunque: Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem præſentium exemplis manu Notarij publici ſubſcriptis, ac ſigillo Prouinciæ prædictę, vel perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę obſignatis, eandem prorſus fidem haberi, quę præſentibus haberetur exhibitis, vel oſtenſis. Dat. Romę apud Sanctum Petrũ, ſub annulo Piſcatoris, die xxx. Auguſti M.DLXXVI. Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

Ca. Glorierius.

SAN-

SANCTISS. IN CHRISTO PATRIS
ET
D. N. D. CLEMENTIS
DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ VIII.

Super bono regimine, & recta adminiſtratione redditnum Communitatum, & vniuerſitatum ſtatus Eccleſiaſtici.

CLEMENS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

PRO comiſſa nobis à Domino S. R. E. eiq; ẽt in temporalibus ſubiectarũ Ciuitatũ, & Populorũ tutela, paternaq; ergà noſtros ſubditos charitate, pręcipuo ſtudio tenemur prouidere, vt ad eos pertinẽtia bona, ea, qua decet fide, & cura, vtiliter, & prouidè adminiſtrentur: pręſertim verò tollantur praui abuſus, qui in publicũ, & cõmune damnũ paulatim irrepunt: Ex quibus, & hactenus, graui ære alieno cõmunia illorũ bona oppreſſa, vel ab ipſo noſtri Pontificatus initio comperimus; Et malum hoc, niſi celeriter opportuna remedia adhibeãtur, quotidie in deterius prolabi videmus. Dum enim pauci ſua priuata commoda, & lucra quærunt, atq; illicitis modis, quod prauè ambiunt, aut concupiſcunt, conſequi affectant, Potentiorum, aut Vulgi gratiam vanis aſſentationibus aucupantur, ſuas deniq; cupiditates explere ſatagunt, nulla vtilitatis publicę ratione habita, ærarium publicum ipſarum Ciuitatum, & Locorum exhauriunt, graui ære alieno implicant, inanibus pompis, & oſtentationibus dilapidant. Quibus malis, atque incommodis (quantum noſtra vigilantia, atque auctoritate eniti poſſumus) occurrere cupientes. Hac noſtra perpetuò valitura conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus, vt in qualibet Ciuitate, Terra, Oppido, Caſtro, & Loco dicti ſtatus temporalis Eccleſiaſtici vniuerſi, ita ut etiam Bononieñ. & Beneuentañ. noſtræ Ciuitates ſub hac cõſtitutione ſint cõprehẽſę. Tabella, aut Libellus quotãnis initio anni cõficiatur, in quo ſũptus oẽs ordinarij, & extraordinarij publici vtiles, aut neceſſarij, ſint deſcripti. Et earũ quidẽ, quę certę, & ordinarię ſunt, expẽſarũ certa ẽt taxa, & ſumma exprimatur: quę vero incertæ, & extraordinarię videbũtur, earũ vniuerſę ſumma aliqua annua taxetur, quã toto anni curriculo excedere nequaquã liceat: Sigillatim verò pro rei indigẽtia ex vniuerſa ſumma ſic taxata à toto Cõſilio, cũ ĩteruẽtu Pręſidis, Guber

natoris

natoris,aut Pōtatis portiones neceſſarię infra annū detrahātur,eaq; Tabella,aut Libellus per Gubernatorē,ſeu Pręſidē Prouinciç,aut Ciuitatis,& cuiuſcūq; Terrę,Oppidi,& Caſtri Prętorē,ſeu Pōtatē ſingulis annis:Hac verò prima vice nō ſolū ab ipſis,ſed ēt poſt eos intra trigīta dies tūc proximè ſequētes,à dilectis filijs S.R.E.Camerario,& Theſaurario Generali Cam.Apoſt.accuratè,& diligēter īſpiciatur, corrigatur, & approbetur, expūctis inde ijs oībus impēſis,quæ præter, aut cōtra hāc noſtrā Cōſtitutionē,ēt ex ſtatuto, vel cōſuetudine antiqua fieri ſolebant, ac retēto ipſius Tabellę,ſeu Libelli exēplo, ſeu Regiſtro pene ſ.Camerā Apoſt.gratis, & abſq; vllo earūdē Coītatū, ſeu Vniuerſitatū diſpēdio, ſtatī intra decē dies,ab ipſius receptiōnis die numerandos, ſic reuiſa, approbata,& correcta, ad prędictas Coītates, ſeu Vniuerſitates remittatur. Diſtrictè aūt inhibemus ſub īdignationis noſtrę, & alijs grauiſſimis noſtro,& ſucceſſorū noſtrorū arbitrio imponēdis pœnis, ne pro Sigillo, vel pro ſcriptura,carta,attramēto,cera,capſula, cordulis, alijſue rebus ad huiuſmī expeditionē pertinētibus, ſeu pro labore, aut regalib. quidpiā,ne minimū quidē obolū,hac de cā prædicti Camerarius,aut Theſaurarius, eorūue Notarij, Tabelliones,Secretarij,Familiares,aut quilibet Officialis,vel Miniſter exigere,vel ēt ſpōtè oblatū, recipere præſumat:quinīmò volumus,vt ſine vlla mora oīa gratis,& prout in pęnitētiaria Apoſtolica fieri ſolet,ſine aliqua ſolutione eſpediantur, & mittātur. Atq; in hoc Camerarius,& Theſaurarius prędicti,ſummo ſtudio inuigilēt,& ſi aliquē ex ſuis,vel alijs Notarijs,Tabellionibus,Secretarijs,Familiaribus,Officialibus,aut Miniſtris,vel minimū quicquam recepiſſe deprehenderint,aut cognouerint, contra eos, etiam ad priuationis officiorum,& munerum, quę obtinent,inhabilitatiſq; ad illa,vel alia inpoſterū obtinēda,exilij perpetui ab Vrbe,& eius diſtrictu, & alijs grauioribus pœnis procedant, ſcituri, ſi conniuendo, aut tolerando, aut aliàs quomodolibet receptionum, & exactionū huiuſmodi per ſe,vel aliū cōſcij,aut participes fuerint, ſe quoq; noſtrū,& ſucceſſorū noſtrorum iudicium in hac re ſeuerum, vt præfertur, ſubituros. Verū eadē Tabella,ſeu Libellus,eiusue exemplum ſic correctum,approbatū,& intra decē dies remiſſum,nedum in ipſarum Coītatum,ſeu Vniuerſitatum Archiuio aſſeruetur,ſed in publico aliquo oībus patenti, ac conſpicuo loco, pro foribus Aulę,vbi habetur publicū cōſiliū,vel vbi Ius dicitur,& frequēs populi ſit cōcurſus, affigatur, & perpetuò retineatur: Nec liceat in futu

rum niſi de expreſſa Cameræ Apoſtolicæ, aut ſi vrgens neceſſitas morã nõ patiatur Gubernatoris, aut Præſidis Ciuitatũ, & Locorũ, qui ſtatim poſtea Camerariũ, & Theſaurariũ Generalẽ prædictos certiores de eo reddere teneantur, licentia, cũ interuentu Procuratoris Fiſcalis eiuſdẽ loci, cauſa cognita, ẽt ſimiliter gratis concedenda, Tabellę ipſius, ſeu Libelli tenorẽ, ẽt ſequentibus annis immutare, aut alterare, neq; abſq; prędicta licẽtia, ẽt in caſibus improuiſis, inopinatis, aut inſolitis, aliquid vltra contenta in huiuſmodi Tabella, aut Libello erogare. Quicquid verò vltra pręſcriptas ſummas erogatũ fuerit, id volumus, vt ab eis, quibus, exigendi, & ſolidandi computa, & rationes expenſi, ſiue illa, vt dicitur ſcindicandi cura incumbit, nequaquã ratum habeatur, neq; ipſis coĩb. Aerarijs dictorum locorũ, aut maſſis, ſed perſonis ſingularibus, quę ſumptus ipſos fecerint, expenſum feratur, quę ẽt ad illius tanquã ab eis indebitè ablati reſtitutionẽ, teneantur: id aũt quo accuratius ſeruetur, & earundẽ Ciuitatũ, & Terrarũ, ac Populorũ vtilitati amplius cõſulatur, pręcipimus, vt quilibet modernus, aut pro tẽpore exiſtẽs Gubernator, Præſes, aut Põtas, tã ex nũc, ſeu ĩ ipſo primo ĩgreſſu, quã deĩdè ſtatim finito tẽpore Magiſtratus per quoſcũq; Priores, Maſſarios, Camerarios, aut officiales, geſti; intra decẽ dies ab ipſis Prioribus Maſſarijs, Camerarijs, ſeu Officialibus, qui Magiſtratu fungũtur, aut fungi deſinũt, reſpectiuè plenariã informationẽ rerũ ad publicũ regimẽ, & adminiſtrationẽ cõĩũ bonorũ pertinẽtiũ, præcipuè verò indicẽ, & noĩa ſĩgulorũ debitorũ cuiuſcũq; Coĩtatis, ſeu Vniuerſitatis, tã ex ſupradictis, quã ex alijs quibuſcunq; cauſis accuratè, & ſigillatim deſcripta ſibi tradi, eaq; pôſtmodum cũ primũ ſolutionis dies aduenerit, aut ſi iã aduenerit, intra tres, aut ad ſummũ, quatuor mẽſes per Officiales, & Magiſtratus earũdẽ Coĩtatũ, ſeu Vniuerſitatũ exigi, & in Aerariũ Coĩtatis, ſeu Vniuerſitatis referri, & ſi quid in fine anni deductis expẽſis ĩ Tabella, ſeu Libello deſcriptis, ſupererit, id in extĩctionẽ ęris alieni publicè cõtracti, aut ſi æs alienũ nullũ ſit, vel in Annonã ſubleuãdã, vel pro Mõte Pietatis, vel ĩ recuperationẽ, & redẽptionẽ bonorũ, & rerũ, ſeu iuriũ per ipſas Coĩtates, ſiue Vniuerſitates alienatorum, vel deniq; in aliorum immobilium bonorũ emptionem, cum interuentu tamen Gubernatoris, ſeu Poteſtatis, & Procuratoris Fiſcalis Loci, conuerti curet. Quod ſi prędictas pecunias in Monte Pietatis deponi contigerit, id ea conditione fiat, vt illas poſtea, quandocumq; eædem Coĩtates, & Vniuerſitates inde extrahere, & ſi eis videbitur

bitur

bitur in vſus per hanc conſtitutionē permiſſos erogare valeant. Fiſci verò cuiuslibet Loci Procurator petat oīno coràm Scindicis, & Gubernatore, ſeu Pręſide, aut Poteſtate, intra decem dies ab ijs, qui Magiſtratu perſuncti ſunt, tàm de adminiſtratione iuxtà taxā in Tabella, ſeu Libello præſcriptam, quàm de alijs ſupradictis, pręſertim nominibus debitorum in exactis rationes reddi. Et ſi quid vel in expenſis exceſſum, vel circa exactionem neglectum, aut per negligentiam vltrà tempus pręd ctū dilatum fuerit contra eoſdē reos, Magiſtratu, vt præfertur, perfunctos, ad reſtitutionem indebitarum expēſarum, necnon ad ſolutionem de ſuo proprio debitorum per negligentiam inexactorum, ac vlterius, ēt ad pœnarum in hac Conſtitutione contentarum executionem procedi, quarū pars quarta ipſi Procuratori Fiſcali ſit applicata: Si verò poſt huiuſmodi decem dies elapſos, Gubernator, aut Poteſtas in exigendis rationib. vel in cogendo ad ſoluen. vel reſtitutionē, aut in exequendis pœnis, ſiue aliàs in præmiſſis negligens fuerit, ad reſtitutionem, & refectionem dāni, ex indebitis impenſis, vel retardata exactione, coī Aerario cuiuslibet Loci illatis, ēt de ſuo proprio integrè teneatur. Procurator autem Fiſcalis eius Terræ, Oppidi, aut Ciuitatis, Generalem Cameræ Apoſtolicæ Procuratorem Fiſcalē de huiuſmodi negligētia certiorem faciat, ſiue ēt cuilibet de Populo, id denunciare liceat; ac tàm in ſcindicatu per eos ad quos ſpectat, quàm poſtea per Procuratorem Fiſcalem Generalem Cameræ Apoſt. contra ipſos Gubernatores, & Poteſtates, ſiue ēt contra perſonas, quæ pro ipſis in ſcindicatu fideiuſſerint, procedatur, ita vt tàm ab eis, quàm ab ipſis reis principalibus illatum damnum, in exacta debita indebiteq; expenſę, & quę in hac Conſtitutione cōtinentur mulctę, cum ſimili lucro perſonis prędictis applicando, exigātur. Ac propterea, tàm ipſi Gubernatores, Pręſides, Poteſtates, quàm Procuratores Fiſcales in præmiſſis culpabiles, officijs per eos obtenentis eo ipſo priuati, & ad illa, atq; alia ſimilia de cętero obtinēda perpetuò inhabiles, & incapaces ſint, & cenſeantur. Pręfati verò Gubernatores, & Poteſtates, eorumq; Cancellarij, Secretarij, Tabelliones, aut Miniſtri, vel Familiares nihil omninò, ne minimum quidem occaſione ſcindicatus huiuſmodi, vel pro ſententia ferenda, aut pro Tabella, ſeu Libello conficiendo, reuidendo, vel licentia, vt præfertur, concedenda ſubſcribenda, vel taxa facienda, emolumenti, aut regalium, neque etiam pro mercede, aut labore, ſiue aliàs, vt pręfertur, percipiant, & ſi quid perceperint,

etiam cuiuſuis ſtatuti,ſeu cõſuetudinis, aut verius corruptelę prętextu, ex quauis cauſa,etiam ſolita,& rationabili; Munera,aut dona quecunq; cuiuis Legato, Vicelegato, Gubernatori, Protectori, Viceprotectori, Præſidi,Officiali,aut perſonæ,etiam quauis, tàm Eccleſiaſtica, etiam Pontificali, aut alia maiori, etiam S. R. E. Cardinalatus, quàm mundana dignitate fulgenti,ſeu illius conſanguineis, affinibus, familiarib., aut miniſtris mittere,tradere,aut largiri, aut in alicuius, etiam Legati, Vicelegati, Gubernatoris, Preſidis, Benefactoris, aut Protectoris honorem,etiam occaſione hoſpitij,aut tranſitus, vel primi ingreſſus, aut ad beneficiorum acceptorum memoriam, gratique animi teſtificationẽ, pro conſtruendis, ornandis,aut erigendis perpetuò,vel ad tempus Portis, Arcubus, Tropheis, Porticibus, Mœnibus, aut alijs monumentis, ſeu pro prędictis perſonis, quauis dignitate, vel auctoritate fungentibus, honorificè,lautè, & opipare excipiendis, ſeu pro quibuſuis conuiuijs,aut hoſpitijs,etiam moderatis eiſdem,aut cuiuis alteri, quacunque occaſione, vel cauſa exibendis, aut pro perſonis, quę illos comitentur, aut illis miniſtrent,vel obuiam procedant pręcioſis veſtibus induendis vllas pecunias erogare, vel pro congiarijs miſſibus, aut muneribus publicis, ſeu etiam cibarijs eſculentis,& poculentis epulis, commeſſationibus,aut compotationibus Populo,aut Magiſtratibus, vel Officialibus vltrà eorum ſalaria,& emolumenta de iure,vel ex laudabili conſuetudine debita largiendis, ſeu pro pręſtandis puęris, vel adoleſcentibus ſtudiorum cauſa alimentis, vel dotibus puellarum non egentium augendis, aut pro exibendis ſpectaculis, etiam pijs, & intra Eccleſias,vel extrà eas,in quibuſuis publicis,aut priuatis ſacris,aut prophanis locis, etiam vbi Sanctorum, & Sanctarum vitę, aut res piè geſtæ Populis ſpectandę proponuntur, ſiue etiam piorum operum, & caritatis, ſeu elemoſynæ prętextu, aut aliàs in prędictis,ſeu alijs rebus ſuperuacaneis in dicto Libello,ſeu Tabella non contentis,ſed ad pompam,& oſtentationem,aut ad oblectationem,vel paucorum lucrum, & priuata commoda quomodolibet pertinẽtibus, ſumptus, aut impenſas aliquas facere, niſi ipſa pro diuino cultu,& veris Chriſti pauperum indigentijs, de conſilio & conſenſu loci ordinarij ſubleuandis, aut pro ijs tantum pijs ludis publicis,qui ex inueterato vſu permittuntur, & in prędicta Tabella, ſeu Libello exprimentur taxam à Gubernatore, ſeu Præſide, aut Poteſtate ipſius Prouinciæ, Ciuitatis,aut loci,cui ſubſunt pręfigendam,quæ in ſu

pradicto

prædicto Libello, ſeu Tabella cõprehendẽda erit, non excedentibus ſumptus huiuſmodi, fiant: Prohibemus inſuper ne quicunq; Ciues, Oppidani, aut Incolæ, qui ſuæ Communitatis, aut Vniuerſitatis bonorum detentores, vſurpatores, occupatores fuerint, quiue contra ipſas Communitates litem aliquam, ſeu controuerſiam habuerint, quæ ad hunc effectum per ſolam vnicam citationem cœpta, & inchoata cenſeatur, eadem lite, ſeu controuerſia durante, necnon qui eiuſdem ſuę Communitatis, ſiue vniuerſitatis debitores, ex quacumque cauſa extiterint, earumue bona, aut pecunias adminiſtrauerint, antequam id, quod debent integrè perſoluerint, ſeu rationes adminiſtrationis reddiderint, cũ eius reſidui, in quo debitores remanſerint, reali reſtitutione, ad obtinendos gerendos, aut exercendos aliquos in ea Ciuitate, Prouincia, Oppido, Terra, Caſtro, aut Loco Magiſtratus, aut munera quęcunque, vel officia publica, vllo modo eligantur, vel admittantur: Et ſi de facto electi, admiſſiue fuerint, Electio, & Admiſſio irrita ſit, & nulla: Et tàm ipſi, quàm eligentes, ſiue admittentes, necnon Gubernatores, Prę ſides, & Poteſtates, qui id permiſerint, vel etiam exactam ſuper his inquirendis, & prohibendis, diligentiam, prout eos teneri volumus, & decernimus, non adhibuerint, pœnis in hac Conſtitutione contra illius traſgreſſores inflictis, plectantur. Porrò locationes, ſeu affictus, tàm vectigalium; quæ gabellę, aut datia dicuntur, quàm aliorum quorumcunq; redditum, prouentuum, iurium, & emolumentorum ad commune ipſarum Ciuitatum, & Locorum Aerarium quomodolibet ſpectantium, ſtatuimus, & iubemus omnino ſeruatis ſeruandis, atque adhibitis ſolemnitatibus, quæ de iure, aut cuiuslibet loci ſtatuto, vel conſuetudine requiruntur, cum perſonis fide, & facultatibus idoneis, quę idoneas pariter in publico conſilio approbatas cautiones prę ſtent, iniri, & contrahi debere. In quibus ſanè locationibus, ſeu affictibus ea ſemper conditio, & pactio addatur, vt ipſę Communitates, ſiue Vniuerſitates ab omni prorſus detractione, ſeu remiſſione, & vt vulgò dicitur defalcatione, ex quocumque, ac inopinato, & inſolitiſſimo belli, incurſus militum, depopulationis agrorum, direptionis, aut ſiccitatis, alluuionis, grandinis, tempeſtatis, incendij, aut alio quouis maximè fortuito caſu, atq; ex quouis capite, ac etiam legitima, & vrgenti amiſſionis, aut diminutionis fructuũ etiam omnium, vel maioris partis, aut ſterilitatis, vel alia quauis cauſa cogitata, vel incogitata, cogitabili, vel incogitabili, ſint prorſus immunes,

nes, nec ad id cogi poſſint, etiamſi de iure teneretur, ſed integrè ſemper reſponſiones, & pręſtationes, ſeu penſiones annuę abſque vlla diminutione per ipſos Conductores eis ſolui debeant, & quamuis pactum huiuſmodi forſan in contractibus omiſſum fuerit, nihilominus vigore præſentium litterarum tacitè ineſſe, & ſubintelligi debere, perinde ac ſi id ipſum inter contrahentes expreſsè cautum, & conuenrum fuiſſet: ſublata omnibus Iudicibus, etiam S. R. E. Cardin. ac Sacri Palatij Apoſtolici Auditoribus aliter iudicandi, & interpretandi facultate. Depoſitarios quoque pecuniarum, & introitum communis Aerarij cuiuslibet Communitatis, ſiue Vniuerſitatis non aliter eligi, deputari, aut admitti volumus niſi priuſquam, id munus aſſumant, idoneam arbitrio Gubernatoris, Præſidis, aut Poteſtatis cautionem præſtent. Alioquin, tàm ipſas locationes, affictus, ſeu appaltus, quàm Depoſitariorum deputationes, ſiue electiones, aut admiſſiones cum omnibus inde ſequutis, etiam obligatione in forma Cameræ Apoſtolicæ iuramento, aut inſtrumento publico vallatas, irritas, & nulla cenſeri, & nihilominus Magiſtratus, ſeu Officiales, qui contractum ipſos iniuerint. Depoſitarios admiſerint, vel in publico conſilio aſſenſum dederint, vna cum cæteris conſentientibus pariter, pœnis in hac Conſtitutione expreſſis teneri decernimus, & declaramus. Præterea auctoritate Apoſtolica tenore earundem pręſentium reuocamus, irritamus, & annullamus, omnes, & quaſcunque exemptiones, immunitates, remiſſiones, condonationes iurium, atque onerum realium, & perſonalium, aut mixtorum Cameræ Apoſtolicæ, ſeu eorum communi Aerario debitorum, aut vectigalium gabellarum, datiorum, portoriorum, Dohanarum, Collectarum, ſubſidiorum, contributionum, cuiuis particulari perſonæ pro rata illos quomodolibet tangenti, ſiue præſidijs, aut bonis, per eas poſſeſſis per quaſcumque Communitates, ſeu Vniuerſitates, ex quauis cauſa, etiam legitima, & de iure debita, ſeu permiſſa qualis eſt ob numerum xij. filiorum, & quacumq; occaſione, etiam ſub prætextu tituli oneroſi, & contractus vltro, citroq; obligatorij, etiam publico conſilio, & communi omnium conceſſu perpetuò, vel ad tempus conceſſas, etiamſi id ſine vllo Cameræ Apoſtolicæ damno, aut præiuditio factum fuerit, ratamque ipſam eædem Communitates, & Vniuerſitates in ſe ſuſceperint. Diſtrictus inhibentes, nę quid tale inpoſterum concedere, aut attentare pręſumant, ac reuocantes ex nunc in irritum quicquid circa omnia, & ſingula præmiſſa, præter,

ter, aut contra hæc noſtra interdicta, prohibitiones, ſtatuta, ordinationes, iuſſa, voluntates, decreta, mandata, aut præcepta, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quod ſiquis coniunctim, cum cæteris, ſeu diuiſim, noſtrarum huiuſmodi prohibitionum, ſtatutorum, ordinationum, iuſſionum, decretorum, mandatorum, voluntatum, aut pręceptorum, violator, ſeu traſgreſſor extiterit: Statuimus, vt pręter ſuperius expreſſam reſtitutionem, aut ſolutionem, ſeu damni refectionem, ij, qui præeminentia, aut gradu aliquo cæteris Superiores fuerint, niſi pro viribus, id quod contra hãc Conſtitutionem attentatum geſtumue eſt, impedire tentauerint, ſuumque aſſenſum omnino conſtanter denegauerint omnibus, & ſingulis per eos obtentis dignitatibus, gradibus, muneribus, officijs, & Magiſtratibus, eo ipſo priuati, ac tàm ipſi, quàm alij inferiores, qui id ſuaſerint, procurauerint, petierint, propoſuerint, aut ipſimet fecerint, vel ab alijs fieri iuſſerint, ad illa, & alia ſimilia, vel diſſimilia in futurum obtinenda, inhabiles perpetuò, & incapaces, ac perpetua infamia, & ignominia, notati, & ſinguli eorum ſi ſoluendo fuerint, vltra prædictam reſtitutionem ad duplum eius damni, quod communi maſſæ, ſeu menſe illatum fuerit de ſuo reficiendum, obligati exiſtant, ſin minus pœna exilij, aut carceris ſaltem triennalis plectantur. Alij verò, qui ſolummodo conſenſum tacitè, vel expreſſè præſtiterint, ſi ſoluendo fuerint tantundem pecuniarum quantum erogatum extiterit de ſuo perſoluant, ſin autem, id propter inopiam pręſtare nequiuerint, pęna aliqua corporis afflictiua Superiorum arbitrio puniantur, & eiuſmodi mulctarum quarta pars inter eos diuidatur, qui quantum in eis fuerit, contradixerint, ſeque oppoſuerint, vel poſt conſenſum præſtitum, erroris pœnitentes, Superioribus id primi denunciauerint. Sed & conſtitutiones pię memorię Bonifacij Octaui, & Gregorij decimi tertij Roman. Pont. prędeceſſorum noſtrorum contra paciſcentes, promittentes, dantes, aut recipientes quicquam paruum, vel magnum pro gratia, vel iuſtitia pro ſe, vel alijs obtinenda, & contra complices, vel dantes in præmiſſis auxilium, conſilium, vel fauorem, cum omnibus in eis contentis pœnis, cenſuris, & extenſionibus, quę ſupradictis aggrauatæ, & additæ, non autem per eas imminutæ, aut immutatæ cenſeantur, harum ſerie approbamus, & innouamus, ac ad omnes ſuperius expreſſas perſonas, etiam ſpeciali nota dignas, quæ contra vltimo dictas Conſtitutiones in quibuſuis caſibus per eas expreſſis, dando, recipiendo, promittendo, paciſcendo, con-

ſentiendo,

ſentiendo,aut permittendo,non ſolum apud Sedem Apoſtolicam, ſed in quibuſuis Tribunalibus,& eorum quibuſcunq; Iudicibus, etiam Laicis Almæ Vrbis,ac tàm in Romana curia, quàm extra eam, in quibuslibet temporali ditioni noſtræ, mediatè, vel immediatè ſubiectis, Prouincijs, Ciuitatibus,Oppidis,Terris,& Locis, deliquerint, per eaſdem pręſentes extendimus,& ampliamus pęnis alijs à iure, vel per alias Conſtitutiones Apoſtolicas,aut propria locorum ſtatuta, vel cõſuetudines; contra perſonas, aliquid pręmiſſorum committentes, vel ommitentes forſan decretis, vel inflictis, nihilominus in ſuo robore permanſuris. Quocirca vniuerſis,& ſingulis modernis, & pro tempore exiſtentibus eiuſdem Sanctę Romanæ Eccleſiæ Camerario, Theſaurario Generali, necnon Legatis, Vicelegatis, Pręſidibus, Gubernatoribus, Poteſtatibus,ac Prioribus, Maſſarijs, Magiſtratibus,& Officialibus, cæteriſque ad quos ſpectat, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, & eorum ſinguli quantum ad eos pertinet; curent, omni ſtudio, diligentia, auctoritate,& vigilantia, pręſentem Conſtitutionem firmiter,& inuiolatè obſeruari. Et contra inobedientes, vel traſgreſſores, condignis pęnis animaduerti, pręcipuè verò ipſi Legati, Vicelegati, Præſides, Gubernatores,& Poteſtates, contra quoſcunque Communitatum, ſiue Vniuerſitatum debitores, pro exactione integrę ſummę, & quantitatis, quę earum Communibus Aerarijs debetur,& pro tempore debebitur, ſummariè, ſimpliciter,& de plano, ſola facti veritate inſpecta, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, manu Regia in vim pręſentis Conſtitutionis, etiam quauis inhibitione, tàm à prędicto Camerario, ſeu cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditore, quàm à quocunque alio Iudice ordinario, vel delagato, quauis auctoritate fungente, etiam forſan in vim ſpecialis cõmiſſionis decreta, non obſtañ. iuris, & facti remedijs opportunis procedant,& omni,& quacunque appellatione remota exequantur, eoſdẽ inobedientes, necnon contradictores quoslibet, & rebelles, per opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, dictarumque Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, Oppidorum, & Caſtrorum, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis,& conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis, quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ pręſentibus

non expreſſa, vel ad verbum non inſerta effectus preſentis noſtre Conſtitutionis impediri, quomodolibet valeat, vel differri. Quæ omnia quatenus præmiſſis in aliquo aduerſentur prorſus tollimus, & abrogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem, vt præſentes literæ in valuis Sancti Ioannis Lateranen. & Principis Apoſtolorum de Vrbe Baſilicarum, & in acie Campi Floræ publicentur, affixis inibi earum exemplis, & dimiſſis: Quodque earum exempla, ſeu illorum compendia latino, aut vulgari ſermone conſcripta in libris quorumcunque Statutorum prædictarum Communitatum, & Vniuerſitatum inſerantur, & ſaltem bis quotannis in publicis, & maioribus concilijs, ſiue adunantijs cuiuſque Communitatis, ſiue Vniuerſitatis, alta, & intelligibili voce legantur, atque in publico etiam aliquo omnibus patenti loco, vbi frequenter Ciues, aut Oppidani conuenire ſoleant perpetuò affixum retineatur, adeo vt ſi contigat exempla huiuſmodi inde amoueri, aut lacerari, ſeu temporis diuturnitate conſumi, debeãt omnino Priores, Maſſarij, Cancellarij, ſiue alij earundem Communitatũ, ſiue Vniuerſitatum Officiales ſub priuationis officiorum obtentorum, & inhabilitatis ad illa, vel alia poſtmodum obtinenda, & alijs etiam grauioribus corporis afflictiuis pœnis, ipſo facto incurren. curare, vt ſtatim eadem exempla renouentur, & denuo affigantur, & ſi id commodè *fieri* poterit in marmoreo aliquo lapide ad perpetuam memoriam inſculpantur. Demum à ſingulis Legatis, Vicelegatis, Præſidibus, Gubernatoribus, Poteſtatibus, necnon Communitatum, ſeu Vniuerſitatum Prioribus, Maſſarijs, Cancellarijs, aut quocumque nomine nuncupatis Officialibus initio Magiſtratus, antequam ad illum exercendum admittatur, ſuper earundem præſentium litterarum obſeruatione iuſiurandum ſolemne publicè præſtetur. Et nihilominus poſt triginta dies à die publicationis, vt præfertur, in Romana Curia faciendę, vnumquemque perinde arctent, & afficiant, ac ſi cuiq; perſonaliter intimatæ, & per eos iuratæ fuiſſent. Quodque earum tranſumptis, etiam impreſſis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ obſignatis eadem prorſus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur eiſdem pręſentibus ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatutorum, ordinationum, inhibitionum, prohibitionum, approbationum, innouationum, ampliationum, decretorum, reuocationum, irritatio-

nis,

nis, annullationis, extenſionis, declarationis, iuſſionis, ſublationis, abrogationis, præcepti, interdicti, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare prçſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ in Monte Quirinali Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo, decimo octauo Kal. Septembris, Pontificatus noſtri Anno Primo.

L. DAT.

M. Veſtrius Barbianus.

Regiſtrata apud Marcellum Secretarium.

A. de Alexijs.

Anno à Natiuitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti, Milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo, Indictione quinta, die verò vigeſima prima Menſis Auguſti, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Clementis diuina Prouidentia Papę Octaui, Anno eius primo, ſupradictę literę affixæ, & publicatæ fuerunt ad Valuas Baſilicarum Sanctorum Petri, & Ioannis Lateranen. de Vrbe, necnon in Acie Campi Florę, & ad Valuas Cancellariæ Apoſtolicę, per nos Ioſephum Spadam, & Paſchalem Sanctorium prę libati S. D. N. Papę Curſores.

Franciſcus Baron Mag. Curſ.

F I N I S

F I N I S.

Ad Usum Gabrielis Spinucci
Montecchi morantis
1707

LEGATORIA
Niola Salvatore
Via Giovanni Paladino, 19
NAPOLI

LEGATORIA
Niola Salvatore
Via Giovanni Paladino, 19
NAPOLI